



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


BUHR . . . A



a39015 01802147 0b









ELENCHUS FUNGORUM,

SISTENS

COMMENTARIUM

IN

SYSTEMA MYCOLOGICUM

VOLUMEN I.

AUCTORE

ELIA FRIES,

ACAD. CAROL. ADJUNCTO, ACAD. CAESAR. LEOPOLD. CAROL.
NAT. CURIOSORUM, REG. SOC. NAT. CURIOS. LIPS., ROTAN.
RATISBON., PHYSIOGR. LUND. MEMBRO.

GRYPHISWALDIAE,

SUMPTIBUS ERNESTI MAURITII.

MDCCCXXVIII.

1960-1961

QK

603

.F92

COMMENTARIUS IN SYSTEMATIS MYCOLOGICI VOLUMEN I.

CLASSIS PRIMA. HYMENOMYCETES.

Syst. Myc. I. p. 1. Syst. Orb. Veg. I. p. 63.

Obs. Fungorum centrum, formas optimas et perfectissimas complectens, ad quod inferiores in evolutione sua tendunt. Omnium classium quoque vastissima, ut e praedilectione quadam forsitan iudico, maxima attentione digna. — Quousque ejus limites extendendi haud facile dijudicatur. Praecipue Sclerotiacei quoad characteres Gasteromycetibus valde accedunt, ut ad hos facile transferas, sed multa quoque cum Hymenomycetibus communia habent: Tremellinis ubique tangunt; alii simul in genuinos Hymenomyces abeunt vel hos enituntur. *Cfr. S. Orb. Veg. 1.*, ubi varias futuras dispositionis vias indigitare studui; hoc loco tramitem *Syst. Mycol.*, specialia tantum respiciens, sequor.

ORDO I. PILEATI.

S. M. 1. p. 3. S. O. V. p. 63. quod cfr.

Obs. Ordo facillime limitatus. Thelephoras minime excludas, ut variis Recentiorum placuit. — Parcus fui priori citato loco in generibus distinguendo, plura igitur ultimo proposui. Quae quidem om-

Agaricus.

Haec bona mihi videntur, tamen ob diversum hōrum scopum, illius certa et probata exponenda, huius futuram scientiae evolutionem indigitandi, hoc generā nova tantum maxime necessaria ulterius exponam. Fingo nempe, operis universalis, ad specialia extēsi et tironibus etiam accommodati, pretiosissimam esse rationem ubique recepta, quatenus vera, et speciali cognitioni maxime inservientia exponendi; multasque novitates, etsi bonae videantur ad curas posteriores esse differendas. Hoc praecipue observatum volui, ne quis iudicet me veterum Recentiorum distinctiones vilipendere, cum in praesente opere aptum locum sibi haud vindicaverint.

I. AGARICUS.

S. M. 1. p. 8.

Obs. Agaricos, omnium plantarum nobis maxime familiares, per octo, qui post elaborationem Syst. Myc. 1. excurrerunt annos quotannis et in nonnullis regionibus novo examini subjeci. Ditissimas quoque collectiones tam iconum, quam speciminum e ditissimis regionibus lustrare licuit. Sed ob specierum in his identitatem, tropicis tantum exceptis, pauca sane addenda habeo. Sic ex quinque Centuriis Agaricorum *Petropoli* lectorum a sollertissimo WORMSKJOLDIO vix duo l. tres adfuerunt species in Simul mihi haud obvias; inter quinquaginta Agaricorum species *Grönlandiae* a Nobili, RABENHORSTI, etiam in Suecia non vulgarem reperit. Eadem specierum identitas, parasitis exceptis, in *Kamtschatka* a WORMSKJOLDIO, in *Cameris* a SCHWEINIZIO observata. — Quod pauca addere licet species vix negligentiae meae addendum puto. E contrario non paucas olim a me visas ad suos typos referre licuit; insuper alios perius commutatos, fusius exponere. — Quod quidem nonnulli genus ulterius subdivisum

genera. Equidem tamen hoc genus potius integrum servo, sed si plura genera magis arrideant series l. tribus genera dicas. Principium videtur, ut sectiones naturales, constanter et acute limitatae stabiliantur; perinde saepe ceterum est, utrum, subgenus, tribus an genus dicas. — Aliis dispositis nostra non satis artificialis visa fuit et sectiones nimiae; sed horum votis minime satisfacere volui, si, ut spero, naturae conveniens sit. Dispositio artificialis tam vasti generis utique ad nomen quoddam facilis ducit, sed certum quod vix subministrat. — Omnes quoque, qui ultimo lustro has stirpes in natura observarunt, viam a nobis apertam probasse, valde laetamur.

LENTINOS seu AGARICUS LENTISCYPHOS
peculiare genus constituere, certum mihi videtur.
Qui restant Agarici omnes carnosus sunt.

I. AMANITA.

2. *A. Phalloides* l. c. p. 13.

Odor funginus, non vero foetens. *A. verni*, a quo insuper differt pileo e convexo plano orbiculari, lamellis latioribus, stipite subcavo bulboso etc., cum in *A. verno* pileus conico-campanulatus, repandus etc. Plures Auctores recentiores speciem nostram in plures distinguunt, sed certus testor omnes a me huc revocatas formas leviter modo differre, ipsamque *A. porphyrium* potius hujus esse varietatem notabilem, loco udo, sphagnoso gracilescentem.

Agaricus.

II. LEPIOTA.

98. *A. mesomorphus*, pileo carnosissimo-membranaceo campanulato expanso nudo sicco, lamellis liberis, stipite fistuloso glabro, annulo erecto. *S. M.* 1. p. 23. *ubi syn.*

- a. pileo flavo.
- b. pileo albido.

Stipes fistulosus, 2.—3 unc. longus, lineam crassus, sursum leviter attenuatus, laevis, pileo concolor. Pileus admodum tenuis, carnosus unciam usque latus, saepius tamen infra, variat luteus et albidus. Ex multiplici experientia jam statuo, colorem pilei vix unquam species distinguere, eumque quam fieri potest parcellissime in differentiis specificis esse citandum. Verum quidem est, characteres inde desumptos saepe facillimos esse sed ad diversissima confundenda, et, quod gravius est, characteres acutos et essentielles negligendos seducit. Haec ceterum species Lepiotas et Armillarias jungit. *Petropoli lectum misit Cel. Weinmann, qui fungos carnosos exsiccandi facultate gaudet eximia.* (v. s.)

III. ARMILLARIA.

5. *A. constrictus*, pileo carnosissimo convexo-plano obtuso laevi, lamellis emarginatis confertis, stipite solido subaequali, annulo angustissimo. *S. M.* 1. p. 28.

Speciem distinctissimam, jam frequenter et copiose lectam, de novo describo. Odor gratus farinaceus. Color candidissimus, sed vetustate exilis, imo fuscescens. Stipes solidus, vere carnosus aequalis l. basi incrassatus, 2 unc. longus, 4 circiter crassus, superficie saepius fibrillosa. Pileus vere carnosus, primitiis convexus, mox planus.

ber cum micore sericeo semper obtusus, siccus; laevis, 2 unc. circiter latus, subinde excentricus. Lamellae emarginatae l. rotundatae, nunc adnexae, nunc omnino liberae, confertae, valde inaequales, in minoribus individuis adnatae. Annulus prope apicem, angustus, laevis. *Gregarius locis humentibus, ubi gramen urina equina adustum! Sept. — Nov. (v. v.)*

Obs. Certe essentialis et constans differentia inter Lepiotas et Armillarias; illae revera Amanitae, ut optime observavit Neesius, affiniores. Cum vero in reliquis seriebus analogae tribus distinguere non possint, in Systemate conjungi debent, in methodis naturalibus servandae.

IV. LIMACIUM.

3. *A. erubescens* l. c. p. 32.

Exclude syn. Sowerby! *A. carnosus* Wall. *Succ.* n. 1867. optima descriptio.

V. TRICHOLOMA.

10. *A. portentosus* pileo carnoso convexo-plano fibrillis innatis virgato subviscoso cinereb, lamellis subliberis latissimis stipiteque valido subaequali striato candidis. *S. M.* 1. p. 39.

Species maxime polymorpha a nemine hactenus rite circumscripta, neque quoad characteres, nec ad varietates. Illi praeter supra allatos, inter quos vero e colore desumpti minus constantes, sunt: *sapor semper mitis! statura robusta! margo pilei patens; nec infractus e. s. p.* Nunc solitarius, nunc gregarius, immo caespitosus. Stipes amplus, vulgo 4 — 6 unc. longus, unciam fere crassus, fibrilloso-striatus, glaber, basi tantum pubescens. Pileus pro ratione tenuis, subumbonatus, saepe irregularis, 3 — 5 unc. latus, jove pluvio viscosus, sereno siccus opacus, colore varius: griseus, fuliginæus, lu-

ridus, violascens; semper vero, modo attente ad-
spectus, in superficie fibrillis innatis implexis virgatus.
Lamellae $\frac{1}{2}$ unc. et ultra latae, subconfertae, raro fla-
vescentes, pallescentes subfulgineo-albidae. In pinetis
hinc inde dispersus, nullibi vero copiose. Aut. (v.v.)

Obs. Utrum hic, an *A. tumidus* noster *A. tumidus* Pers., certo dijudicare non possum. Illud suadet pilei, hoc lamellarum descriptio. Interea descriptionibus hoc loco datis ita fixos spero, ut amplius confundi nequeant. Si fibrillas maxime characteristicas non reticeret Auctor, *A. multicolorem* Pers. huc potius traherem.

14. *A. equestris* pileo compacto flexuoso subsquamoso flavo-rufescente, lamellis liberis confertis stipiteque solido crasso sulphureis.

Linn. Poll. Pal. III. p. 293 bene. Fries Fensj. p. 46.

Wahl. Suec. n. 1871. Sommerf. Lappe. n. 1055.

A. flavovirens Pers. S. M. 1. p. 41. ubi syn.

A. prasinus Schaeff. t. 218. ? Cfr. S. M. p. 39.

Nomen prius et aptius certe restituendum. E tota structura et pilei superficie, margine juniori infracto fere nudo optima species. Cum vero jove pluvio viscosum repererim, ad primam *Limacinarum* sectionem referendus, nec ullum video characterem, quo *A. prasinum* Schaeff. distinguam. Lamellae utriusque emarginatae l. rotundatae, vix adnetae, latae, subventricosae.

32. *A. hordus*, pileo fragili campanulato-expanso rimoso-squamoso sicco lurido, lamellis emarginatis latis stipiteque farcto aequali striato albidis. S. M. 1. p. 47.

Cum *A.* portentoso commutatu facillimus, sed differt pileus maxime inaequalis, disco excepto fere membranaceus, campanulato-expansus, demum fere revolutus, superficie absolute (in omni aetate et tempestate) sicca, non fibrillis innatis, sed rimis virgata, quare tota demum in squamas squarrosas jove sicco abit. Variat ceterum color subtus candidus, pallescens et albido-griseus. Est quasi medius inter priorem et *A. Columbellam*.

15. *A. tumidus* pileo carnoso laevissimo sicco glabro cinereo, lamellis emarginatis latis stipiteque solido striatulo albis. *S. M.* 1. p. 48.

Species a praecedentibus longe diversa, sed familiaris commutata. Maxime differt 1^o stipite vere solido, intus fibroso, striatulo; 2^{do} pileo vere carnoso, blando, magis regulari et eumorpho, absolute sicco jove pluvio tantum udus est, ut *A. personatus*,) semper laevissimo, contiguo, absque omnibus fibrilosis rimis; 3^{io} margine deflexo lamellas leviter excedente; 4^{to} carne spongiosa; 5^{to} lamellis vix emarginatis, confertissimis planis, angustioribus. Omnibus igitur partibus *Trich. personatis* proximus, stipite modo striatulo *Trich. spuriis* accensus. Stipes ceterum firmus, 3 — 4 unc. longus, lin. crassus, aequalis, sed saepe simul tumidus, nisi villosus; variat pallescens. Pileus convexulus, unc. latus, etiam lividus pallescens. Lamellae lin. latae. *In fugetis etc.* (v. v.)

16. *A. multicolor* l. c.

Haec, ut reliquae a me non lectae species, inhibita est, forsitan potius omittenda. Legimus enim ecimina *A. portentosi* in hunc perfecte quadrantia, d de pileo virgato, viscoso etc. apud Auctores nulla mentio.

17. *A. dasypus* l. c.

Hic quoque a me non visus, quare affinitas re latet. Num *A. decasti* affinis? An potius *A. natili*? Immo hujus varietas?

18. *A. gambosus* l. c.

Nomen specificum bonum ab Hungarico *Gamja* derivari conicit in literatura Botanica versatissimus SPRENGEL, quod equidem nomen imponens utiquam cogitavi, ne cognitum quidem habui in sane pro meo more hoc nomen immutatam (*vassem*), sed stipitem deorsum incrassatum, subruentem, *gamba* quasi iustructum, respexi. Votulum *gambosus* non a me fictum, sed obviam ve in Vegetii *Mulomedicina*.

44. *A. humilis* l. c.

A. brevipes Bull. *Champ. t.* 521. *f.* 2. *Pers. Syn.* p. 360. (nomen praeferendum.) *A.* n. 1221. *Linn. Suec.* n. 1221. *A. myomyces* Wahl! *Ups.* p. 443. *A. humilis* Wahl. *Suec.* n. 1874.

A. orcinus ab hoc facile dignoscitur tota statura, stipite subbulboso glabro, lamellis excurrentibus, carne compacta etc. Quanquam velum distinctum in *A. excisso* et *melaleuco* non vidimus, hujus tribus potius sunt, quam *Clitocybes*. *Tricholomata spuria* verissime sunt *Tricholomata* veloque omnino instructa!

VII. GALORRHEUS.

8. *A. pannucius* l. c. p. 64.

A. planus *Fl. Dan. t.* 1733. nec *Pers. nec. A. S.*

Nomina specifica numquam nisi ob homonyma mutavi, et quando huic novum inposui, *A. planum* P. distinctam habui speciem sub hoc nomine! sed de loco incertus in *Syst. Myc.* omisi. Jam a me reperi- tus est, cfr. infra. Fungus *A. S.* nomen *plani* optime meretur.

15. *A. jecorinus* l. c.

Differentias tam ab *A. vieto*, quam ab *A. hy- gino* l. c. proposui, nec cum alterutro conjungendus. Proximus forsan *A. subdulci*, a quo vero pileo viscoso recedit, fere ut *A. aurantiacus* ab *A. mi- tissimo*.

29. *A. rufus* l. c. p. 71.

Hujus status physiologice insignis locis udis natus est b. *A. helvus* *S. M.* p. 72.

Obs. Color lactis characteres facillimos et con- stantes inter Galorrhoeos offert. Forsan vero phy- siologice explicari possent ejus mutationes in specie- bus hac nota praecipue discrepantibus. Verosimile nobis videtur *A. scrobiculatum* lacte sulphureo et *A. aspidium* lacte purpurascete ab *A. torminoso*, *A. theiogalum* ab *A. subdulci*, *A. resinum* ab *A. pipe-*

rato primitus ortos. Nisi obstarent *A. deliciosus*, *uvidus*, *fuliginosus* etc., album semper normalem facile crederes; sed temere. Jam vero certa experientia edoctus sum, colorem lactis aqueum l. sericolorem a nimia humiditatis copia ortum v. c. *A. helvi*. In physiologia Fungorum hanc materiam fusius tractabo.

VIII. CLITOCYBE.

Obs. Quamquam *Omphalia* et *Clitocybe* tribus distinctissimae videntur, inter nullas Agaricorum limites difficiliter ponuntur certi et acuti. Nam si ex pileo tantum convexo et depresso distribuere velis, ubique species maxime affines, de quarum differentia fere dubitare liceat, in diversis sectionibus collocabis, saepissimeque eandem speciem ex aetate variantem in utraque citabis. Illius exempla offerunt *A. pratensis* et *virginicus*, *A. puniceus* et *coccineus*, hujus singula fere species, praecipue vero *A. dryophilus*, *A. camarophyllus*, *A. candicans* etc. Equidem in Syst. Myc. affinitatem veram specierum magis quam characterem, meo iudice ubique secundarium, considerans ad *Clitocybas* retuli omnes species primitus convexas, licet demum saepe depressae, imo infundibuliformes evadant, et *Omphalias* dixi, quotquot primitus umbilicatae, etsi saepe demum expansae planae. Cum vero multi amici, inter quos Cel. *Greville*, cujus iudicium maximi facio, species demum infundibuliformes sub *Omphalia* servandas suaserint, ne difficilis essem, in S. O. V. aliam specierum seriem huic rationi accommodatam proposui, quamquam plurimae species, v. c. *laccatus*, *virginicus*, *coccineus*, *dryophilus*, suo loco necesse maneat — et natura omnino invita *A. gilvus* et *nebularis*, *A. gibbus* et *clavipes*, *A. phyllophilus* et *dealbatus* e. pl. in diversis tribubus collocantur. Hoc loco seriem Systematis Mycologici magis naturalem servamus.

I. D a s y p h y l l i.

Subtribus vasta et intricatissima. Singula species tam polymorpha, ut non sine multa experientia diversas formas ad suum referas. Potius analogos status diversarum specierum junges. Ni vero vehementius fallor, in natura saltim singulas formas ad certas species refero, quamquam synonyma haud facile tuto determinantur. Liceat vero hoc loco specierum saltim difficiliorum differentias paulo fusius exponere, quam ob brevitatis studium in Syst. Myc. licuit.

1. *A. giganteus* L. c. p. 80.

Cfr. quae l. c. allata sunt. Nondum viva legi specimina ad distinctam quandam speciem referenda; tantum gigantea specimina *A. gilvi* et *A. gibbi*, qualia forsitan non pauci pro hac specie sunserunt. Sic synonyma quae l. c. sub n. seposui, ad *A. gibbum* γ . *giganteum* spectare videntur. Sed apud amicis aestimatissimum Wahlenberg aliam speciem vidimus, quam cum eo verum *A. giganteum* habemus.

A. giganteus, pileo carnoso infundibuliformi fissili nitido lutescente-ferrugineo, lamellis decurrentibus pallidis, stipite brevi obeso pallido. *Wahl! Suec. n. 1885.*

„Ollam l. infundibulum interdum pedem latum refert, parietibus pollicem crassis, sed fragilibus et denum sese findentibus. Infundibulum ad radicem fere attingit.“ Hac forma, stipite brevissimo et praecipue pileo fissili ab *A. gibbo* maximo omnino diversus videtur. *In pinetis.*

2. *A. gilvus* l. c.

Species certe distinctissima ab omnibus tam *A. gibbi*, quam *A. nebularis* formis; semelque visus cum neutro confundi potest. Habitus *A. pallidi* l. potius *A. involuti*, quare optime subinvolutum dixit Batsch. Notae primariae sunt: 1) Stipes validus carnosus, 2) *Pileus recens vividus*, siccus politus

niditus, passim maculatus, 3) *Caro compacta* l. fragilis, non flaccida, *subgilva*, pileo concolor, nec alba! 4) *Lamellae confertissimae*, saepe ramosae, nunquam albae! 5) *Color plerumque gilvus*. Umbo centralis nunquam adest. Odor nullus. Ceterum statura, magnitudo, coloris intensitas ita variant, ut ejus formas ad eandem speciem pertinere saepe difficile tibi persuadeas. *A. pileolarius* Bull. t. 400. etiam huc referendus videtur. Stipes nunc sursum, nunc deorsum attenuatus etc.

3. *A. flaccidus*, pileo tenui depresso obtuso laevi pallescente, margine deflexo, lamellis decurrentibus confertissimis albidis, stipite aequali tenui. l. c. p. 81.

Species valde praeclara, facie, saltem iconum, ab *A. gibbo* d. *membranaceo* distinctu difficilis, in aliis priori affinium; ab omnibus distinctissimus: 1) stipite tenui, normaliter aequali, glabro et accurate inspecto fere *cartilagineo-corticato!*, neququam carnosus, ut in *A. gilvo*, nec spongioso-elasticus, ut in *A. gibbo*, sed e farcto mox cavus l. potius fistulosus; 2) pileo semper tenui tam forma quam substantia proprio; 3) lamellis confertissimis, tenerrimis, perangustis, leviter modo decurrentibus. Odor nullus. Gregarius, tenax, flaccidus, exoletus vero fragilis. Stipes 1-2 unc. latus, 2 lin. crassus, laevis, glaber, arrhizus, nec nisi e loco basi incrassatus et villosus. Pileus orbicularis, depressus, ob marginem deflexum potius planiusculus, quam infundibuliformis, *absolute absque umbone centrali*, 2-3 unc. latus, laevissimus, glaberrimus. Lamellae ut supra, postice insigniter attenuatae. Color varius, in gilvum tamen, alutaceum l. flavescentilividum plerumque vergens, sed expallens et demum etiam albus!; lamellae saepe liventes. His notis optime dignoscitur, ex iconibus tamen difficile est synonyma distribuere; *A. membranaceus* Fl. Dan. huius characteribus quibusdam, v. c. umbonis defectu, pileo flaccido etc. gaudens ad sequentem etiam simillimum referendus, quocum

etiam stipite, lamellis, odore etc. convenit. Hinc species affinibus rarior, silvas densas praeamans seniori autumnio.

4. *A. gibbus* (infundibuliformis) l. c.

Mire polymorphus! Si quis *γ. maximum* et *ε. fuliginum* modo compararet, eos vixaffines crederet, quos nos vero ad eandem hanc speciem pertinere dubitare non possumus. Difficile vero characteres communes stabiles indicare; sequentes inveni semper certos: 1) *Odor* praecipui fungi vegeti, *debilis*, *gratus*, *vere diagnosticus* (quo equidem mox a prioribus distinguo); 2) *Stipes* floccoso-spongioso-farctus, tenax, elasticus, sursum plus minus attenuatus, basi villosus etc.; qua indole a priori longissime recedit (in *A. gilvo* *totus carnosus* est, in *A. flaccido* *extus subcartilagineus*); 3) *Pileus* margine tenui primo inflexo, demum erecto eximie infundibuliformis; 4) *Umbo* centralis, ob pileum disco carnosiozem, qui rarissime in hoc deest, sed semper in affinibus; 5) *Superficies* pilei sicca, numquam sub pluviis uvida, ob faciem sub lente plus minus obsolete sericeam; nec stipes politus; 6) *Substantia* primo compacta, demum vero mollis et flaccida, in formis tantum magis carnosus firmior; 7) *Lamellae* confertae (nec confertissimae), longe decurrentes. Variat ceterum praecipue colore, sed semper expallens est; statura; magnitudine; pileo plus minus compacto; stipitis indole etc. Forma vulgatissima stipite 2-3 unc. longo, 2-4 lin. crasso, molliori saepe pertuso, pileo 2-3 unc. margine tenui alutaceo l. incarnato-expallente, lamellis albis ubique viget in campis muscosis, silvis apricis, praecipue regionum montosarum, v. c. Smolandiae ubique. Sequentes varietates! seorsim notari merentur.

β. major l. c. p. 82.

A. gilvus Grevill. *Fl. Crypt. Scot.* t.

Fungus Cel. Grevillei a meo quidem *A. gilvo diversissimus* est, et non possum non pro prioris

arrietate habere. In montosis nunquam vidi, sed
 ervulatum in Scaniae nemoribus pinguioribus etc.

γ. maximus, albidus, pileo spithamaeo et ultra.

A. giganteus *Auct. plur.* *A. maximus* *Fl. Wetterau.*
Alb. et Schwein. p. 215. Cfr. *S. M.* sub *A. giganteo.*

Hunc ab *A. gibbo* primo obtutu diversissimum
 apparere facile conceditur, sed postquam fungum
 eiebrem ipse in sylvis humosis pinguisimis (qua-
 rum progenies!) circa Trolleholm Scaniae legi,
 um *A. gibbo* scrupulose comparavi; nullamque diffe-
 rentiam inveni praeter molem enormem soli quidem
 fertilitati debitam, pileumque magis expansum (nam
 priore *β.* fere non tenuior) quod e loco umbroso bene
 derivari potest, coloremque constantius album. Sti-
 pes aequalis l. sursum attenuatus, subinde bulbosus,
 elasticus, substriatus, nunc brevis 2-3 unc. longus,
 nunc inter folia coacervata spithamaeus, 1-2 unc.
 crassus. Pileus disco carnosus, ceterum tenuis, sub-
 laccidus, albus l. alutaceo-albidus, pedalis circiter,
 unior convexus umbonatus, dein infundibuliformis,
 umbone persistente, laevis, passim sericeo-squa-
 nulosis, demum etiam guttatus. *In silvis frondo-*
sis umbrosis (v. v.)

δ. membranaceus pileo tenuiore exumbonato.

A. membranaceus. *Fl. Dan. t. 1012. Wahl. Suec. n.*
1887. Sommerf. Lapp. p. 253.

Neutiquam ab *A. gibbo* specie distinguendus;
 var. *α.* simillimus est, tenuior modo, utpote in sil-
 vis natus. Color valde varius; habemus pileo can-
 didissimo, incarnato et testaceo. Nec haec species
membranaceus dicenda, cum aliae formae huc absque
 dubio referendae valde compactae sint. *In pinetis*
crassim (v. v.).

e. fuliginus, submembranaceus, totus fuliginus!
A. S. p. 21.

Habitus valde diversus, sed odor, stipitis in-
 doles etc. prorsus *A. gibbi*. Pileus tenuior, demum
undulato-lobatus, absque umbone centrali. La-

nellae conferlissimae longe decurrentes, quibus ab *A. ditopo*, ceterum non affini, dignoscitur. Color totius, etiam lamellarum, obscure fuliginosus. *In silvis abiegnis densissimis supra acus putridas, raro.* (v. v.)

Obs. Aptius haec species *A. infundibuliformis* dicitur.

6. *A. squamulosus* l. c.

A. gibbo valde affinis; pileo tantum obtuso, squamuloso, lamellis minus conferlitis et vegetatione aestivali distinctus.

7. *A. sinopicus*, pileo subcarnoso planiusculo umbilicato subrivuloso rufo-testaceo, lamellis decurrentibus albis, stipite sarcto aequali l. c. p. 83.

Praecedentibus (3, 4) utique cognatus, sed bene distinctus. Stipes subsibrillosus. Pileus glaber videtur, sed sub lente flocculis adpressis rivulosus; junior rufus laevior, siccus et vetustus squamulosus, testaceus; infundibuliformem non reperi, sed planum, subrepandum. Lamellae parum decurrunt, latiusculae, valde conferlae, demum pallescunt. Odor farinae recentis. *Fungus vernalis et aestivalis.*

17. *A. coffeatus* l. c. p. 85.

Nulla prorsus affinitas cum *A. hordo*, qui vera *Tricholomatis*, species, lamellis emarginatis latissimis, pileo squarroso, stipite striato etc. etc. *A. coffeatus* vero optima *Clitocybe*, velo nullo, lamellis decurrentibus angustis, pileo stipiteque laevissimis etc.

20. *A. nebularis* l. c. p. 86.

Adest quoad staturam affinitas quaedam cum *A. gilvo*; certissime tamen distincta species, pileo convexo demum expanso, nec depresso, cinereo, lamellis minus decurrentibus albidis etc. Synonyma certa videntur praeter Bulliardianum; quod melius ad *A. gilvum* referres. Ab *A. gibbo* β . longissime distat. — Huic proximus videtur *A. turgidus* Grev. *Fl. Ed. t. 9.* ex icone vix nisi lamellis lutescentibus.

recedens. *A. auricula* Dub. mihi non obvius, e descriptione non multum distat; non enim cum *A. marzuolo* et *Eryngii* conjungi non potest.

27. *A. fumosus* l. c. p. 88.

Nulla prorsus cum *A. virgato* affinitas. Differunt enim inter se non tantum ut diversarum tribuum species, verum et statura tota, lamellarum forma et annexione; pilei indole; *A. virgatus* fibrillis nigris innatis semper virgatus, quarum in *A. fumoso* ne vestigium quidem. Hujus β . est *A. albellus* Sow. t. 122. *A. amplus* Pers. et inornatus Sow., mihi incogniti, varietates videntur. Cfr. S. M. p. 95, 93.

30. *A. subalutaceus* l. c. p. 90.

Noster et Batschii fungus ex ovo conveniunt, nec adest affinitas cum *A. amaro* l. *pratensi*.

38. *A. cerussatus* l. c. p. 92.

Fl. Dan. t. 1796. A. opacus Sow. t. 142. Cfr. S. M. p. 98.

43. *A. cretaceus* Pers., non Bull.

Haec mihi dubia species; optime in formam subcaespitosam *A. cerussati* quadrat. Est igitur omnittendus.

48. *A. oedematopus* l. c. p. 96.

A. bulbosus Pall. *Russ. Reis. I. p. 131. t. 9. f. 2.*

De hoc et affinibus consulenda Chevall. *Fl. Par. p. 154.*

3. H y g r o c y b i .

4. *A. sciophanus* l. c. p. 102.

Fl. Dan. t. 1845. f. 2.

Lamellae pallidae nec incarnatae, passim fusciscentes, crassiùsculae, venoso - connexae. Pileus subrepandus demum depressus.

7. *A. chlorophanus* l. c. p. 103.

Ab *A. ceraceo* certe distinctus lamellis fere liberis. Major procul dubio cum *A. conico* affinitas, Chev. Par. p. 159.

12. *A. miniatus* l. c. p. 105.

Sommerf. Lapp. p. 254. Chev. Par. p. 161.

Cel. Sprengel, fide VahlII, cum *A. conico* fungit, sed nisi omnes Hygrocybos jungere velis, hi certe distinguendi sunt. Hujus pileus planus umbilicatus, siccus, subsquamulosus etc. Saepenumero haud sine difficultate ab *A. turundó* dignoscitur.

4. O e s y p i i.

9. *A. ovinus* l. c. p. 109.

A. obscurus β . *A. S.* p. 174. optime.

Illustr. Sprengel hanc speciem et ad *A. arcuatum* et ad *A. melaleucum* citat; ab utroque certissime differt.

9 b. *A. opicus*, pileo leviter carnosio subumbonato squamuloso griseo, lamellis emarginato-adnexis ventricosus canis, stipite farcto aequali subbrilloso. *S. M.* 1. p. 43.

Stipes $1\frac{1}{2}$ – $2\frac{1}{4}$ unc. longus (Cfr. Obs. Myc. 2. p. 112. nec $\frac{1}{2}$ unc. ut in *S. M. l. c.* vitio typographico legitur,) sed inter muscos humidos 3–4 unc. et ultra longus, 2–3 lin. crassus, aequalis l. deorsum attenuatus, pallidus, fere glaber. Pileus convexus, explanatus, demum saepe sursum revolutus, 1– $1\frac{1}{2}$ unc. latus, obtuse umbonatus, junior laevis, dein totu minute squamulosus. Caro tenuis, griseo-alba. Lamellae latae emarginatae, ventricosae subconfertae (magis vero distant, quàm in similibus *Tricholomatibus*). Distinctissimam hanc speciem, olim rarissime visam, jam e plurimis speciminibus de novo descripsi. E caractere in multis *Tricholomati* affinis, sed quoad veram affinitatem et staturam potius *Cliocybis* Oesyptii adnumerandus et inter *A. ovinum* et *sulphureum* locandus. Ab *A. gausapato*, cujus

colores habet, certissime differt. In sylvis muscosis abiegnis etc. Aug. — Nov. (v. v.)

12. *A. inamoenus* l. c. p. 111.

Exactissime habitum nostri fungi exprimit *A. cossus* Sowerb. t. 121., sed viscosus dicitur, dum noster absolute siccus.

6. T h r a u s t i .

7. *A. cuneifolius* l. c. p. 116.

A. meleagris Sow. t. 171; huc potissimum citandus videtur. — Chevall. Par. p. 165.

Pileus fragillimus, unde epidermis demum concentrice rimosa, demum etiam depressus. Lamellae valde confertae, venoso-connexae, postice acutae. Quin ab *A. ovino*, *arcuato* et *melaleuco* diversissimus sit, non dubium.

8. Chondropodes.

2 b. *A. maculatus*, pileo carnosio planiusculo obtuso sicco albido rufescente-maculato, lamellis liberis confertis, stipite farcto ventricosio striato.

A. maculatus A. S. p. 186. *A. carnosus* Sowerb. t. 246. *A. rubiginosus* Schum. Saell. 2. p. 276. *A. fusipes* h. Fries Syst. Myc. 1. p. 121. (de cujus differentia utique gravia dubia restant:)

Odor et sapor acidulus. Stipes validus, 3-4 unc. longus, sed inter muscos humidos longitudinem spithamaeam usque attingit, 4-10 lin. crassus, inaequalis, et praecipue frigori infestus valde ventricosus et deorsum attenuatus, obsoletius cartilagineo-corticatus. Pileus vere carnosus, subcompactus, e forma hemisphaerica margine involuto demum totus applanatus, saepe repandus, 3-6 unc. latus, laevis, glaber. Lamellae liberae, confertissimae, angustae (vix 2 lin. superant), lineares, albido-pallescens. Color primo caudidus, hinc inde sordide rufi-maculatus, dein pileus totus sordide

rufescit. Species ampla, *A. fustipedi* valde affinis. Dini miratus, *A. fustipedem* apud A. S. plane desiderari, aliamque speciem ipsam vulgarem mihi excidisse, identitatem tandem cum *A. fustipede* β . perspexi. Marginem tamen in meo non video tomentosum, *A. carnosus* Sow. certe meus fungus; secundum eximium Swartzium ad *A. erubescens* olim citavi. In pinetis, locis subhumidis muscosis frequens. Aug. — Nov. (v. v.)

7. *A. acervatus* l. c. p. 122.

Stipites 1–2 lin. crassi, rigidi, fragiles, castaneo-rufi, laeves. Pileus tenuis, margine demum explanato striatus. Lamellae admodum confertae, leviter adnexae, secedentes, *A. erythropodis multoties angustiores*, albidae l. incarnatae planae. Sero autumnæ sublivens l. exsiccatione expallens legitur.

De hoc et affinis conferatur *Chevall. Par.* p. 168.

13. *A. dryophilus*, pileo leviter carnosio planiusculo subumbilicato laevi pallescente, lamellis subliberis angustis, stipite fistuloso laevi glabro lutescente l. c. p. 124.

Odor et sapor nullus. Stipes subtenuis, longitudine varius, aequalis, sed in b. basi eximie inflatus. Pileus orbicularis, obtusus, sed passim centro depressus, glaber laevis l. locis udis ipso margine striatulus. Caro tenuis alba. Lamellae perangustae, carne tamen pilei latiores, confertissimae, distinctae, planae, albae (tamen et eximie sulphureae in linguo quercino lectae). Variat ut loco citato dictum. — De proximis, mihi non obviis, cfr. notas *Sommerf. Lapp.* p. 254, *Chev. Par.* n. 169.

9. S c o r t e i .

5. *A. porreus* l. c. p. 128.

A. porreum, *scorodonium* et *alliaceum* per viginti annos volentes copiosissime legi et diligenter distinguere studui. Repetito vero scrupuloso examine

nihil aut in dispositione aut in descriptione, aut denique in synonymis vituperandum invenio. Singula verba in S. M. allata cum speciminibus copiosis, quae nunc ad manus conveniunt. Inter se sane distincti sunt. Cfr. quoque *Chev. Par. p. 171-177.*

6. *A. terginus* l. c. p. 128.

A. leptopus Pers. *icon. pict.*

8. *A. putillus* l. c. p. 129.

A. confluens β . A. S. 184. qui vero lamellarum indole longe ab α . distat. Nomen non sphalmate (pro pusillo) ortum; sed ob staturam minutam elegantem ita dictus.

IX. COLLYBIA.

6. *A. tenacellus* l. c. p. 131.

A. spinipes Sow. t. 206.

7. *A. myosurus* l. c. p. 132.

Wahl. Succ. n. 1904.

Ab *A. rameali* diversissimis lamellis liberis stipite radicato etc. Certe nunquam ex coloris analogia species conjungendae.

11. *A. tuberosus* l. c. p. 133.

A. racemosus Pers. certe hujus monströsa progenies. *Grevill. Scot. t. 23.*

16. *A. parasiticus* l. c. p. 135.

A. proximis valde differt *velo universali* etc., sed et ab *Agaricis plicis* (non lamellis) saepe difformibus etc., quare omnino sui generis fungus. (NYCTALIS S. O. V. p. 78.)

Analogia eximia cum *Asterophora Agaricoide.*

19. *A. androsaceus* l. c. p. 137.

Plurimae species huc ab Ill. Sprengel referuntur. 1) *A. splanchnoides* Horn., de qua specie a me non visa nil ex autopsia afferre possum; equidem

nullum vidi transitum. 2) *A. stipitarius* stipite tofo fibrilloso, pileo juniore sericeo, dein squamuloso, lamellis liberis longissime distans. 3) *A. juncicola* et *stipularis*, qui praeter colorem diversissimum fugacissimi sunt, mox flaccescentes, lamellis omnibus integris latioribus, stipite subpubescente laevi, ut merito in aliam tribum sepositi sint, non nisi cum proximo *A. pterigeno* comparandi. Vix crederem Agaricos in diversis sectionibus a me collocatos jungendos esse, qui, nisi quando expressis verbis notaverim affines removeri, eos semper sibi proximo collocarim.

X. MYCENA.

1. a. *A. discretus*, pileo conico umbonato densissime striato, lamellis liberis callo a stipite discretis confertis, stipite cavo ventricoso pallide

Nulli descripto affinis. Gregarius, in spiritui vini conservatus totus albidus l. pallescens. Stipe valde crassus sursum attenuatus, subinde conicus basi solida, ceterum cavus, laevis, glaberrimus 1½ unc. longus, basi ¼ unc. usque, apice 2 lin. crassus. Pileus quam maxime membranaceus, tenerimus, sed umbone firmo laevi aequali maxime prominente semper instructus, primo conicus, marginifracro, dein magis expansus. Coprino plicatili feretenuior, striis delicatis longe confertissimis. Lamellae non tantum liberae, sed etiam callo, omnino uin *A. procero* stipitem tingente remotae, confertissimae, sublineares, adscendentes. Inter specimina numerosissima fungum vidi affinem stipite 3-4 pollicari, fere aequali, pileo multo latiore obtuso, lamellis latioribus; forsitan tamen varietas est. *In insula St. Crucis*. Benzon. (v. in spir. vini.)

1. b. *A. Benzonii* caespitosus, pileo campanulato subumbilicato striatulo fuscescente, lamellis liberis approximatis, stipite fistuloso aequali pallide

Ad prioris typum formatus, sed in plurimis re-
 edit. Stipes aequalis, 1-2 lin. crassus, 1-1½ unc.
 longus, laevis, glaberrimus. Pileus semper obtusus
 in apice fere umbilicatus, uncialis, minute et den-
 sissime striatulus. Lamellae confertae, stipiti valde
 approximatae, postice obtusissimae, confertissimae.
 Ad truncos insulae St. Crucis. Benzou. (v. in spir.
 viii.)

1. *A. supinus* l. c. p. 142.

A. griseus Chev. Par. p. 177. non vero *Fries* nec *Batsch*
 (*A. corticalis* Sawerb. t. 243, num hujus loci?)

Minime cum *A. metato* l. *speireo* commutandus.
 Iota statura et lamellis liberis mox dignoscitur.

1. *A. alcalinus* l. c.

A. murinus Sow. t. 162. hunc potissimum exhibet.

14. *A. polygrammus* l. c.

Sow. t. 222.

Obs. Non *A. pilipes* Sow.

17. *A. pellucidus* l. c. p. 156.

Affinitas hujus speciei dubia est; certe vero
 cum *A. demisso* non jungendus.

18. *A. griseus* l. c. p. 158.

E diagnosi *A. gryseus* Spreng. Syst. Veg. IV.
 435., sed synonyma valde aliena.

1. *A. clavicularis* l. c.

Nulla specialior cum *A. citrinello* affinitas.
 Stipes siccus etc. — De 54 *A. speireo* vide sub *A.*
pino. — 56, 57. vide *A. androsaceum*.

3. *A. pterigenus* l. c. p. 160.

Weinm. Cat. Petrop. in Flora. *A. filicinus* Spreng. Syst.
 Veg. p. 438. Cfr. *Sommerf. Lapp. p. 256!*

XI. OMPHALIA.

1. *A. stellatus* l. c. p. 163.

Hic, vera Omphalia pileo infundibuliformi, mellis decurrentibus, non comparandus cum *A. quato*, optima Mycena pileo exacte campanulato, mellis non tantum liberis, verum etiam collari stipite discreto adnatis. Utriusque basis dilatata valde dissimilis.

2. *A. scyphoides* l. c.

Ab *A. platypode* nimis distat, nec cum eo facile commutari potest. Nescio, cui propiorem drem, quam priori.

4. *A. pyxidatus* l. c. p. 164.

A. turfosus, Sowerb. t. 210.

6. *A. umbelliferus* Linn.

Stirp. Fensj. p. 49. *Wahl. Suec.* n. 1914. *Soumerf.* 1 p. 256. (ubi quoque varietas flava!) *V. ericet.* S. M. 1. p. 165.

15. *A. atratus* S. M. p. 168.

A. nigrella Pers! ab hoc diversus est.

17. *A. affricatus* l. c. p. 169.

Lamellae postice latissimae, subconfertae, decurrentes. Pileus infundibuliformis.

22. *A. incomtus* l. c. p. 171.

Lamellae obovatae, postice valde angustae, fere liberae. Pileus convexus; a priori igitur longe distat.

26. *A. metachrous*, inodorus, pileo leviter carinatus, planiusculo subumbilicato glabro (livido, albicante), lamellis adnatis confertis albidis, pileo aequali sursum pruinoso l. c. p. 172.

Stipes tenax, 1½ unc. et ultra longus, junctus, dein cavus, nunc teres 2 lin., nunc compressus 3-4 lin. crassus. Pileus primo leviter convexus, dein planiusculus, depressus, uncialis et ultra

nior cinereus, dein lividus, siccus albicans. Variat, ut loco citato.

10. *A. trullaeformis* l. c. p. 174.

Cfr. *Sommerf. Lapp. p. 257.*

Obs. *Lentiscyphi* genus peculiare constituunt.

XII. PLEUROTUS.

1. *A. conchatus* l. c. p. 181.

Hujus varietates sunt *A. torulosus* Pers. l. c. n. 4. *A. inconstans* P. l. c. n. 5. (non vero *A. ursinus*) et *A. spodoleucus* colore tantum, quinquam lacteus constanti, differt. — Datur quoque hujus varietas *squamulosa*!

13, 15. *A. porrigens* et *pinsitus* ad *Omphalarias* referendi. Primitus lamellae in puncto excentrico concurrunt.

(14.) *A. planus*, pileo subcarnoso fragili glabro violaceo, demum applanato rubro, lamellis dilutioribus, stipite brevissimo basi tomentoso. — *A. S. p. 230 β.*

Colore et fragilitate ex hac tribu valde insignis apparet. Stipes perbrevis, interdum vix ullus, tomentum tamen niveum circa pilei basin constanter praesens. Pileus exacte semiorbicularis, aetate juniore anoene convexus, pulchre violaceus; dein prorsus applanatus ruberque (demum dilutior) evadit; subcarnosus ceterum, margine striatulus senipellucens, fragilis, humens, $\frac{1}{4}$ – $\frac{3}{4}$ unc. latus. Lamellae pileo concolores, dilutiores. Nam *Leucosporus*, ab *A. plano* Pers. (vide infra) diversus, in ligno fagineo, vere, raro *Aut.*

3. c. *A. lignatilis*, pileo carnosso planiusculo irregulari subpruinoso sordide albedo, lamellis adnatis confertis candidis, stipite irregulari excentrico subvillosa. *S. M. 1. p. 94.*

Melius inter Pleurotos pone *A. palmatum*, quae inter Clitocybes species locatur. Saepius excentricae saepe lateralis, semper irregularis, caespitosus, odor farinae recentis. Stipites sarcti, demum cavi, scilicet albi subradicantes, nunc longi (2 unc.), nunc breves, immo brevissimi aut nulli. Pilei substantia tenuis, sed firma (compacta), fissilis; margo seu inde eleganter erenato-crispus; forma et magnitudo maxime variat. Cfr. ceterum l. c. — Prae *A. lignatitem* Pers. etiam *A. dasypus* Pers. huc invidetur referendus.

5. *A. pulmonarius* l. c. p. 187.

A. petaloïdes Sommerf. Lapp. p. 258.

10. b. *A. unguicularis*, pileo carnosulo laeviusculo epidermide viscosa, lamellis determinatis distinctibus albidis, stipite brevissimo glabro.

Perpusillus. Stipes ascendens, albus, vix longus, in corticis rimis delitescens, unde primo aspectu sessilis omnino videtur. Pileus horizontalis reniformis, convexo-planus, glaber vel villosus 2-4 lin. latus, raro $\frac{1}{2}$ uncialis, margine patente tegro, subtus planus, unde lamellae spuriae decurrentes, ut in *A. miti*, distantes, 3-7 breviores integras, latiusculae. Duas legi formas, suis locis fideliter redeuntes; alteram pileo griseo in rimis Quercuum, alteram pileo aterrimo ad cortices Sorbi. *Inmis corticum* Nov. — *Febr. mitibus et pluviosis.* (v.

1. *A. pectinatus*, pileo semiorbiculari plano tenuissimo pallido, lamellis confertissimis albis, stipite tenaci radicato. *Schwein!* Carol. n. 814

Prope *A. reniformem* locandus. Dimidiatus, stipite brevi in truncos penetrans. Lamellae pectinatim ordinatae, albae aut pallescentes. *Frequens latera truncorum putridorum Carolinae.* (v. s.)

2. *A. tremulus* l. c. p. 191.

Stipes longitudine varius, sorsum dilatatus fibrillis supra muscos adfixus. Lamellae valde

gustae. Habemus quoque individua majora ultra pollicem lata, lobis circumscriptis infundibuliformia, margine undulato-flexuoso. Affinis utique est *A. acerosus*, sed transitum nullum vidi.

5. a. *A. ringens*, resupinatus, vertice in stipitem brevissimum villosum porrectus, pileo labiato fusciscenti-rufo, margine striato, lamellis simplicibus carneis. *Fries. Femsj.*

Summum decus! Pileus membranaceus, tenax, flaccidus, semper liber, sed postice in stipitem carnosum pallidum porrectus $\frac{1}{4}$ -1 unc. latus, margine crispato striato, ceterum laevis, sed pube tenuissima, in sicco albida, rugulosus. Situ et forma maxime varius, subhorizontalis, plerumque excentricus, semper integer, labiato-ringens. Lamellae in punctum excentricum convergentes, inaequales, numerosae, latiusculae, integerrimae, pileo pallidiores. Nec minus abnormis crescendi modus; variarum enim *Telephorarum more e rimis epidermidis ramulorum Betulae albae erumpit! gregatim caespitoso-imbricatus, Nov. Dec., hieme miti in ver usque persistens.* (v. v.)

Hanc speciem jam hieme 1821 ad Femsjo Smolandiae detexi, dein quotannis legi. — Eundem eodemque loco nascentem in Kamtschatka! observavit nobiliss. WORMSKJOLD, in Ruthenia cel. WEINMANN, qui *A. rufo-marginatum* dicens etiam optime distinxit et ante *A. septicum* locandum monuit. Porro rever. SOMMERFELT in Saltdalen Lapponiae Nordlandicae legit; descriptione saltem, si a sporidiis recesseris, *A. arcticus* Ejusd. optime quadrat. Ad eximium amicum specimina nostri fungi misimus, quae ille cum suo identica declaravit. Tandemque sequens fungus collatis plurimis specimenibus varietas tantum habendus. Emersit igitur insignis haec species eodem tempore quinque dissimilissimis regionibus; insigne documentum, fungis latissime extensam esse patriam.

- β. *tenuissimus* pileo conchiformi cervino, margine laevi, lamellis ramosis pallidis. *Schwein!*
Car. n. 813.

Priori minor, pallidior; sed historia prorsus eadem. Pileus e vario centro l. latere porrectus, villis praecipue circa centrum adpersus, subsplendens. Lamellae e centro divergentes, tenues, confertae, exsiccatae flexuosae. *Erumpit e corticibus salicinis Carolinae australis; varv. (v. s.)*

5. *A. septicus* l. c. p. 192.

Raji Syn. 11. 18, 32. *Peziza lamellata* *Poll. Pal.* 111. p. 309.

7. b. *A. niger*, dimidiatus, nigerrimus, pileo subresupinato in medio affixo pulveraceo, margine plicato, lamellis margine cinereis. *Schwein!*
Car. n. 817.

Gregarius, sed non imbricatus, 2—3 lin. latus. Pileus aterrimus, non pellucidus. Lamellae radiantes, latae, atrae. *Juglandis albae incolu Carolinae. (v. s.)*

Fieri potest, ut hic fungus sit status perfectior *Cantharelli tenelli*, et *A. striatulus Cantharelli cupularis*; at sine examine in natura ne quid affirmes.

XIV. CLITOPILUS.

Obs. Ob inopiam specierum *A. Mouceron* ut hujus subtribus considerari potest.

1. *A. Prunuloides* l. c. p. 198.

Diversissimus ab omnibus sequentibus lamellis emarginato-liberis. Reliquae species, quae *figura lamellarum* ne minimum quidem inter se discrepant, olim forsitan ut subspecies ejusdem speciei maxime polymorphae considerandae. Hoc vera paucis ardeat, cum eas in se invicem transire nemo unquam vidit, si a spectabili *A. umbroso* Pers.: (qui forinis mediis cum *A. Pluteo* omnino jungitur) discessero.

8. *A. phlebophorus* l. c. p. 200.

a. vascipes Grevill. Scot. t. 173. *optima*. *A. mollisculus* Sow. t. 174. (deleatur p. 205.)

Obs. *A. phlebophorus* est status hujus speciei diminutus corrugatus. *A. vascipes* vulgarior et rite explicatus status; uterque ab *A. Pluteo* dignoscitur pileo tenuiore, stipite cavo fragili laevi diversus. Facile conjiceret, *A. umbrinellum* Sommerf. Lapp. p. 259. ad hunc accedere; ut *A. umbrosus* ad *A. Pluteum*, sed neque similis forma in his terris occurrit, neque terrestrem unquam vidimus nostrum.

XVI. NOLANEA.

1. *A. turbidus* l. c. p. 205.

A. caesius, *β. argyraceus* A. S. p. 60.

3. b. *A. limosus*, pileo submembranaceo campanulato fuligineo, sicco canescente sericeo, lamellis adnatis medio latissimis, stipite fistuloso glabro, basi inflato.

Filius forsitan *A. pascui*, sed tam insignis, ut seorsim describendus sit. Habitus *A. galericulati* β , sed stipes brevior. Odor farinae recentis. Stipes 3 unc. longus, 2 lin. crassus, aequalis; sed basis limo immersa inflata cava villosa; ceterum glaber, laevis, pallescens. Pileus eximie membranaceus, laevis, glaber, obtusus, campanulatus, fuligineo-lividus. Lamellae adnatae, medio latissimae, $\frac{1}{2}$ unc. usque, confertae. In limo exsiccato paludum profundissimarum; aestatis fine. (v. v.)

XVIII. TELAMONIA.

6. *A. gentilis* l. c. 212.

A. hirsuteus Sow. t. 173!

XXII. PHOLIOTA.

(4.) *A. spectabilis*, fulvus, pileo carnoso laevi subglabro, lamellis adnato-decurrentibus, stipite solido glabro, annulo campanulato amplo. *Weinmann in lit.*

b. subcaespitosus, pileo versus marginem obsolete piloso-squamoso, lamellis adnatis dente decurrente, stipite verniceo-nitente.

Solitarius, gregarius, immo subcaespitosus, magnus, speciosus. Stipes 4 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, basi subincrassatus, non squamosus, sed superficie quasi furfuracea. Annulus membranaceus, $\frac{1}{2}$ unc. latus. Pileus convexus, siccus, 3 unc. circiter latus, obtusus, margine tenui inflexo. Caro firma, sulphurea. Lamellae angustae non olivaceo-pallidae. *In pratis circa Paesopolin, aut. Weinmann. (v. s.)*

b. *ad radices Quercus Sept. C. t. (v. v.)*

6. b. *A. villosus* pileo compacto floccoso-villoso subsericeo luteo-fulvo, lamellis adfixis angustis luteis, stipite valido fibrilloso.

Stipes farctus, dein cavus, 3-4 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus lutescens, basi subclayata. Pileus convexus, dein planus, obtusus, margine primo inflexo, 2-4 unc. latus et ultra. Caro lutescenti-pallida. Lamellae angustae, confertae, ad marginem inflexum evanescentes. Annulus angustus. Odor peculiaris. *Ad truncos Scaniae gregarius jam aestate. (v. v.)*

Synonyma *A. aurivelli* cum hoc conferenda.

(14.) *A. tersus*, pileo carnoso plano adpresse squamuloso flavo, lamellis liberis linearibus e pallido ferrugineis, stipite farcto aequali annulato, deorsum ferrugineo.

Medius quasi inter *A. mutabilem* et *flavidum* prope illum locandus. Subcaespitosus. Stipes farctus, aequalis l. basi leviter-incrassatus, 4-5 unc.

longus, 2-3 lin. crassus, vix strictus, intus ferrugineus. Annulus fugax. Pileus vere carnosus, sed haud crassus, e convexo planiusculus, obtusus, 2 unc. circiter latus, adpressè squamosus, absque striis. Caro flava. Lamellae confertae, lineares, $1\frac{1}{2}$ -2 lin. latae, confertae, demum lutescenti-cinnamomeae. Omnibus partibus A. flavido tenuior. Fieri potest, ut *A. subluteus* Fl. Dan. hujus sit loci (cfr. S. M. 1. p. 285.) sed characteribus, v. c. lamellis decurrentibus, ita abhorret, ut pro synonymo citare non audeam. In *fagetis Scaniae rarior, Octobri. Legi ad Trolleholm.* (v. v.)

15. *A. blattarius* l. c. p. 246.

Noster fungus constanter annulatus est; ceterum adeo perfecte convenit *A. pygmaeus* Bull. t. 525. f. 2., ut eum non possim non hujus formam exannulatam habere. — *A. unicolor* Fl. Dan. t. 1071. f. 1. (l. c. inter inquirendos), secundum rev. Sommerfeltii illustrationem etiam hujus loci videtur.

15. b. *A. pumilus*, parvus, pileo subcarnoso laevi ochraceo, lamellis adnatis confertis pallidis, stipite fistuloso laevi, annulo fugaci. S. M. 1. p. 263.

Descriptionem Persoonii (fungi fere vagi) loco citato tantum repetii, cum incompleta modo legissem specimina; hinc novam ad optima elaboratam tradam.

Solitarius l. gregarius. Stipes 1- $1\frac{1}{2}$ unc. longus, $1\frac{1}{2}$ -2 lin. crassus, aequalis, haud strictus, pileo concolor. Pileus e campanulato hemisphaericus, obtusus, etiam humidus laevis et ochraceus, glaber, 4 lin. et ultra latus. Caro tenuis aquosa. Lamellae adnatae, primo adscendentes, mox planae, triquetrae, 2-3 lin. latae, confertae, ante marginem acutum desinentes! Annulus sat distinctus, sed cinguliformis nec membranaceus. Ab *A. hypnorum*, cui proximus, differt statura breviori firmitate, pileo subcarnoso et laevi etc. Potius cum individuis minimis

A. mutabilis confundi posset, sed valde distinctus est. *In campis, versuris graminis, Oct. Nov. (v.v.)*

16. *A. Mycenoides* l. c.

Est sane species pulcherrima atque distinctissima, quae cum nullam merito compares. Perperam omnino ad *A. erebium* citata; affinitate forsitan proxima cum *A. melinoide* juncta.

XXIV. HEBELOMA.

1. *A. fastibilis* l. c. p. 249.

Etiam si sporidiorum colorem omittas, tota natura ab hoc differt *A. vibratilis* huc a Sprengelio relatus.

2. *A. punctatus*, pileo leviter carnoso papillato-viscoso crustallino, lamellis postice angustatis pallido-ferrugineis, stipite cavo fibrilloso sorbide pallido.

Species distinctissima ab omnibus a me visis ob colorem sporidiorum argillaceum. *A. fastibili* proxima. Nulla synonyma quadrant; ni fallor, tamen *A. punctatus* *Schaeff. t. 40.* et *A. thelephorus* *Pers. Syn. p. 307.* eandem designant; eisdem quidem papillis viscosis punctati sunt. Hoc ex capite ad *A. pustulatum* unice accedit. Gregarius, statura et coloribus *A. fastibili* similis. Stipes $1\frac{1}{2}$ -3 unc. longus, 2-4 lin. crassus; aequalis, cavus (mihi semper) siccus!, totus sericeo-fibrosus l. e veli reliquis adpresse squamulosus, pallidus, ferruginascens, apice albidus pruinatus. Pileus vere carnosus, sed caro tenuis pallida, mox planus, obtusus l. saepius disco saturatus colorato umbonatus, viscosus, papillis minutis innatis viscosis praecipue in disco tectus, 1-2 unc. latus et ultra, demum circa umbonem depressus. Color crustallinus l. testaceo-gilvus in siccis expallens. Lamellae adnatae, postice leviter tantum angustatae, confertae, integerrimae, 2 lin.

circiter latae, planae, pallidae, aquosae cinnamomeae, demum obscure ferrugineae. Sporidia argillacea. Ad terram; legi equidem locis deustis in fagetis multis locis copiosissime; Oct. Nov. (v. v.)

XXV. FLAMMULA.

4. b. *A. peregrinus*, pileo carnosò planiusculo ferrugineo squamuloso, dein corrugi, lamellis subdecurrentibus ferrugineis, stipite solido aequali glabro.

Stipes subincurvus, pallescens, deorsum obscurior, 1-1½ unc. longus, crassitie admodum varius, pennae cygneae l. gallinaeae, omnino laevis et glaber. Pileus planus et in centro saepe depressus, 1-2 unc. et ultra latus; specimina minora minute et regulariter ferrugineo-squamulosa, majora vero glabrata et regulariter corrugata. Lamellae latae, subconfertae, ferrugineae, sporidiis concoloribus. Ad truncos insulae St. Crucis Benzoni. (v. in spir. vini, ab illustr. Hornemann communicat.)

5. *A. astragalinus* l. c. p. 251.

A. Revidus β. *A. S.* p. 160. *A. astragalinus* Wahl. *Succ. n.* 1885.

6. b. *A. sapineus* l. c. p. 239.

Quamquam sporidiorum colore potius *Cortinariam*, ob totam staturam et affinitatem huc referendos censeo tam *A. sapineum*, quam 6. c. *A. piceum* l. c.

XXVI. INOCYBE.

Obs. Tribus mire naturalis potius seriem distinctam inter *Cortinarias* et *Derminos* mediam sistit; sed et hunc locum facile tuetur. Analysin ejus optimam vide *Grev. Scot. t.* 128. (*A. rimosus*.)

8. *A. lanuginosus*, pileo subcarnoso hemisphaerico squarrose squamuloso-villoso fusco-cervino, lamellis liberis stipiteque solido tenui fibrilloso albido-fuscis. *S. M.* 1. p. 257. ubi syn.

A. flocculentus *Poll. Pal.* 111. p. 288.

b. *A. cervicolor* *Pers. Syn.* p. 325. (hæc potius quæ sub *A. iliopodio* citandus.)

Ut melius distinguatur sequens species maxime affinis, de novo describam:

Inodorus. Stipes $1\frac{1}{2}$ –2 unc. longus, 1–2 lin. crassus, aequalis, tenax, tomento fusco fibrilloso obductus; etiam apice minute albido-pruinatus. Pileus campanulato-convexus, obtusus; dein expansus, subumbonatus; uncialis et infra, villo conferto squamuloso squarrose tectus, quo demum secedente lutescit. Caro pilei stipitisque albida. Lamellae late ventricosæ, confertæ, pallidæ, demum fuscescentes. — Num *A. plumosus* *Bolt.* re vera diversus? *A. laevis* differt odore, lamellis, pileo adpresso fibrilloso, stipite nudiusculo, intus rubescente etc.

12. *A. lucifugus*, pileo leviter carnoso convexo-planæ adpresso fibrilloso-squamoso subolivaceo, lamellis subliberis ex argillaceo olivaceis, stipite solido aequali subnudo. *S. M.* 1, p. 258. (junior status.)

A. dulcamarus *Pers. Syn.* p. 324. *lc. pict.*

b. major, robustior, difformis.

Odor ingratus. Stipes 1– $1\frac{1}{2}$ unc. longus, 2 lin. crassus, aequalis, firmus, vix fibrillosus, sed ipso apice albido-farinulentus, non strictus, pallidus. Pileus uncialis, sat firmus, squamulis adpressis f. saepius fibrillis longitudinalibus tectus, olivaceus, saepe expallens, raro cervinus. Caro albida. Lamellae e pilei forma subinde adnexae, confertae, ventricosae, primo albidæ, mox lutescentes, demum obscure olivaceae. — b. valde abnormis, stipite $\frac{1}{2}$ unc. et ultra crasso, inaequabili, pileo 2–3 unc. lato, obtuso, repando; lamellis maxime crispis. *Utramque varietatem mixtam legi loco graminoso in umbroso pineto, sero autumnæ.* (v. v.)

Obs. E sola Persoonii descriptione dici non potest, utrum *A. cervicolor* et *dulcamarus* Dermocybe, an *Inocybe* sint. Systema Mycologicum editurus ob affinitatem cum *A. raphanoide* l. c. indicatam et synonymon citatum prius non potui non credere, quare ad *A. iliopodium* has species citavi, quas vero jam visa icone huc spectare suspicor.

13. *A. geophyllus* l. c.

Nomen non sphalmate ortum, sed lamellarum colorem terreum respicit.

14. *A. vatricosus* l. c. p. 259.

Eximie distinctus, sed valde rarus, inodorus. Pileus obtuse umbonatus, glaber, circa margines tantum obsolete sericeus; jove enim pluvio viscidus est!! Lamellae late emarginatae fere liberae.

5. *A. scabellus* l. c.

Ob lamellas fuscescentes huc citavi, sed *Leu-sporus* omnino est et *A. stipitatio* subjungendus.

XXVII. NAUCORIA.

Obs. Alia eximia tribus, sed ad Genuinos stringenda. Quoad veli indolem *A. muricatus* iam huc trahi potest praecipue cum annulus saepe literatus, saepius fugax sit! — Hujus certe tribus una bona species videtur *A. vestitus* Chev. Par. p. 5. iconque data t. 6. f. 9. characteres tribus optime ponit! „Lamellae cinnamomeae.“

b. *A. erinaceus*, pileo carnoso — membranaceo umbilicato floccoso — squamoso umbrino — ferrugineo, lamellis adnatis, stipite fistuloso incurvo hirtio.

Pupillus, solitarius, persistens. Stipes leviter fistulosus, undique hirtus, basi dilatata albopubescente idermidi ramorum adnatus (nec ut in analogo *A. bercoloso erumpens*), incurvus, aequalis, 4 lin.

3

8

1944

1945

1946

1947

1948

1949

1950

1951

1952

1953

1954

1955

1956

1957

1958

1959

Vulgari multo minor. *In areis hortorum.* (v. v.)

b. *A. Centunculus* l. c. p. 262.

Nulli affinis! Sporidiis ferrugineis a rhodosporeo *clandestino* longissime distat.

A. sparteus, subcinnamomeus, expallens, pileo tenui convexo obtuso, lamellis late adnatis ventricosis confertis, stipite tenui flexili glabro l. c. p. 266.

b. stipite brevi spadiceo.

Ne iterum confundatur, de novo describam et omnium characteres acutos exponam. Gregarius, terribilis, pallide cinnamomeus, expallens. Stipes 1½ unc. longus, haud lineam crassus, aequalis, glaber, non strictus, deorsum subinde obscurior. Pileus omnino membranaceus et convexo expansus, planiusculus, obtusus, glaber, tantum pellucido-striatus, siccus aëvis ochraceo-alutaceus, 5 lin. et ultra latus. Lamellae totae adnatae, planae, latae. *In pratis muscosis, autumno seriore.*

b. *inter ramenta lignea.* (v. v.)

Differunt species concolores 1) *A. tener* stipite stricto, pileo conico, lamellis linearibus adscendentibus, 2) *A. melinoides* (quocum forsang jungitur) stipite substricto, inaequali, pruinato, pallidiore, pileo carnoso-membranaceo, lamellis triquetris, 3) *A. hypnorum*, stipite adhuc magis flexili pruinato, pileo campanulato subpapillato, lamellis distantibus laevioribus.

b. *A. hyperellus* pileo submembranaceo expanso umbonato glabro canescente-ferrugineo, lamellis adnatis, stipite fistuloso brevissimo fibrilloso.

Statura potius Naucoria, sed ob pileum glabrum hoc loco citatus, donec velum pilei recessisse certior factus essem. Species staturae omnino propriae, valde nana. Stipes vix ¼ unc. longus, filo tenuior, aequalis, sed basis bulbillosa, sericeo-fibrillosus, pallidus. Pileus e convexo planus, umbonatus, 4-5 latus, siccus saltem colore indicato insignis. La-

mellae pro ratione latae, confertae, pulveraceae, scure ferrugineae. *Ad terram Petropoli Weanau.* (v. s.)

9. a. *A. pusiolus* S. M. 1. p. 264.

Pileo hemisphaerico et colore laete luteo a quo eminens dignoscitur.

XXIX. TAPINIA.

1. *A. fragilis* l. c. p. 269.

Hæc a nemine post Batschium observata sui status mihi videtur vetustissimus *A. furfur* qui eximie fragilis, carneo-rubellus etc.; est ita omittendus.

3. b. *A. scambus* pileo subcar noso convexo-que sericello albido, lamellis adnatis confertis a laceis, stipite brevi incurvo flocculoso.
Obs. Myc. 2. p. 45!

Ob tribum dubiam in S. M. exclusi, sed piniam jam video; nam a Flammulis, quibusrum affinis, pileo sericello nimis recedit. Ab *Iris* præcipue v. c. *A. vaticoso* caute distingue Pusillus. Stipes factus, sed in medio adest dilutior, cavi indicium, $1\frac{1}{2}$ –1 unc. longus, raro 1 lin. crassus, aequalis, curvato-ascendens, dus, flocculis farinaceo-squamulosis albis fuga conspersus, basi pubescens. Pileus tenuis; $\frac{1}{2}$ –1 latus, demum depressus, margine primo inflexo bescente. Lamellae pallidae. Cfr. l. c. *Ad terram arenosam ad viarum latera etc. rarus,* Nov. (v. v.)

XXX. CREPIDOTUS.

3. *A. pannoides* l. c. p. 273.

Alii legunt *pannoides*, sed a *Pano* dictus est. Ceterum bona species nec rara, etiam e Ruthenia, Germania etc. mihi missa. In cellis quoque frequens formis innumeris expansa ramoso-lobata!, apulari (*Gomphus Pezizoides Pers.!*), resupinata etc.

. *A. mollis* l. c. p. 274.

c. *Stipilatus*, *spathulatus*, *A. applanatus Pers. Obs. Myc. 1. p. 8.* *A. planus Pers. Syn. p. 480.* *A. spathulatus Sommerf. Lapp. p. 262.*

d. *sessilis*, *minimus*, *unguicularis*, *A. variabilis var. Spreng. in litt. E Portorico.*

. *A. proboscideus* l. c.

Cfr. quae de hac boreali specie eximie enarrat ev. *Sommerfelt* (Suppl. Lapp. p. 261.) *Locus primus in ramis putridis alneis.*

P H A E O T U S .

Char. Lamellae decolorantes, persistentes. Velum varium. Sporidia ferrugineo-fusca. Tribus nova inter *Derminos* et *Pratellas* media. Cfr. S. *N. 1. p. 276. linn. ultt., Syst. Orb. Veg. p. 74.* Quamquam velum maxime variat, species inter se iam affines, ut numquam juste a se invicem remoueantur. Haecenus novem tantum certae innotuerunt, uare subtribus non proposui, quales vero characteres e velo et pileo facillime admittunt. Si cui minus distare videantur species nostrae, *Coprinos*, eisdem differentiis obnoxios, in memoriam revocet. *Phaeotorum* series aequae naturalis ac *Coprinorum*; et haec a *Pratellis*, ita illa a *Derminis* recedit.

* A n n u l a t i .

1. *A. togularis*, pileo carnoso glabro subargillaceo margine striato, lamellis adnatis secedentibus argillaceo-ferrugineis, stipite cavo, annulo flexo. *S. M.* 1. p. 241.

Gregarius, major, humidus dilute ferrugineo-livido, siccus expallens argillaceo firmus, 3 unc. longus, 3 lin. et ultra crassaequalis, fragilis, obsolete fibrillosus, sordide pallidus. Annulus membranaceus, albus. Pileus convexo planus, obtuse umbonatus, 3 unc. latus, subviscosus; margo in vivo striatus, in expallente laevissimus, passim repandus. Caro tenuis, mollis, alba. Lamellae ventricosae, adnatae, demum secedentes subliberae, pallidae, demum aquose ferrugineae. Sporidia sordide ferruginea, fusciscentia quidem minus tamen quam sequentium. Descripsi olim specimina hinc ad Packebro Smol. Julio maxime pluvioso 1817 lecta; nunc vero ante oculos habere numerum infinitum 1824., *Oct. in graminosis horum ad Femsjö obvium, ubi nec antea nec post unicum individuum visum.* (v. v.)

2. *A. erebius* l. c. p. 246.

Species tam ab *A. mutabili*, quam *Mycena distinctissima sporidiis ferrugineo-fuscis*.

3. *A. praecox* l. c. p. 282.

Valde ab *A. campestri* distinctus. Occurrit saepe annulo nullo. *A. sphaleromorphus* Bull. videtur quarta hujus sectionis species.

** Exannulati, pileo carnoso.

4. *A. amoenus*, pileo carnoso plano glabro alutaceo lamellis adnatis subferrugineis albomarginatis stipite subfarcto aequali fibrilloso. *Weinm. in lit.!*

Inter Phaeotos exannulatos merito agmen ducitur insignis species, cum *A. togulari* analogae. Elegerim

tenax, substantia alutacea. Stipes medulla gossypina factus, 3-4 unc. longus, 2 lin. et ultra crassus, nitens, albidus, basi albo-tomentosus, apice quoque obsolete flocculoso-villosus. Pileus primo convexus, mox planus, subviscosus, siccitate nitens, laevis, sordide luteus; adultior alutaceus disco dilute ferruginascente. Caro in medio 1-2 lin. crassa, nivea, flocculosa, elastica. Lamellae angustae, fere lineares, (1-2 lin.), primo aquose cinerascetes, mox dilute ferrugineae, demum fusco-ferrugineae, margine tenuissimo albo. *In cortice caldariorum, Petropoli. Weinmann. (v. s.)*

5. *A. pediades* S. M. 1. p. 290.

6. *A. vervacti* S. M. p. 263.

7. *A. arvalis* S. M. p. 263.

In vaporariis copiosissime. *Weinmann.* Ab omnibus Phaeotis dignoscitur radice longissima, simplici, flexuosa, glabra.

*** Exannulati, pileo membranaceo.

8. *A. inquilinus*, pileo submembranaceo umbonato striato fuscescente, sicco laevi expallente, lamellis adnatis triquetris ferrugineo-fuscis, stipite brevi tenaci spadiceo. S. M. 1. p. 264.

β. squarrosulus stipite fibrillis squamosis squarroso. *A. squarrosus Bull. Champ. t. 538. f. 3. optime! Dec. Fr. 2. p. 163.* (schedulae transpositione a typographo sub *A. furfuraceo* in S. M. collocatus).

Vix alii affinis, habitu potissimum *A. montani* P. l., ut melius dicitur, *A. atrorufri* Schaeff. Descriptio l. c. Stipes apice minute flocculosus. Pileus vere membranaceus; discus tantum subcarnosus, unde explanatus in umbonem abit. *Frequens.*

9. *A. segestrius*, pileo submembranaceo striatulo aquose ferrugineo sicco expallente subsericeo, lamellis adnatis dilute cinnamomeis, stipite fistuloso fibrilloso fragili albedo. S. M. 1. p. 262. *Obs. Myc. 2. p. 27.!*

E velo cum *A. furfuraceo* analogus; ceterum distinctissimus sporidiis lamellisque Phaeotus; toto habitu et fragilitate Psathyra. Stipes 2 unc. et ultra longus, 1 lin. crassus, aequalis, subundulatus, saltem non strictus ut similes Psathyrae, flocculis albidis adpersus. Pileus campanulatus obtusus, ut prior disco tantum carnosulus, demum hemisphaericus, nunc obsolete umbonatus, nunc leviter depressus, humidus striatulus, siccus expallens, glaber, sed margine l. circa marginem albido-floccosus, $\frac{1}{2}$ -1 $\frac{1}{2}$ unc. latus, valde fragilis. Lamellae confertae, ascendentes. Sporidia ferrugineo-fusca. *Ad terram glareosam, inter ramenta lignea etc. gregarie.* Aut. (v. v.)

XXXII. PSALLIOTA.

5. *A. sagatus* l. c. p. 282.

Vix affinis *A. praecoci*, ut loco citato credidi, quia hujus sporidia fusco-purpurea, praecocis ferrugineo-fusca. Cum plurimis rarissimis Petropoli legit WEINMANN.

8. b. *A. inunctus*, pileo leviter carnosulo campanulato laevi viscoso flavo-livescente, lamellis adnatis dilute fuscis, stipite farcto albo, annulo distante erecto fugaci.

Gregarius, subcaespitosus, minus firmus. Stipes aequalis, 3 unc. longus, 2 lin. crassus, infra anulum laevis adpresse sericeus, supra anulum furfuratus. Annulus inferus, infra medium stipitis, tenuis fugax. Pileus campanulatus, dein magis expansus, membrana glutinosa secerribili tectus, 1-3 unc. latus, obtusus, viscosus, laevis, livido-purpurascens, expallescendo flavescens. Caro alba. Lamellae adnatae, secedentes, 3-4 lin. latae, subventricosae, margine in junioribus concolori, in adultis albicante. *Prope Lund ad margines viarum solo pingui.* Oct. (v. v.)

Proximus *A. semiglobato* (qui *A. virosus* Soverb. t. 407, 408 ex Greville), sed utique distinctus. cutissimus Wahlenberg nimium sane harum plantarum nisui variandi tribuit, iudicans *A. squamom*, *Hornemanni* etc. *A. semiglobato* nimis accere, ipsumque *A. aeruginosum* ejusdem esse degerationem. Certissime omnino hae species differunt.

XXXIV. PSILOCYBE.

Obs. In caractere addas lin. 23 post fibrillos: Pileus leviter carnosus, laevis, glaber etc.

A. Myosotis l. c. p. 290.

A. radicans β. A. S. p. 165.

Ne hunc (sporidiis *fuscopurpureis*) cum *A. picro* (sporidiis *ferrugineis*) jungas.

A. merdarius l. c. p. 291.

A. fimicola A. S. p. 202. α.

l. *A. nucisedus* l. c. p. 293.

Stipites basi albovillosi. Pileus fere obtusus. umellae planae, latae, umbrino-nigrae, margine bo. In stragulo philyreo putrescente Petropoli legit l. Weinmann.

XXXV. PSATHYRA.

A. stipatus l. c. p. 296.

Species mire varia, quam vix nimis late extendis; sed sequentes omnes utique distinctae sunt. uoad velum hic et *A. Candollianus* ad *Hypholoma ferri* possunt.

l. *A. murcidus* l. c. p. 299.

Ex accuratiss. SOMMERFELT. (Suppl. Lapp. 265.) junior totus, fulvo-strigosus. Et hunc et

A. torpentem in Nordlandia legit vir saepius laudatus. A. sequente valde distat.

11. *A. gracilis* l. c.

Speciei vulgaris et *optime distinctae* synonyma difficillime eruuntur. Nulla mihi satisfaciunt; icon accurata maxime exoptanda. Statura prorsus A. teneri. Stipes eximie strictus, gracilis. Lamellae primitus albae, dein cinereo-nigricantes. Sporidia fere nigra, purpurei tamen aliquid admixtum habent. His notis a proximis distinctissimus.

XXXVI. COPRINARIUS.

3. *A. papilionaceus* l. c. p. 301.

A. campanulatus Linn. *Succ. salm pro parte. Wahl. Ups. p. 448.*

6. *A. subtilis* l. c. p. 302.

A. papyraceus Pers. et *A. arenarius* Dec., a me non visi, non possunt non ab hoc longe distare.

7. a. *A. Antillarum*, pileo carnosio convexo, demum areolato-corrugato, lamellis adnexis ventricosis nigricantibus, stipite solido! aequali striato glaberrimo.

A. Coprinarius Europaeis admodum deflectit, sed examinatis amplius viginti specimenibus variae aetatis vix removendus videtur, nisi, ut sane apparet, *velum plane nullum!* Stipes eximie aequalis, 3-6 unc. longus, 4 lin. circiter crassus, eleganter striatus, pallescens, demum apice sporidiis atris inquinatus. Pileus leviter carnosus, primo subglobosus, ratione stipitis perexiguus, dein convexus, obtusus, semper glaberrimus, superficie demum areolata, tamen contigua! (luteus l. albidus in spiritu vini). Lamellae 3-4 lin. latae, confertae, primo fuscae! dein livido-nigrae. *Inter stramina insulae St. Crucis. Benzon.* (v. a Cel. Hornemann commentario.)

7. *A. impatiens* l. c.

Hic et *A. hiascens* *A. plicatili*, cui a Sprengelio subjunguntur, minime affines sunt; illorum lamellae semper adnatae; *A. plicatilis* non tantum liberae, verum etiam a stipite remotae et annulato-connexae ut harum naturam plane diversam reticeam.

C O P R I N U S .

2. b. *A. cylindricus*, pileo disco carnosulo e cylindrico expanso longitudinaliter rimoso flocculoso fuscescenti-albido, lamellis sublinearibus atris, stipite longissimo fibrilloso exannulato.

A. cylindricus *Nonnullor. non Sowerb.*

Species ab *A. comato* atque *plicato* distinguenda, similis *A. atramentario*, tamen diversa species. Caespitosus l. gregarius. Velum fugax, remanentibus in pileo frustulis. Stipes spithamaeus et ultra, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, aequalis l. leviter sursum attenuatus, fragilis, fistulosus, squamis flocculosis infra praecipue tectus, cortice separabili. Pileus albido-fuscus, versus marginem omnino membranaceus, unde e colore lamellarum translucente leucophaeus, margine inaequalis, primo cylindricus, dein conicus, rimis longitudinalibus confertis fissus, magis expansus, 2-3 unc. altus, demum 4-5 unc. latus, ad medium limbriato-lacerus. Squamulae flocculosae, rarae, fugaces. Caro alba. Lamellae liberae, confertissimae, jam in prima aetate pene nigrae! angustae, intice attenuatae. *Ad radices truncorum prope Trollenus Scaniae.* (v. v.)

5. *A. deliquescens* l. c. p. 309.

Sommerfelt Lepp. n. 1030.

En nostri descriptionem. Stipes nudus, corticatus, firmus, 4 unc. longus, 2-4 lin. crassus, sursum aequaliter attenuatus, glaber, candidus. Pileus membranaceus e campanulato expansus, fere glaber, disco

vero punctis minutis papillosus, livido-fuliginosus, 3-4 lin. latus, nunquam fissus, sed revolutus striatus, striis latis, sed non profundis. Lamellae a stipite distantes, omnium confertissimae, flexuosae (etiam in pileo expanso et flexuoso) angustissimae, $\frac{1}{2}$ lin. tantum latae. In Scaniae silvis. (v. v.)

16. *A. ephemeroides* l. c. p. 313.

Cfr. *Sommerf. Suppl. Fl. Lapp.* p. 266., ubi de hoc et plurimis Agaricis observationes accuratissimae.

I. B. FAVOLUS.

(*Fries Syst. Orb. Veg.* 1. p. 76.)

Char. Lamellae! tenues, in alveolos elongatos hexagonos anastomosantes, cum pileo concreti. Asci distincti, sporidiis albis. Pileus coriaceo-lentus, raro integer, plerumque dimidiatus. Contextus floccosus.

Hist. Fungi tropici, rarissime in temperatis, numquam, quantum novimus, in frigidis regionibus obvii, truncicoli, persistentes. Quamquam ob characteres olim, etiam a me nulla specie visa, ad Polyporeos relati sunt, genus esse *Agaricium*, *lamellatum*, primo intuitu fungi vivi mox apparet. Substantia minime suberosa, sed carnoso-coriacea, lenta ut in *Lentinis*. Lamellae e duplici membrana arcte connatae, omnino ut in *Agaricis*. Ab hoc genere vero ob alveolos regulares et substantiam non potest non distingui. Cel. Palisot genus *Favoli* etiam ad Polyporos angulatos extendit; sed quod nomen genericum supervacaneum hoc loco servo, vix ullus aequus improbavit. Unicam modo speciem vidi, quam infra describam; haud tamen dubito, plures sub Polyporis *Favoloidis* latere.

17. *Brasiliensis*, pileo subcoriaceo glabro albido, postice depresso, in stipitem brevissimum lateralem porrecto, lamellis decurrentibus, in alveolos oblongos anastomosantibus. (S M. 1. p. 332. *Daedalea*.)

Merulius Daedaleus Link.

Solitarius, glaber, albidus, statura fere Agarici pelaloidis, et quoad veram affinitatem Agarico ostreolato e descriptis forsan proximus. Stipes lateralis, incurvus, 2-4 lin. longus, supra foveolatus l. canaliculatus, infra ex parte e lamellis decurrentibus reticulatus. Pileus obovatus l. reniformis, subfornicatus, glaber, laevis, 1-2 unc. latus, raro ultra; passim cum proximis concrevit. Substantia carnosocoriacea, lenta, flexilis, omnino Agaricorum! Lamellae acutae, lineam l. paulo ultra latam carne pilei latiores, dense et regulariter anastomosantes. *Ad truncos in Brasilia.* Lund. Dedit Horneemann. (v. s.)

Merulius alveolaris Dec. hujus etiam generis esse videtur, nec eum sine specimine a priori characterere distinguere valeo.

I. C. LENTINUS Fr.

Agarici Lentiscyphi. S. M. 1. p. 174. Lentinus S. O. V.

Char. Lamellae radiantes, simplices, persistentes, cum pileo concretæ, aspigerae, in margine tenuissimo lacero. Pileus carnosolentus, coriaceus, azonus. *Sporidia alba. Reliqua Agarici.*

Hist. Fungi lignatiles, vernaes, praecipue tropici, in temperatis raro obvii, substantia coriaceolenta (qualis in nullo Agarico) lamellis tenuissimis laceris (quales in nullo Agarico) et cum pileo concretis distinguuntur. Qui characteres si minus insignes videantur, genus ipsum eo magis naturale, naturalissimum sane inter Pileatos, et necesse distinguendum, nisi species maxime affines in diversissimas sectiones intrudere velis; nam plurimas Leucospororum tribus repetunt. Sed et lamellae in prioribus speciebus adeo tenuissimae, ut venas facile appellares, et ex hoc charactere potissimum Gantherellos diceret. Sed certe improbabunt omnes, qui, quid genera naturalia sint, norunt, si hujus species

in diversa genera dissipentur. Numerus jam ultra viginti, et fungis tropicis rite examinatis certo augetur. Seriem specierum vide in S. O. V. l. c.

Tr. 1. MESOPUS.

* Lamellis aequalibus, angustissimis, venosis, pileo glabro. *Orientales.*

1. aa. *L. Princeps*, pileo coriaceo infundibuliformi laevi, glabro; lamellis venosis, confertissimis, aequalibus, stipite laevi.

Valde lentus, gregarius. Stipes solidus, crassus, 3 uncias longus et ultra, subsuberosus, glaber, laevis. Pileus infundibuliformis, margine erecto tenui fissili, disco subcompacto, caeterum laevis, glaber, 3-4 unc. latus albido-lutescens. Lamellae tenuissimae, confertissimae, aequales, decurrentes, lutescentes, subvenosae, sed in margine acutissimo, tenuissimo, in individuis visis subtiliter, denticulato. Ab Agaricorum lamellis vero quam maxime differunt. In *Sierra Leona*. Afzelius. (v. s.)

** Lamellis subaequalibus tenuibus denticulatis, pileo crinito. *Occidentales.*

4. a. *L. Bertieri* l. c.

Stipes firmus, 2 lin. circiter crassus, incurvus, apice dilatatus, e villo brevi adpresso furfuraceus. Lamellae confertae, angustae, serratae, aequales. Pileus tenuis profunde umbilicatus, margine involutus; unde in junioribus hymenium plane absconditur, admodum strigosus. *Specimen misit ill. Sprengel. Vere viget.* (v. s.)

4. b. *L. Schweinizii*, pileo subgloboso depresso, pilosissimo squamoso fusco-lutescente; lamellis arcuatis serratis lutescentibus, stipite brevi subsquamoso arcuato.

Ag. denticulatus. *Schwein. Car. n. 603.*

Stipes durus, sublignosus, pileo concolor, apice diluto. Pileus semuncialis, squamulis e pilis con-

tis arcto adpressis, unde a priori diversus apparet. lamellae elegantissime serratae. Ex Auctore *Corraria* est. In lateribus truncorum putridorum *mericae borealis vere*.

c. *L. Lecomtei*, cervinus, pileo infundibuliformi reflexo stipiteque crinitis, lamellis serratis confertissimis pallidis.

Ag. crinitus *Schwein. Carol. n. 794.*

Prioribus utique valde affinis, sed ab Auctore longe removentur, et magis regularis est, stipesque crinitus; quare diversum habeo. In *Georgia Americae borealis*. (v. s.)

d. *L. strigosus* „cervino-rutilus,“ pileo inaequali subdepresso stipiteque excentrico strigoso-hirsutis, lamellis decurrentibus pallidis. *Schwein! l. c. n. 800.*

Praecedentibus maxime affinis, sed stipite villosopilisque pilei brevioribus confertioribus, margine inflexo tantum strigosis, lamellisque latioribus regularibus lacenis diversus. Color sicci cinereo-rvinus. Solitarius, variat magnitudine biunciali semunciali. *Ad truncos Liriodendri vere*. (v. s.)

*** Lamellis inaequalibus laceris, pileo squamoso *Europaei*. (cf. *S. M. l. c.*)

**** Lamellis inaequalibus aceris, pileo laevibus *Irregulares*. Cfr. *S. M. l. c.*

Tr. 11. PLEUROTUS.

L. Chama. *S. M. 1. p. 181.*

Obs. Ag. *Djamor S. M. 1. p. 185.* videtur etiam ejus generis?

L. ursinus S. M. 1. p. 185.

L. pelliculosus, sessilis, pileo lento reniformi tenuissimo strigoso fusco-cervino, lamellis laceris pallidis. *Schwein. Carol. n. 808.*

Gregarius, imbricatus, minor, lentus, membranaceus, intime tamen crinitis affinis. Pileus pilis inaxime densis, ut pellis animalis strigosus, marginibus nudo involuto. Lamellae latae, lacerae. *Ad truncos putridos Carolinæ, sero autumnno: (v. s.)*

4. *L. flabelliformis* S. M. 1. p. 185.

Hujus legimus varietatem inaxime memorabilem β . *herbarum*. Pusillus. Stipes 2, 3 lin. longus, glaber, inaequalis. Pileus dimidiatus, irregularis, cervino-pallidus, glaber, deflexus, margine fimbriato-dentato. Lamellae subdistantes, crassiusculae, dentato-lacerae, pallidae, albicantes. *In caulibus Epilobii, lectus ad Joqlesang Scaniae. Aut. (v. v.)*

I. D. XEROTUS. Fr.

Syst. Orb. Veg. 1. p. 78.

Char. Lamellae radiantes, regulariter et repetito-dichotomae, cum pileo homogeneae, ascigerae, integerrimae. Pileus coriaceus azonous. *Sporidia alba. Reliqua Agarici.*

Hist. Fungi tropici, lignatiles, persistentes. Ob lamellas latas genuinas cum Cantharello, ob easdem regulariter dichotomas cum Agaricis conjunguntur. Substantia coriacea et ascis Daedaleae ab utroque differt. Inter Fungos Agaricinos substantiam carnosam et coriaceam genera distinguere, natura evidenter testatur. Calyce tantum coriaceo Agrostemma a Lychnide recedit; quare non eadem vis substantiae totius fructificationis in fungis?

1. *X. aser*, pileo plano-infundibuliformi tenui glabro sulcato, lamellis confertis latis dichotomis crassis, stipite solido aequali.

Stipes firmus, glaber, aliquot uncias longus, crassiusculus. Pileus orbicularis, nec repandus, coriaceo-membranaceus, glaberrimus, fusco-pallens, 3 unc. circiter latus, secundum plicarum directionem

terrupte sulcatus. Lamellae coriaceae, latae, vix currentes, spadiceo-lignae, integerrimae, numquam contortae l. anastomosantes, ceterum Daed. terebinthinae similes. *In Sierra Leona. Atzelius. (v. s.)*

II. CANTHARELLUS.

Syst. Myc. I. p. 316. Greu. Edin. — Chevall. Par. p. 232. Merulius et Canterellus. Pers. Myc. Eur. II. 21. 4.

Obs. Sunt, qui de differentia Cantharelli et Merulii dubitent, sed analogia tantum sunt haec genera, nec characteres conveniunt. Melius sane Cantharellus cum Agaricis, Merulios cum Polyporis juneres, ut Wulfen et omnes pristini Botanici. Species vero subtus laeviusculi ab hoc genere distingui equeunt. Omnes a viae in statu perfectissimo subspicuae fuerunt. Occurrunt porro multi Agarici melli subtus plicati, ad hoc genus minime referendi, sed certe status Agaricorum depauperati et enormes habendi. Plicis simplicibus a Cantharellis differunt; et vix dubito, quin species Cantharelli plicis simplicibus potius sint Agarici depauperati, nempe *C. cupularis* Agarici striatuli forma. Character enim ejus generis naturalis minime in lamellis plicaeformibus, sed in plicis regulariter dichomis aut implexis positus est.

Trib. I. MESOPUS.

Subtr. 1. AGARICINI. Plicae prominentes, lamellosae, distinctae, contiguae, dichotomae, numquam rugoso-implexae, decurrentes. Pileus subannosus. Stipes solidus aut fistulosus.

C. aurantiacus l. c.

Merulius aurantiacus et *M. nigripes* Pers. *Myc. Eur.* II. p. 12.

Merulius nigripes Pers., qualis in silvis nostris ubi hanc haud raris, certe est status hujus morbosus

3. *C. cibarius* l. c.

De Ag. Cantharello *Batsch*. cfr. *S. M.* 1. p. 330.

Ex iconis plicis reticulatis huc citari vix meretur.
Cel. Schrader ad *Merulium tremellosum* allegavit.

6. *C. brachypodes*, gregarius, pileo submembranaceo infundibuliformi subglabro fusco, venis strictis radiantibus apice bifidis luteis, stipite brevi farcto concolore. *Chev. par.* 1. p. 240. t. 7. f. 5.

Stipes farctus, aequalis, ob brevitatem vere insignis, sed crassiusculus, lutescens; superne expanditur in pileum depressum infundibuliformem, regularem l. demum leviter tantum margine sinuatum. Pileus fuscus, subinde velutino-granulosus. Plicae prominentes (lamellosae?), strictae; antice tantum bifurcae, numquam implexae. Speciem non vidimus, sed ab accurato auctore bene descriptam et depictam acutisque differentias offerentem recepimus. *In silvis circa Parisios, rara.* (v. ic.)

7. *C. tubaeformis*. *S. M.* 1. p. 319.

Merulius tubiformis Pers. Myc. Eur. II. p. 17. excl. *sinuoso*. *M. villosus dilatatus Pers. Myc. Eur.* II. p. 19.

Subtr. 2. PHLEBINI. Hymenium primitus laeviusculum, mox rugosum, demum plicis rugaeformibus implexis vagis rugosum. Pileus submembranaceus, undulatus, ad basin pervius, nisi stipes floccis farctus.

Species maxime affines, numquam a se invicem removendae. Si genus *Craterellus* P. in naturale reformetur, omnes infra allatae species ad idem pertineant. Contextus, structura, indumentum pilei, hymenium! asci, sporidia simillima; tantum ob colores analogos cum prioribus confunduntur. Hinc novas has subtribus ad confusiones in posterum tollendas inserere necesse duxi.

8. *C. lutescens*. *S. M.* 1. p. 320, 504! cum synonymis!

Merulius villosus Pers. *Myc. Eur.* II, p. 18, excl. var.
M. xanthopus Pers. *l. c.*, p. 19. *t.* 13. *f.* 1. *M. aureus* Pers. *l. c.*, p. 19. *M. undulatus* var. *cervinus* Pers.
l. c., p. 20.

Colores prioris, caeterum haud affinis, sed potius *C. cornucopioidi*, suadente insuper sequente. Synonyma a me l. c. allata iterum contuli et omnia genuina inveni. Ipsum Mer. lutescentem Pers. *Syn.* p. 489. *excl. syn. Sowerb.* (ad *C. tubaeformem* in *Syst.* jam citatum) huc pertinere palam est 1) ob venas eidem (ut *M. cornucopioidi*, *M. undulato*) adscriptas, quas in Synopsi a plerisque (prioris subtribus) optime distinxit; 2) ob colores praecipue hymenii cinereo-rutili, quales in hoc, nec in *M. tubaeformi*; 3) ob pileum difformem et luxuriantem etc.; 4) ob synonymon *Bulliardii*; 5) ob testimonium coaetaneorum et amicorum Persoonii, v. c. *Swartz. A. S., Schumacher* etc.; 6) ob frequentiam ipsius speciei in Synopsi plane deesse non potest, cum eximius Auctor tum temporis in natura libera versatissimus esset. Plurima exempla afferre possem, cel. *Persoon* in *Mycologia Europaea* varias confundere species, quas olim optime distinxit (quod etiam summo *Linnaeo* accidit), eumque aliorum emendationes refellendo in graviores errores incidisse, Singulum verbum in Synopsi mihi carum et sanctum utpote ex observationibus in vivis profectum; sed *Mycologiae Europaeae*, ad specimina sicca, icones et aliorum scripta evidenter conflatae; minorem non possum non tribuere auctoritatem.

B. b. *C. odoratus*, pileo submembranaceo infundibuliformi margine deflexo, venis obsoletissimis stipiteque cavo aurantiacis. *Schwein. Car. n.* 832.

Caespites pedales format; plures pilei ex uno stipite ramoso, seu potius, *Cladoniarum* instar, tubae e tubis proliferantur. Exsiccatione rigescit. Pileus subaurantiacus, interdum tomento fusco indutus, odore *Violae*. Praecedenti tam affinis, ut varietatem potius luxuriantem habeam; sed *hymenium multo*

A. torpentem in Nordlandia legit vir saepius laudatus. A sequente valde distat.

11. *A. gracilis* l. c.

Speciei vulgaris et *optime distinctae* synonyma difficillime eruuntur. Nulla mihi satisfaciunt; icon accurata maxime exoptanda. Statura prorsus A. teneri. Stipes eximie strictus, gracilis. Lamellae primitus albae, dein cinereo-nigricantes. Sporidia fere nigra, purpurei tamen aliquid admixtum habent. His notis a proximis distinctissimus.

XXXVI. COPRINARIUS.

3. *A. papilionaceus* l. c. p. 301.

A. campanulatus Linn. *Succ. saltem pro parte.* Wahl. Ups. p. 448.

6. *A. subtilis* l. c. p. 302.

A. papyraceus Pers. et A. arenarius Dec., a me non visi, non possunt non ab hoc longe distare.

7. a. *A. Antillarum*, pileo carnoso convexo, demum areolato-corrugato, lamellis adnexis ventricosis nigricantibus, stipite solido! aequali striato glaberrimo.

A Coprinariis Europaeis admodum deflectit, sed examinatis amplius viginti speciminibus variae aetatis vix removendus videtur, nisi, ut sane apparet, *velum plane nullum!* Stipes eximie aequalis, 3-6 unc. longus, 4 lin. circiter crassus, eleganter striatus, pallescens, demum apice sporidiis atris inquinatus. Pileus leviter carnosus, primo subglobosus, ratione stipitis perexiguus, dein convexus, obtusus, semper glaberrimus, superficie demum areolata, tamen contigua! (luteus l. albidus in spiritu vini). Lamellae 3-4 lin. latae, confertae, primo fuscae! dein livido-nigrae. *Inter stramina insulae St. Crucis.* Benzon. (v. a Cel. Hornemann communio.)

. *A. impatiens* l. c.

Hic et *A. hiascens* *A. plicatili*, cui a Sprengelio abjunguntur, minime affines sunt; illorum lamellae emper adnatae; *A. plicatilis* non tantum liberae, erum etiam a stipite remotae et annulato-connexae t harum naturam plane diversam reticeam.

C O P R I N U S .

b. *A. cylindricus*, pileo disco carnosulo e cylindrico expanso longitudinaliter rimoso flocculoso fuscescenti-albido, lamellis sublinearibus atris, stipite longissimo fibrilloso exannulato.

A. cylindricus *Nonnullor. non Sowerb.*

Species ab *A. comato* atque *plicato* distinguenda, similis *A. atramentario*, tamen diversa species. aespitosus l. gregarius. Velum fugax, remanentis in pileo frustulis. Stipes spithamaeus et ultra, unc. crassus, aequalis l. leviter sursum attenuatus, agilis, fistulosus, squamis flocculosis infra praeciae tectus, cortice separabili. Pileus albido-fuscus, sursum marginem omnino membranaceus, unde e core lamellarum translucente leucophaeus, margine aequalis, primo cylindricus, dein conicus, rimis longitudinalibus confertis fissus, magis expansus, -3 unc. altus, demum 4-5 unc. latus, ad medium nriato-lacerus. Squamulae flocculosae, rarae, gaces. Caro alba. Lamellae liberae, confertissime, jam in prima aetate pene nigrae! angustae, tice attenuatae. *Ad radices truncorum prope collenus Scaniae.* (v. v.)

A. deliquesens l. c. p. 309.

Sommerfelt Lepp. n. 1030.

En nostri descriptionem. Stipes nudus, corticatus, firmus, 4 unc. longus, 2-4 lin. crassus, sursum qualiter attenuatus, glaber, candidus. Pileus membranaceus e campanulato expansus, fere glaber, disco

vero punctis minutis papillosus, livido-fuliginet
3-4 lin. latus, numquam fissus, sed revolutus stri-
tus, striis latis, sed non profundis. Lamellae a stip-
distantes, omnium confertissimae, flexuosae (etiam
in pileo expanso et flexuoso) angustissimae, $\frac{1}{2}$
tantum latae. In Scaniae sibir. (v. v.)

16. *A. ephemeroides* l. c. p. 313.

Cfr. *Sommerf. Suppl. Fl. Lapp. p. 266.*, ubi
hoc et plurimis Agaricis observationes accuratissim

I. B. FAVOLUS.

(*Fries Syst. Orb. Veg. 1. p. 76.*)

Char. Lamellae! tenues, in alveolos elan-
tos hexagonos anastomosantes, cum pileo conc-
Asci distincti, sporidiis albis. Pileus coriaceo-l-
tus, raro integer, plerumque dimidiatus. Conte-
floccosus.

Hist. Fungi tropici, rarissime in temper-
numquam, quantum novimus, in frigidis region-
obvii, truncicoli, persistentes. Quamquam ob-
racteres olim, etiam a me nulla specie visa, ad-
lyporeos relati sunt, genus esse *Agaricinum*, *la-*
latum, primo intuitu fungi vivi mox apparet. S-
stantia minime suberosa, sed carnosio-coriacea, l-
ut in Lentinis. Lamellae e duplici membrana
connatae, omnino ut in Agaricis. Ab hoc ge-
vero ob alveolos regulares et substantiam non p-
non distingui. Cel. Palisot genus Favoli etiam
Polyporos angulatos extendit; sed quod nomen
mericum supervacaneum hoc loco servo, vix
aequus improbavit. Unicam modo speciem
quam infra describam; haud tamen dubito, p-
sub Polyporis Favoloidis latere.

17. *Brasiliensis*, pileo subcoriaceo glabro albido, p-
depresso, in stipitem brevissimum lateralem
recto, lamellis decurrentibus, in alveolos o-
gos anastomosantibus. (S M. 1. p. 332.
dalea.)

Merulius Daedaleus Link.

Solitarius, glaber, albidus, statura fere Agarici alloidis, et quoad veram affinitatem Agarico ostreo e descriptis forsitan proximus. Stipes lateralis, curvus, 2-4 lin. longus, supra foveolatus l. canaliculatus, infra ex parte e lamellis decurrentibus reticulatus. Pileus obovatus l. reniformis, subfornicatus, glaber, laevis, 1-2 unc. latus, raro ultra; passim cum proximis concrescit. Substantia carnosoriacea, lenta, flexilis, omnino Agaricorum! Lamellae acutae, lineam l. paulo ultra latam carne pilei tiores, dense et regulariter anastomosantes. *Aduncos in Brasilia.* Lund. Dedit Hornemann. (v. s.)

Merulius alveolarius Dec. hujus etiam generis se videtur, nec eum sine specimine a priori characterere distinguere valeo.

I. C. LENTINUS Fr.

Agarici Lentiscyphi. *S. M.* 1. p. 174. *Lentinus S. O. V.*

Char. Lamellae radiantes, simplices, persistentes, cum pileo concretæ, asperigerae, in margine nuissimo lacero. Pileus carnosus-lentus, coriaceus, tenuis. *Sporidia alba. Retiqua Agarici.*

Hist. Fungi lignatiles, vernaes, praecipue opici, in temperatis raro obvii, substantia coriaceo-enta (qualis in nullo Agarico) lamellis tenuissimis ceris (quales in nullo Agarico) et cum pileo conetis distinguuntur. Qui characteres si minus ignes videantur, genus ipsum eo magis naturale, naturalissimum sane inter Pileatos, et necesse distindendum, nisi species maxime affines in diversissimas sectiones intrudere velis; nam plurimas Leu-spororum tribus repetunt. Sed et lamellae in prioribus speciebus adeo tenuissimae, ut venas facile appellares, et ex hoc characterere potissimum Canthellos diceres. Sed certe improbabunt omnes, qui, *id genera naturalia sint, norunt, si hujus species*

in diversa genera dissipentur. Numerus jam ultra viginti, et fungis tropicis rite examinatis certo augetur. Seriem specierum vide in S. O. V. l. c.

Tr. 1. MESOPUS.

* Lamellis aequalibus, angustissimis, venosis, pileo glabro. *Orientalis*.

1. aa. *L. Princeps*, pileo coriaceo infundibuliformi laevi, glabro; lamellis venosis, confertissimis, aequalibus, stipite laevi.

Valde lentus, gregarius. Stipes solidus, crassus, 3 uncias longus et ultra, subsuberosus, glaber, laevis. Pileus infundibuliformis, margine erecto tenui fissili, disco subcompacto, caeterum laevis, glaber, 3-4 unciatus albido-lutescens. Lamellae tenuissimae, confertissimae, aequales, decurrentes, lutescentes, subvenosae, sed margine acutissimo, tenuissimo, in individuis visis subtiliter, denticulato. Ab Agaricorum lamellis vero quam maxime differunt. In *Sierra Leona*. Afzelius. (v. s.)

** Lamellis subaequalibus tenuibus denticulatis, pileo crinito. *Occidentales*.

4. a. *L. Bertieri* l. c.

Stipes firmus, 2 lin. circiter crassus, incurvus, apice dilatatus, e villo brevi adpresso furfuraceus. Lamellae confertae, angustae, serratae, aequales. Pileus tenuis profunde umbilicatus, margine involutus; unde in junioribus hymenium plane absconditur, admodum strigosus. *Specimen misit ill. Sprengel. Vere viget.* (v. s.)

4. b. *L. Schweinizii*, pileo subgloboso depresso, pilosissimo squamoso fusco-lutescente; lamellis arcuatis serratis lutescentibus, stipite brevi subsquamoso arcuato.

Ag. denticulatus. *Schwein. Car. n. 603.*

Stipes durus, sublignosus, pileo concolor, apice diluto. Pileus semuncialis, squamulis e pilis con-

statis arcto adpressis, unde a priori diversus apparet. Lamellae elegantissime serratae. Ex Auctore *Cortinaria* est. In lateribus truncorum putridorum *Americae borealis vere*.

4. c. *L. Lecomtei*, cervinus, pileo infundibuliformi reflexo stipiteque crinitis, lamellis serratis confertissimis pallidis.

Ag. crinitus *Schwein, Carol. n. 794.*

Prioribus utique valde affinis, sed ab Auctore longe removentur, et magis regularis est, stipesque crinitus; quare diversum habeo. In *Georgia Americae borealis*. (v. s.)

4. d. *L. strigosus* „cervino-rutilus,“ pileo inaequali subdepresso stipiteque excentrico strigoso-hirsutis, lamellis decurrentibus pallidis. *Schwein! l. c. n. 800.*

Præcedentibus maxime affinis, sed stipite viloso pilisque pilei brevioribus confertioribus, margine inflexo tantum strigosis, lamellisque latioribus irregularibus lacenis diversus. Color sicci cinereo-cervinus. Solitarius, variat magnitudine biunciali et semunciali. *Ad truncos Liriodendri vere*. (v. s.)

*** Lamellis inaequalibus laceris, pileo squamoso. *Europaei*. (cf. *S. M. l. c.*)

*** Lamellis inaequalibus aceris, pileo laevi. *Irregulares*. Cfr. *S. M. l. c.*

Tr. 11. PLEUROTUS.

1. *L. Chama*. *S. M. 1. p. 181.*

Obs. Ag. *Djamor S. M. 1. p. 185.* videtur etiam hujus generis?

2. *L. ursinus* *S. M. 1. p. 185.*

3. *L. pelliculosus*, sessilis, pileo lento reniformi tenuissimo strigoso fusco-cervino, lamellis laceris pallidis. *Schwein. Carol. n. 808.*

Gregarius, imbricatus, minor, lentus, membranaceus, intime tamen crinitis affinis. Pileus pilis maxime densis, ut pellis animalis strigosus, margine nudo involuto. Lamellae latae, lacerae. *Ad truncos putridos Carolinae, sero autumnali.* (v. s.)

4. *L. flabelliformis* S. M. 1. p. 185.

Hujus legimus varietatem maxime memorabilem β . *herbarum*. Pusillus. Stipes 2, 3 lin. longus, glaber, inaequalis. Pileus dimidiatus, irregularis, cervino-pallidus, glaber, deflexus, margine fimbriato-dentata. Lamellae subdistantes, crassiusculae, dentato-lacerae, pallidae, albicantes. *In caulibus Epilobii, lectus ad Joqlesang Scaniae.* Aut. (v. v.)

I. D. XEROTUS. Fr.

Syst. Orb. Veg. 1. p. 78.

Char. Lamellae radiantes, regulariter et repetito-dichotomae, cum pileo homogeneae, ascigerae, integerrimae. Pileus coriaceus azonus. *Sporidia alba.*
Reliqua Agarici.

Hist. Fungi tropici, lignatiles, persistentes. Ob lamellas latas genuinas cum Cantharello, ob easdem regulariter dichotomas cum Agaricis conjungi nequeunt. Substantia coriacea et ascis Daedaleae ab utroque differt. Inter Fungos Agaricinos substantiam carnosam et coriaceam genera distinguere, natura evidenter testatur. Calyce tantum coriaceo Agrostemina a Lychnide recedit; quare non eadem vis substantiae totius fructificationis in fungis?

1. *X. aser*, pileo plano-infundibuliformi tenui glabro sulcato, lamellis confertis latis dichotomis crassis, stipite solido aequali.

Stipes firmus, glaber, aliquot uncias longus, crassiusculus. Pileus orbicularis, nec repandus, coriaceo-membranaceus, glaberrimus, fusco-pallens, 3 unc. circiter latus, secundum plicarum directionem

nterrupte sulcatus. Lamellae coriaceae, latae, vix recurrentes, spadiceo-lignae, integerrimae, nunquam contortae l. anastomosantes, ceterum Daed. quercinae similes. *In Sierra Leona. Atzelius. (v. s.)*

II. CANTHARELLUS.

Syst. Myc. I. p. 316. Grev. Edin. — Chevall. Par. p. 232. Merulius et Canterellus. Pers. Myc. Eur. II. 21. 4.

Obs. Sunt, qui de differentia Cantharelli et Merulii dubitent, sed analogia tantum sunt haec genera, nec characteres conveniunt. Melius sane Cantharellos cum Agaricis, Merulios cum Polyporis jungeres, ut Wulfen et omnes pristini Botanici. Species vero subtus laeviusculi ab hoc genere distingui nequeunt. Omnes a visae in statu perfectissimo subtus plicatae fuerunt. Occurrunt porro multi Agarici tenelli subtus plicati, ad hoc genus minime referendi, sed certe status Agaricorum depauperati et abnormes habendi. Plicis simplicibus a Cantharellis veris differunt; et vix dubito, quin species Cantharelli plicis simplicibus potius sint Agarici depauperati, nempe *C. cupularis* Agarici striatuli forma. Character enim ejus generis naturalis minime in lamellis plicaeformibus, sed in plicis regulariter dichotomis aut implexis positus est.

Trib. I. MESOPUS.

Subtr. 1. AGARICINI. Plicae prominentes, lamellosae, distinctae, contiguae, dichotomae, nunquam rugoso-implexae, decurrentes. Pileus subcarnosus. Stipes solidus aut fistulosus.

2. *C. aurantiacus* l. c.

Merulius aurantiacus et *M. nigripes* Pers. *Myc. Eur. II. p. 12.*

Merulius nigripes Pers., qualis in silyis nostris sabudis haud rarus, certe est status hujus morbosus

3. *C. cibarius* l. c.

De Ag. Cantharello *Batsch*. cfr. *S. M.* 1. p. 330.
 Ex iconis plicis reticulatis huc citari vix meretur.
Cel. Schrader ad *Merulium tremellosum* allegavit.

6. *C. brachypodes*, gregarius, pileo submembranaceo infundibuliformi subglabro fusco, venis strictis radiantibus apice bifidis luteis, stipite brevi furcto concolore. *Chev. par.* 1. p. 240. t. 7. f. 5.

Stipes farctus, aequalis, ob brevitatem vere insignis, sed crassiusculus, lutescens; superne expanditur in pileum depressum infundibuliformem, regularem l. demum leviter tantum margine sinuatum. Pileus fuscus, subinde velutino-granulosus. Plicae prominentes (lamellosae?), strictae, antice tantum bifurcae, numquam implexae. Speciem non vidimus, sed ab accurato auctore bene descriptam et depictam acutisque differentias offerentem recipimus. *In silvis circa Parisios, rara.* (v. ic.)

7. *C. tubaeformis*. *S. M.* 1. p. 349.

Merulius tubiformis Pers. Myc. Eur. II. p. 17. excl. sinuoso. *M. villosus dilatatus Pers. Myc. Eur.* II. p. 19.

Subtr. 2. PHLEBINI. Hymenium primitus laeviusculum, mox rugosum, demum plicis rugaeformibus implexis vagis rugosum. Pileus submembranaceus, undulatus, ad basin pervius, nisi stipes floccis farctus.

Species maxime affines, numquam a se invicem removendae. Si genus *Craterellus* P. in naturale reformetur, omnes infra allatae species ad idem pertineant. Contextus, structura, indumentum pilei, hymenium! asci, sporidia simillima; tantum ob colores analogos cum prioribus confunduntur. Hinc novas has subtribus ad confusiones in posterum tollendas inserere necesse duxi.

8. *C. lutescens*. *S. M.* 1. p. 320, 504! cum synonymis!

Merulius villosus Pers. *Myc. Eur.* II, p. 18. excl. var.
M. xanthopus Pers. *l. c.* p. 19. t. 13. f. 1. *M. auro-*
reus Pers. *l. c.* p. 19. *M. undulatus* var. *cervinus* Pers.
l. c. p. 20.

Colores prioris, caeterum haud affinis, sed potius *C. cornucopioidi*, suadente insuper sequente. Synonyma a me l. c. allata iterum contuli et omnia genuina inveni. Ipsum Mer. lutescentem Pers. *Syn.* p. 489. excl. syn. *Sowverb.* (ad *C. tubaeformem* in *Syst.* jam citatum) huc pertinere palam est 1) ob venas eidem (ut *M. cornucopioidi*, *M. undulato*) adscriptas, quas in Synopsi a plicis (prioris subtribus) optime distinxit; 2) ob colores praecipue hymenii cinereo-rutili, quales in hoc, nec in *M. tubaeformi*; 3) ob pileum difformem et luxuriantem etc.; 4) ob synonymon *Bulliardii*; 5) ob testimonium coaetaneorum et amicorum Persoonii, v. c. *Swartz.* *A. S.*, *Schumacher* etc.; 6) ob frequentiam ipsius speciei in Synopsi plane deesse non potest, cum eximius Auctor tum temporis in natura libera versatissimus esset. Plurima exempla afferre possem, cel. *Persoon* in *Mycologia Europaea* varias confundero species, quas olim optime distinxit (quod etiam summo *Linnaeo* accidit), eumque aliorum emendationes refellendo in graviores errores incidisse, Singulum verbum in Synopsi mihi carum et sanctum utpote ex observationibus in vivis profectum; sed *Mycologiae Europaeae*, ad specimina sicca, icones et aliorum scripta evidenter conflatae; minorem non possum non tribuere auctoritatem.

8. b. *C. odoratus*, pileo submembranaceo infundibuliformi margine deflexo, venis obsoleteis stipiteque cavo aurantiacis. *Schwein. Car. n.* 832.

Caespites pedales format; plures pilei ex uno stipite ramoso, seu potius, *Cladoniarum* instar, tubae e tubis proliferantur. Exsiccatione rigescit. Pileus subaurantiacus, interdum tomento fusco indutus, odore *Violae*. Praecedenti tam affinis, ut varietatem potius luxuriantem habeam; sed hymenium multo

nati; substantia carnosae molli, sed tenui. Stipites tenues, lineam crassi, vix unciam attingentes, glabri, fuscii, contiguae abeuntes in pileum inferne angustatum, sursum dilatatum, margine rotundato repando, 1-1½ unc. longum et fere latum, subfuscum, laevem, glabrum. Margo involutus. Lamellae distinctae, dichotomae, ramosae habitu potissimum *C. aurantiaci*. In Gallia circa Angers. Guépin. (v. a Cel. detectore communicat.)

2. *C. auriscalpium*, erectus, fuscus, pileo membranaceo e margine arcuato-reflexo, cucullato, stipite laterali aequali villosa.

Species generis distinctissima *Hydnum auriscalpium* mox in memoriam revocat, sed multo minor est et tenuior. Stipes erectus, teres, aequalis, sursum saltem in sicco albido-pruinosa, inferne tomento tenui albido obductus et basi effusae insidens; 4, 5 lin. altus, filo tenuior. Pileus tenuis, reniformis, raro obovatus, e basi laterali quidem ascendens, sed margine undique arcuato-reflexus (unde supra convexus et infra concavus), 2, 3 lin. latus, nec villosus, neque striatus; sed rugulosus et inaequabilis; siccus convolutus, nigrescens. Plicae 3-5, distinctae, prominentes, strictae, longitudine inaequales, a stipite margine tenui pilei discretae. Ad terram nudam humosam declivem in fagetis. Unica loco in Smolandia pluries legi Oct. Nov. (v.v.)

Peziza foliacea *Holmsk. Ot. 2. p. 42. t. 23.* procul dubio hujus tribus; priori affinis, sed utrum varietas insignior, an propria species, in praesenti affirmare nequeo. Reliquae *Cantharelli* species, vertice porrecto stipitatae, certe ad *Apodes* referendae.

Trib. IV. A P U S.

Obs. Haec tribus ulterius subdividi potest in duas sectiones eximie naturales, *Muscicolas* et *Ligna-*

Mycologia Eur. videre videor, hoc synonymon ad Cantharellum sinuosum potius referri debere. Synonyma idem suadent.

10. c. *C. roseus*, pileo subtrigono lobato pallide roseo, hymenio subplicato stipiteque attenuato albo. *Schweiniz! Car. n. 833. (Merulius.)*

Solitarius, habitu *C. cibarii*, sed tenuior e longinquo Rüssulam mentiens. Stipes farctus apparet. Pileus lobatus, margine inflexus. Plicae niveae, oblitteratae, tamen conspicuae. Specimen a me visum incompletum; species tamen valde distincta. *Pas- sim in mucosis abruptis Carolinae, praesertim Kat- mia contextis. (v. s.)*

11. *C. pusillus S. M. 1. p. 321.*

Craterellus pusillus Pers. Myc. Eur. II. p. 6.

Reliquas species Persoonianas, in Mycologia Europaea laudatas, vide in *Systemate Mycol. 1. p. 322.* inter dubias et inquirendas. Varias Omphaliae, praecipua tenuiores, occurrunt subinde Cantharelloideae; v. c. *A. umbelliferus L. l. ericetorum P.* (exacte in hujus formam quadrat descriptio *Merul. turfosi Pers. Myc. Eur. I. p. 26.*, et in turfosis nascitur) Fungi ex unico individuo modo invento descripti v. c. *Merulius canaliculatus (Agarici forma degener!)* certe excludendi. *Agarici tenelli*, praecipue *Alycenae*, saepe etiam plicati; plicae vero numquam dichotomae!, sed spuriae.

A priori, cui parum affinis, dignoscitur pileo plano regulari, stipite infero valde attenuato solido, plicis caesiis subpruinosis et tota facie. Nostrum fungum facile crederem sistere *C. Kunthii Chev. Par. p. 242. t. 7. f. 6.*

Trib. III. PLEUROPUS.

1. *C. spathulatus*, dimidiatus, pileo carnoso spathulato glabro subfusco, inferne in stipitem tenuem lateralem porrecto, lamellis dichotomis albidis.

Cum nulla specie descripta comparandus. Subcaespitosus, saltim in visis stipites geminatum con-

nati; substantia carnosae molli, sed tenui. Stipites tenues, lineam crassi, vix unciam attingentes, glabri, fusci, contiguae abeuntes in pileum inferne angustatum, sursum dilatatum, margine rotundato repando, 1-1½ unc. longum et fere latum, subfuscum, laevem, glabrum. Margo involutus. Lamellae distinctae, dichotomae, ramosae habitu potissimum *C. aurantiaci*. In Gallia circa Angers. Guepin. (v. a Cel. detectore communicat.)

2. *C. auriscalpium*, erectus, fuscus, pileo membranaceo et margine arcuato-reflexo, cucullato, stipite laterali aequali villosus.

Species generis distinctissima *Hydnum auriscalpium* mox in memoriam revocat, sed multo minor est et tenuior. Stipes erectus, teres, aequalis, sursum saltem in sicco albido-pruinosis, inferne tomento tenui albido obductus et basi effusae insidens; 4, 5 lin. altus, filo tenuior. Pileus tenuis, reniformis, raro obovatus, e basi laterali quidem ascendens, sed margine undique arcuato-reflexus (unde supra convexus et infra concavus), 2, 3 lin. latus, nec villosus, neque striatus sed rugulosus et inaequabilis; siccus convolutus, nigrescens. Plicae 3-5, distinctae, prominentes, strictae, longitudine inaequales, a stipite margine tenui pilei discretae. Ad terram nudam humosam declivem in faetis. Unico loco in Smolandia pluries legi Oct. Nov. (v.v.)

Peziza foliacea *Holmsk. Ot. 2. p. 42. t. 23.* procul dubio hujus tribus; priori affinis, sed utrum varietas insignior, an propria species, in praesenti affirmare nequeo. Reliquae *Cantharelli* species, vertice porrecto stipitatae, certe ad *Apodes* referendae.

Trib. IV. A P U S.

Obs. Haec tribus ulterius subdividi potest in duas sectiones eximie naturales, *Muscicolas* et *Ligna-*

tiles (quae primum Pezizoidae). *C. alveolaris*
Favoli species apparet.

2. *C. crispus* l. c. p. 323.

Fl. D. t. 1739. *Merulius Weinmanni Spreng.* in Flora.

Pileus saepe alutaceo-rufescens. Plicae sub-
caesia.

3. *C. muscigenus* l. c. p. 323.

Sommerf. Lapp. p. 267. *Chev. par. p.* 241. *Merulius*
serotinus Pers. Myc. Eur. I. p. 22.

4. *C. lobatus* l. c.

Merulius uliginosus Pers. l. c. p. 22. (fungus siccus).
Mer. lobatus l. c. p. 23. (vegetus).

7. *C. laevis* l. c.

Telephora vulgaris Pers. Myc. Eur. I. p. 115. t. 7. f. 5.
β) *spathulatus*, pileo spathulato, stipite brevissimo la-
terali, hymenio rugoso. *Ad terram nudam, vulgari*
major, sed hic eodem loco in muscis aderat. Aut. (v. v.)

Quoad formam, vegetationem, substantiam et
hymenium in perfectis non minus rugosum, quam in
multis aliis, non potest non hujus esse generis. Alias
Helotius! potius accedit quam *Telephoris*.

10. *C. muscorum* l. c.

Sommerf. Lapp. n. 1622!

Priori valde affinis et forsitan *Th. vulgaris* β.
Pers. l. c.

11. *C. tenellus* S. M. 1. p. 325.

De hoc accuratissimus *Sommerf. in Fl. Lapp.*
n. 1623. „Variae magnitudinis, sed numquam ul-
tra $\frac{1}{2}$ poll. Venae inaequales (inter longiores ad mar-
ginem plures breviores), sed ne longiores quidem ad
basin omnino abeunt, sed omnes radiantes. In ma-
joribus margo quoque lobatus, ut nihil sit, quod
non iconi *Fl. Dan.* (t. 1295. f. 2.) personae conve-

niat. — Hic et *C. cupularis* sunt, potius Agarici macilentis, ab *A. striatulo* haud longe distantes.

Merulius Pezizoides Pers. Syn. p. 493. Gomphus Pezizoides *Myc. Eur. II. p. 10.* est status degener Agarici panuoidis! — Saepius legitur in cellis notaria.

III. MERULIUS.

Syst. Myc. 1. p. 326. Xylomyzon. Pers. Myc. II. p. 26.

Obs. 1. Cel. PERSOON in novissimo opere *Cantharellum* et *Merulium* quoque distinxit, sed illud genus *Merulium*, hoc *Xylomyzon* dixit. Rationes, ob quas nomina a me recepta servo, plurimae adsunt. Plurimi auctores, *Adanson*, *Jussieu*, *Link* etc., omnesque qui genus justis limitibus circumscripserunt, *Cantharellum* hoc nomine salutaverunt. Merulii nostri ita ab omnibus fere auctoribus dicti sunt. Quamdiu synonyma apta in promptu sunt, nova nomina, monente Linnaeo, non fingenda. Merulii primitus erant *Morchellae reticulatae rugosae*; ob hymenium etiam reticulatum ad Merulios hodiernos translatum est hoc nomen. Praecipue vero ideo haec nomina non immutari volui, quod usu et lingua communi ubique recepta sunt; sub eis apud omnes Oeconomos notissimi sunt generum typi (*Cantharellus cibarius*, *Merulius lacrimans*); et quae hoc modo divulgata et fixa sunt, difficillime nec sine perenni confusione immutantur. Nec *Xylomyzi* nomen optimum; etiam ad terram ejus species leguntur.

Obs. 2. Species plurimas addo, easque eximias, partim novas, partim ad alia genera ab aliis relatas, quibus naturalissimum genus insigne cepit augmentum; quo etiam factum est, ut duas proposuerim tribus et specierum seriem emendatam.

Trib. I. A P U S.

Char. Pileus sessilis, effuso-reflexus, superficialis, ambitu determinato, marginato. Hymenium poroso-reticulatum. Sporidia alba.

1. *Merulius incarnatus*, dimidiatus, pileo repando subtomentoso pallido, plicis subporiformibus variis luteis roseisve. *Schwein!* *Car. n.* 840.

Species pulcherrima, 3 unc. usque lata, difformis, coriaceo-carnosa, saepe imbricata, sed non, ut sequentes, effuso-reflexa. Tomentum pilei adpressum. Plicae pro more primum venosae, ramosae, parum prominulae, dein poros valde inaequales formantes. *Frequens ad cortices dejecto Quercus albae, falcatae; rarior ad ipsam terram Carolinae.* (v. s.)

2. *M. confuens* *Schwein!*, resupinatus, longitudinaliter effusus, margine libero inflexo subtomentoso pallido, plicis crispis reticulato-porosis.

Supra cortices effusus, vix unciam latus, sed in seriem pedalem confluens. Margo tenuis, involutus, sublobatus, in sicco albidus, sed ex Auctore cervinus. Plicae tenues, subdistantes. *Ad ramos Aineos in Amer. bor., vere.* (v. s. a *Cel. Schwein.* miss.)

3. *M. tremellosus* S. M. 1. p. 327.

Wahl! Succ. n. 1968. *Sommerf. Lapp. n.* 1624. *Xylomyza tremellosum Pers. l. c. p.* 30.

b. albidus *M. serpens Wahl!* *ups. p.* 453.

Etiam cum *Mez.* rufo confusum vidimus.

- β. *M. spongiosus*, effuso-reflexus, pileo spongioso hirtio azono lacteo, poris tenuissimis minutis alutaceis.

Primo obtutu mox cum *M. tremellosus* comparaveris, sed structura pilei adeo diversissima, ut cum nullo alio fungo comparem, nisi cum *Schizophyllo*; sed in *M. spongioso* pileus crassiusculus, totus con-

textus e tomento compacto tenacissimo, elastico (rigido potius, quam bombycino sequentium) albo; e quo tomento in superficie laxo etiam pilei superficies dense hirta, ut in Polyporo spumeo, evadit. Pileus valde reflexus, reniformi-dilatatus, longitudinaliter confluent, ultra unciam latus, laevigatus, azonus, lacteus, in margine integro stricto acuto. Pori quoque valde singulares, dissepimentis tenuioribus quam in alio Merulio, tamen omnino venosi, minuti inaequales, integri. *Ad ligna putrida, Rutheniae. Weir-mann, (v. s.)*

Fungum maxime insignem ut prioris tantum varietatem proposui; forsitan enim loci maxime crypti progenies sit! *Pileus Xylotroma est reflexum! marginatum!*

5. *M. Corium*, effusus, mollis, ambitu demum libero reflexo, subtus villosus albus, hymenio obsolete reticulato-poroso palléscente.

Boletus purpurascens. Dec! Fr. 6. p. 41. Polyporus. Pers. Myc. Eur. p. 60. Helephora. Corium Pers. Gre-vill. Edin. p. 409. Hor. Crypt. Scpt. t. 147. pro operis more, eximie. (Specimina gallica evidenter porosa et reflexa.)

Valde insignis species. Membranam sistit longitudinaliter effusam, 2, 3 unc. et ultra longam atque saepe aequae latae contextu molli bombycino inque pagina sterili omnino bombycinam albam. Fungus junior totus resupinatus, ambitu subhyssino (quo ad sequentem tribum accedit; at omnes fere hujus generis species resupinatae variant), adultus vero liber, subrevolutus. Hymenium in adultis eximie poroso-reticulatum, demum subgyroso-undulatum, alutaceo - l. rufescenti-palescens, immo lilacinum in Gallia! ad typum Merulii, in saltim judice, potissimum formatum. Merulii Apodes in genere habitu Telephoreo gaudent, minusque gyrosodentati sunt. — *Theat. Corium Pers.*, ipsi jam dubia, in praesentem saltim bene convenit. *In truncis et ramis putridis Helvetiae Schleicher!*, *Galliae Guepin!* *Scotiae!* l. c. (v. s.)

6. *M. niveus* Sommerf., effusus, membranaceus, mollis, glaber, niveus, in centro adnatus et undique liber, plicis rugaeformibus subreticulatus.

M. serpens Sommerf.! Lapp. p. 268. excl. syn.

Optima species; de synonymo nostro jam dubitavit l. c. accuratissimus Auctor et collatis meis specimenibus distinctissimum agnovit. Resupinatus, sed centro adnatus, ceterum liber, rotundus l. oblongus, $\frac{1}{2}$ -2 $\frac{1}{2}$ unc. latus; sed ubi libere et laete viget, effuso-reflexus, pileo ferrugineo; hic sive reflexus, sive resupinatus perfecte glaber est. Margo subcrenatus, sed numquam fimbriatus l. byssinus. Plicae primum obsoletae, dein rugaeformes, subreticulatae. Vigen spongiosus, mollissimus, siccus membranam albam, papyro tenuiorem sistit. In truncis ramisque Alnorum putridis frequenter in Lapponia, etiam in Norvegia australi. (v. s.)

Trib. II. RESUPINATUS.

Char. Pileus effusus, resupinatus, adnatus, immarginatus, junior et in ambitu byssinus. Hymenium subgyrosum. Sporidia 1) ferruginea, 2) alba.

7. *M. lacrimans* S. M. 1. p. 326.

Wahl. Succ. n. 1969. Sommerf. Lapp. n. 1626. (optime!)
Xylomyzon destruens Pers. Myc. Eur. p. 27. X. pellicum Pers. l. c. p. 29. Sistotrema cellare l. c. p. 198. excl. β .

Speciosissimus hujus tribus, subinde placentas plures pedes latas formans, valde varians; vidi etiam reflexo-pileatum, immo tubercula abire in pileos integros, stipite centrali! In omni statu vegeto vero dignoscitur ambitu lacrimante, quare nomen longe antiquius et aptius servandum judico. Si descriptioni fides, huc omnino spectat *Sistotr. cellare* Pers. Cfr. Sommerf. l. c. Ceterum non ligna solum domestica,

sed et silvatica et arbores putridas, muscos et ipsam terram incolit, nec ullum video characterem, qui distinguatur *Bol. arboreus* Sowerb. Etiam *M. lacrimans* ipse fere tremellosus, siccus corneus.

8. *M. pulverulentus*, latissimus, membranaceus, secidens, subtus araneosus-velutinus, e centro versus ambitum sensim exoletus, zonatus, plicis marginalibus subreticulatis.

Anricularia pulverulenta Sowerb. t. 214. *Coniophora membranacea* β . *leioplaca* Pera! *Myc. Eur.* p. 133.

Fungus insignis, quem summa voluptate huic generi adscribo. Circulos format membranaceos, orbiculares, pedales et ultra, saepe cum proximis confluentes, a matrice facile secedentes, omnino aequibiles, laeves, molles, siccus, e tomento mucedin densissime contextus, subtus velutinos. Color subtus pallidus, sed paginae superioris concentricè variegatus et simul varius videtur; sed versus ambitum constanter e sporidiis effusus ferrugineus. Majus superficie pars laevigata et sterilis, sed hinc in et praecipue in margine observo plicas distantes reticulato-poriformes, ut etiam ex hymeris certe hujus generis. Nam plicae effloetae collabuntur et evanescent. *Ad parietes humidos, toto anno jove praesertim pluvio.* (v. s. n. Cel. Chaillet miss.)

Eximium hujus generis decus et a *Thelephora Coniophoris* valde diversum. Utrum vero *Coniophora membranacea* Dec. cum his, an cum praecedentibus suadante Cel. PERSONIO, conjungenda, certe judicare non valeo. Specimina saltem a Cel. NEYON ESENBECK, WEINMANN aliisque missa sunt nomine *Coniophorae membranaceae* a Merulio nos longe distant.

9. *M. brassicaefolius*, effusus, membranaceus, costatus, margine inflexus, undulatus, supra tremellosus, plicis centralibus poroso-sinuatis. *Schweib. Car.* n. 842.

Maximus, ad longitudinem trium ulnarum expansus, a matrice facile solubilis et structura valde distincta. Membrana foliosa, folia majora Brassicae expansa omnino referens, constat luci obversa e filis Himantiae domesticae P. similibus, cute subtremellosa connexis. Plicae fructificantes in centro tantum accumulatae, plicato-sinuosae. Colorem reticet Auctor; in siccis meis speciminibus fuscescens l. olivaceo-fuscus est. Refert haec species domestica Europaeum M. lacrimantem. In Carolina ad ligna cellarum, hieme. (v. s.)

10. *M. papyraceus*, effusus, papyraceus, secedens, subglaber, umbrino-ferrugineus, in ambitu dilutior, plicis dilatatis reticulatis.

Membrana orbicularis L. elongata, tenuis, sicca, omnino papyracea, rigida, a matrice facile secedens, et, quod omnino peculiare, subtus nudus, glaber, obsolete tantum versus ambitum sericeus. Color umbrino-ferrugineus. Hymenium e plicis angustis reticulatum subporosum; poris valde dilatatis superficialibus et brevibus; gyroso-dentati numquam evadunt; versus ambitum plicae evanescent, et superficies omnino laevis. In truncis Helvetiae (v. s. misit Cel. Schleicher.)

11. *M. umbrinus*, membranaceus, secedens, in ambitu nudus revolutus, plicis continuis gyroso-porosis umbrinis.

Colore umbrino obscuro priori similis, sed ceterum omni respectu distincta species et hymenii indole subsequentijs propior. Forma fere *Telephorae quercinae* L. *Auriculariae corticalis* Bull.; ambitu primum byssino, dein vero libero; tamen certe ad *Resupinatos* referendus. Junior orbicularis, ad unciam sensim dilatatus, sed saepe longitudinaliter confluens, 4-5 unc. usque longus. Substantia tenuis mollis, nec papyracea, neque byssina. Plicae sinuoso-porosae, totum hymenium occupantes. Ad truncos abiegnos carie consumptos, vere, aestate. (v. v.)

„*Xylomyzon taxicola*, rufo - fuscum, subumbrinum opacum immarginatum, plicis praelongatis teretiusculis subtubulosis“ *Pers. Myc. Eur. II. p. 32.* praecedentibus aperte affine, sed in neutrum quadrat, praecipue icon t. 14. f. 5, 6; nec specimen authenticum hujus possideo, quare distinctum habeo.

12. *M. squalidus*, effusus, latus, incarnato-subhyalinus, demum subolivaceus, ambitu membranaceo albo, plicis sinuoso-porosis, sporidiis ferrugineis.

Adolescens sistit membranam effusam, villosam, laxè adhaerentem, albidam; mox medio laevigatur in hymenium contiguum glabrum subincarnatum; dein superficies eximie sinuoso-porosa plicataque carneo-hyalina, demum tactaque olivacea. Substantia mollis, laxa, demum aquosa, sed numquam lacrimans, ob ambitum tenuiorem, siccum, sterilem. Subtus adpresse fibrillosus, cinerascens. Sporidia subferruginea. Odor mucidus. Saepe pedalis. *Ad asseres, pineos putridos, aquaeductus obtegentes, Oct. Nov. (v. v.)*

13. *M. Himantoides* S. M. 1. p. 329.

Xylomyzon versicolor Pers. Myc. Eur. II. p. 30. X.
croceum Pers. l. c. p. 33, t. 14. f. 3.

14. *M. Porinoides* l. c.

Xyl. Porinoides Pers. l. c. p. 32. X. paucirugum Pers. l. c. p. 33. t. 14. f. 7.

15. *M. aureus*.

M. vastator S. M. 1. p. 329. cum syn. ! excl. syn. Tod. — Sommerf. Lapp. p. 269.

Bene observante Cel. PERSOON (*Myc. Eur. l. c. p. 29. Xylom. solare*) *M. vastator* Tod. est *M. lacrimans*; servandum tamen fuisset nomen a plurimis receptum, nisi revera valde incongruum.

16. *M. molluscus* l. c.

Sommerf. Lapp. p. 270; Xylom. molluscum Pers. l. c. p. 30. X. pulchrum Pers. l. c. p. 32, t. 14. f. 1. (colore nimis obscuro.)

1. *M. rufus* l. c. p. 327.

Xylom. rufum Pers. l. c. p. 31. X. isopyrum Pers. l. c. p. 33. t. 16. f. 1, 2. (junius).

2. *M. serpens* l. c.

Xylom. serpens Pers. Myc. Eur. II. p. 31. Xyl. crustosum Pers. l. c. p. 34. sec. specimen a. Cel. Chaillat missum, *Boletus brachyporus* Pers! ined. dictum, sistit statum perfectissimum; superficies crustacea, quasi verrucosa, occidentalis est!

Plurimi in statu imperfecto (*M. serpens* Tod.) gunt; perfectum diversum credunt, sed evidenter influentes vidimus. — Ombino differunt *M. serpens* *Wahlenb. Sommerf.*

3. *M. crispatus* l. c. p. 328.

Priori affinis, sed differt pileo arcte adnato, plicis minus poriformibus, sed sinuosis crispatis, nec in colore, qui nunquam rutescens l. flavescens, sed laevis fit et caesio-viret, ut in *Cantharello crispo*, *egi ad ligna Alni, hieme, vere.* (v. v.)

4. *M. fugax* l. c. p. 328.

Omnium diversissima; omnino tamen hujus generis. Subiculum primo bombycinum tenerrimum, mox in delicatissimam telam glabratam et a matrice separabilem unitum. Color lacteus, candidus. Pileo exacte orbicularis, uncialis usque, dein emarginatus irregularis, plicis reticulatis, in siccis collatibus, rugas vagas in macula delicata sistantibus. Valde fugax. Optime legitur ad ligna pinca carinea hieme. (v. v.)

Obs. Merulius luteus, argenteus, griseus et sanguinolentus. Spreng. Syst. Veg. IV. p. 444. sunt variae *Gasteromyces* variorum.



V. DAEDALEA.

Syst. Myc. 1. p. 331. *Grev. Edin.* — *Wahl. Succ.* p. 948.
Sistotrema ex parte *Pers. Myc. Eur.* II. p. 191.

Obs. 1. Certissime genus Polyporeum. Sunt enim species, quae nunc optime Polypori, nunc verae Daedaleae, v. c. *Daedalea sepiaria* etc. Exstat quoque affinitas maxima inter *Polyporum perennem* et *Daedaleam biennem*, *Polyporum odoratum* et *Daedaleam sepiariam*, *Polyporum versicolorem* et *Daedaleam variegatam* etc. — Fungus nullus genuinus Agaricinus vere suberosus!

Obs. 2. Sinulos Daedalearum, poros Polypororum etc. cum pileo homogeneos dixi equidem; negat Cel. PERSON Myc. Eur. variis locis; sed dissensio evidenter e diversa interpretatione verborum tantum pendet. *Sinulos, poros* etc. cum pileo homogeneos exinde dixi, quod cum fibris pilei aut omnino contigui sunt (Cfr. Polypor. Apodes fibrosos) et evidentissima earum continuatio, aut contextus pilei in sinulorum, pororum dissepimenta transit, vel, ut ipse laudatus Auctor habet, „substantia pilei plus minus alte inter unumquemque tubum penetrat etc.“ In tenuissimis evidentissime flocci in poros confluent et eisdem prorsus homogenei sunt! Ex hisce facile patet, qua ratione sinulos, poros etc. cum pileo homogeneos dixerim, et tubulos Boletorum heterogeneos. Quod vero et in his asci superficiem fertilem dissimilem reddunt, res est, de qua nemo unquam dubitavit. Ut omnis dissensio tollatur, accuratius forsitan, quod de sinulis dixi, de poris quoque erit dicendum, seos e pilei substantia esse formatos.

Obs. 3. Daedaleae in duas series ex sporidiis ferrugineis et albis distinguendae sunt. Ad has species *arborum frondosarum*, ad illas plurimae *pinetorum* pertinent; qua ratione optime sunt dispositae a Cel. WAHLENBERG (*Fl. Succ.* p. 948. *Numquam eadem species in arbore frondosa et acerosa*

ecta. Jam ea re *D. confragosa* et *Pini*, *D. suaveolens* et *heteromorpha* ab invicem recedunt. Species nobis in Syst. Myc. allatas omnes adhuc distinctissimas habemus.

Trib. I. MESOPUS.

Char. Sinuli labyrinthiformes, nunc integri, saepius lacerati. Pileus subinteger suberosus aut suberoso-coriaceus, substantia et sporidiis ferrugineis. tipis subcentralis.

Obs. Species inter se affines, quoad substantiam et sporidia *Hydnis suberosis* et praecipue *Pocporis* v. c. *P. tomentosae* et *perenni*, proximae.

D! maxima S. M. 1. p. 332.

Sistotrema? lusitanicum Pers. Myc. Eur. II. p. 208.

D. spadicea S. M. 1. p. 505.

Wahlenb. Succ. n. 1976. (bene). *Sistotr. Pers. Myc. Eur. II. p. 208.*

D. biennis S. M. 1. p. 332.

Greville Edin. cum descriptione bona. Chev. Paris. p. 248. Sistotrema rufescens Pers. Syn. p. 550. (adeoque etiam Polyp. rufesc. S. M. 1. p. 351.) ipso teste, Myc. Eur. p. 206. non differt; sed Boletus leucoporus Holmsk.! longe distat.

Trib. II. A P U S.

D. quercina S. M. 1. p. 333.

Vonkhout, Sterb. n. 128. p. 267. Gled. Meth. p. 134. n. 40. Grev. Fl. Cr. Scot. t. 238. cum analysi optima.

Sinuli confluentes saepe dentes latos obtusos rusus *Sistotremoideos* sistunt. Ad sanguinem stilitem coercendum usus fuit (quod ophthalmate corruptum l. c.).

5. *D. betulina* l. c.

Fungus arboreus holosericeus, inferne lamellatus. *Raji*
syn. II. 14. 26. *Agaricus quernus lamellatus coriaceus*
villosus Dill. Gies. 191.

Quoad hymenium *Lentinum* refert, sed pileus vere coriaceus et zonatus optimam *Daedaleam* (qualis etiam legitur) indicat. Lamellae in dentes *Sistotremoides* non raro fissae.

6. *D. sepia* l. c.

Binas accepimus hujus varietates, genus eximie illustrantes:

β. porosa, subtus porosa, poris subrotundis inaequalibus fusciscentibus.

Supernam ad aspectu vulgarem omnino assimilat, hymenium vero prorsus *Polyp.* odorati. *Ex Helvetia misit Schleicher.* (v. s.)

γ. dentifera, effusa, spadicea, hymenio in dentes difformes lacerato.

Optimum sane *Sistotrema Pers.*, mera tamen prioris forma loco debita, contextu, ut in *cryptis* solet, magis laxo. Etiam sequentis analogum statum ab am. CHAILLET accepi, monente sibi *Sistotr. cellare P.* visum fuisse, sed a *Persoonio* non pro vero habitum. Forsan hoc modo *Sist. cellare* plures species deformatas complures; autonoma planta minime est. *In cellis.* (v. v.)

7. *D. abietina* l. c.

Est quasi forma prioris lamellata, species tamen, ut videtur, distincta. Tenuior et minor, lamellis subsimplicibus, pallide umbrinis, ad latera glaucis, immixtis brevioribus liberis, omnibus margine repandis, sed saepe incisus et prorsus *Sistotrematoides!* Pileus ferrugineo-umbrinus, dein canescens.

8. *D. striata* l. c.

Etiam hujus simili saepe laceri. (v. s.)

(10.) *D. heteromorpha.*

α. nodulosa, effuso-reflexa, imbricata, albidopallescens, pileis tenuibus gibbosis rugosis azonis, margine incisus ab excurrentibus laminis latissimis confertis flexuosis subramosis. (S. M. 1. p. 340.)

Maxime heteromorpha. Valde gregaria, conferta, imbricata, concrescens; recens suberoso-mollis, dein indurata, sed caro pilei fere nulla; pileus maxima parte e laminis formatus, unde margo obtusissimus, quod in nullo alio fungo, *e laminis nudatis passim pectinato incisus!* Color albidus, pallescens, sed in fungo senescente luteo l. ferrugineo plerumque mixtus. Forma admodum peculiaris simulque irregularis, inaequaliter triquetra, basi latissime adnata et insuper sursum gibboso-porrecta, uncialis, sed crassior quam latior; subtus nunc plana, nunc valde gibbosa; ceterum admodum imbricata et undique concrescens. Superficies, villo adnato, fere glabrata, sed eximie inaequalis, scrobiculato-rugosa. Laminae latissimae, triquetrae, confertae, profunde incisae, flexuosae, subramosae, *hinc inde (ipsae laminae) in poros hiantes!* Nullam habemus, cum qua comparemus; color quodammodo *D. suaveolentis*, quacum hinc jungitur ab ill. Sprengel.; certe vero *Daedalea Agaricina* nec ulli fungo *descripto affinis*. In eo porro singularis, quod unica e jam cognitis *Daedalea leucospora* in truncis Coniferarum obvia. *Cum Polyporo boreali in truncis vetustis abiegnis montis Omberg, copiosissime. Aut. 1824. (v. v.)*

β. interrupta, tota effusa, interrupta, margine hyssino.

D. heteromorpha. Obs. Myc. 1. p. 106. S. M. 1. p. 340.

Non sine voluptate iterum 1824 ad Femsjö hunc fungum legi eodem loco, quo 1814 videram! A priori tantum differt pileo effuso! unde, ut fit, magis porosa.

Obs. Dubium non est; hanc speciem *immarginatam*, pileo tantum e lamellis formato (ut e poris

in *Polyp. vaporario*), late effusam, ad Resupinatos stricte pertinere, sed cum lamellosa sit, qualis nulla alia resupinata, ad Agaricinos transfero.

12. *D. Bulliardi* l. c.

A ceteris diversissima substantia primitus carnosae. Vera affinitate *Polyp. resinoso* proxima et ad Polypori genus forsitan transferenda.

13. *D. Thunbergii* l. c.

Pulchra species, habitu *D. saepiariae* affinis, pileo glabro et colore laetiore praecipue distincta. (v. s.)

14. *D. confragosa* l. c. p. 336.

Quamquam specimen nullum vidi, de differentia a *D. Pini*, cinerea et ferruginea dubitare non possum.

15. *D. Pini* l. c.

Bol. Pini Thore *Chl. Land.* 487. Pol. Pini Pers. *Myc. Eur.* p. 83, idem videtur.

Videtur utique Daedalea; in nullo enim Polyporo perenni pori inaequales, multo minus flexuosi. Etiam in Gallia occidentali ad truncos *Pini rubrae*.

15. b. *D. discolor*, sessilis, pileo suberoso rugoso glabro zonato albo, sinulis flexuosis sublaceratis fuscis.

Daedalea albida Schwein. Carol. n. 851. nec Fr.

Pileus orbicularis, horizontalis, planissimus, subtus convexus, supra tuberculis et foveolis valde inaequabilis, versus marginem zonatus. Hymenium omnino peculiare, laminis satis tenuibus confertis, flexuosis, ramosis, passim anastomosantibus et margine porosis, saepe simul incisis et dentatis, ut optimum praebeat testimonium nexus Daedaleae et Sistotrematis Pers. Proxima *D. cinereae*. In truncis *Betulae Carolinae*. (v. s.)

16. *D. cinerea* l. c.

Sistotrema cinereum *f. daedaleum* Pers. *Mycol. Eur.* II
p. 204.

Nulla sane *Daedalea* a *Sistotrematibus* magis
recedit quam *praesens*. Sinuli longissimi, semper
integerrimi, *D. unicolori* affinis, at distincta.

β. grisea, grisea, pileo minori villosa, basi effuso,
laminis distantibus integerrimis. *Ad ramos*
dejectos Betulae, Nieme. (v. v.)

17. *D. unicolor* l. c.

Wahl. Suec. n. 1973.

Duplex hujus forma; altera crassior, margine
albido dissepimentis firmioribus distantibus, sinulos
magis integros formantibus; altera tenuior, latior,
poris acutioribus, angustioribus, magis laceris. Nullo
modo affinis est *D. angustata*!

18. *D. variegata* l. c.

Chev. Par. p. 246.

Ab hac specie variabili haud differt *D. zonata*
Schwein! n. 852. non recedens nisi zonis omnibus
glabratis, sinulisque paulo latioribus. *Etiam ad la-*
tera trincorum Indiae occid., Carolinae. (v. s.)

19. *D. saligna* l. c.

Non cum *D. gibbosa* comparanda. Hujus enim
substantia tenuis, mollis; pilei forma plane alia, et
praecipue sinuli, qui in *D. gibbosa* semper brevissi-
mi, obtusi, recti, seriatim, uniformes, in hac longis-
simi, flexuosissimi et intricati, dissepimentis acutis,
immixtis quibus porosis; hinc *D. genuina* neque *Polypo-*
rea, quarum differentias non sine errore vilipendas!

21. *D. gibbosa* l. c. p. 338.

Affines sunt: *D. elegans* Spr., *angustata* Sow.
rubescens Alb. et Schw. — Diffines: *D. albida*, *D.*
saligna, *D. subtomentosa*.

21. b. *D. elegans*, subsessilis, albida, pileo subteroso
tenui azono glabro, basi nigricante, poris seriatis
linearibus rotundisque (vide n. 10. p. 335.)

Et descriptione Cel. Sprengelii ad Agaricoideos retuli, sed ex specimine insigni ipsius liberalitate communicato ad Polyporeos eam pertinere vidi. Exacte media inter *D. gibbosam* et *angustatam*; ab illa pileo tenui glabrato (villo subtilissimo plane adpresso), poris minoribus confertis diversa; ab hac pileo albo; ab utraque basi in stipitem brevissimum nigrum (in meo specim.) attenuata. Sublignosa, sed valde tenuis, reniformis, 3 unc. et ultra lata, margine acuto repaudo.

22. *D. albida* l. c.

Ob characteres hoc loco inserenda; ceterum vix alia *Daedalea* a *D. gibbosa* magis distat. Affinis potius est *D. betulina*, a qua vero bene differt forma, tomento adpresso, colore albo, zonis nullis et praecipue hymenio in poros angulatos l. oblongos abeunte. Ceterum multum variat. Ad truncos fraxineos a me copiose lecta est, pileis effuso-reflexis, tenuibus, scalarimbricatis, prorsus azonis, tomento denso candido tectis, sed adpresso, ut omnino glabrata dicatur. Hymenium simile in nulla *Daedalea* vidimus. Pori magni, elongati, recti l. angulati, dissepimentis tenuibus; sed in speciminibus effusis *verticalibus* pori longissime hiant e latere; horizontales vero poros sistunt minores rotundos distantes. Paucis, species omnino curiosa. (v. v.)

22. b. *D. subtomentosa*, sessilis, pileo gibboso tuberculoso albido, zonis elevatis subtomentosis, poris angustis, *Schwein! Carol. n. 853.*

Habitus trivialis, substantia fere *D. quercinae*, licet multoties tenuior et minor. Pileus zonis depressis glabris. *Ad truncos Carolinae.* (v. s.)

Plures hujus tribus valde insignes, a me visas species Cel. AFZELIUS e Guinea reportavit. Quorum descriptiones et icones, aeri jam insculptas, magnopere expectamus. — De *Daedalea imberbi* l. c. p. 340. cfr. *Chev. Par.*

Tribus IV. RESUPINATUS.

28. *D. latissima* l. c. p. 340.

Nulla specialior cum *D. quercina* affinitas. Structura valde peculiaris, a basi ad superficiem eximie radians, parallelo-filamentosa, qualem in nullo alio fungo suberoso vidimus. Plurimae enim, ut *D. quercina*, floccis densissimis implexis aegre discernibilibus contextae. Nec umquam in Jago legimus *D. quercinam*. Quoad hymenium, ut sequens, *Polyporus* potius est, ut in Obs. Myc. proposui.

29. *D. serpens* l. c.

Species, si alia, a *D. quercina* distincta, porosa nec sinuosa. Quando in corticis riuvis serpit, cum similibus *D. quercinae* formis confundi potest, sed supra cortices tenuiores primitus e tuberculis corticalibus erumpens, mox sistens peltas orbiculares convexas, mox vero longissime concresecens et secus ramos, *Thelephorae quercinae* instar, serpens. Semper resupinatus, coriaceus, ligneo-pallens, sub-fuscescens, ambitu determinate marginato, pubescens, tenuis. Pori obtusi, integri, subrotundi l. elongati, potius *Polypori*, sed dissepimenta valde obtusa et habitus omnino *Daedaleae*. Etiam e montibus *Vogecis in Sorbo* (*Mougeot!*) et *America bar.* (*Greville*) reportata.

(30.) *D. mollis* resupinata, determinata, submembranacea, ligneo-pallens, demum fuscescens, subtus pubescens, umbrina, poris difformibus sinuosis sublaceris angulatisve. *Sommerf.! Lapp.* n. 1631.

Coriaceo - mollis, nunc subrotunda 1-2 unc. lata, nunc valde elongata, pedalis usque, sed determinata, ambitu subhibero villosa, sed non byssina, unde integra e matrice separari non potest, primo tenuis ligneo pallens, dein crassior fuscescens; subtus tomentosa, primo olivaceo-umbrina, dein umbrino-nigrescens. Pori situ varii, saepe obliqui, in-

aequaliter hiantes; reliqui majusculi sinuosi et longissime flexuosi. A subsimili *D. abietinae* forma ob locum distinctissima videtur; cu in *D. serpente* potius comparanda. *Ad corticem putridum Alnorum Saltdalen Nordlandiae passim.* (v. s.)

β. *D. membranacea*, tenuis, adnata, suborbicularis, dein confluens effusa nigrofusca, sinulis magnis difformibus.

D. membranacea Wormsk.!

Color foliorum Nicotianae siccatorum. Substantia tenuis, sed coriaceo-membranacea, flexilis. Hymenium in medio lamellis valde irregularibus et obtuse dentatum, sed versus ambitum porosum. *In truncis betulinis dejectis, vere lecta in Kamtschatka.* (v. s.)

Valde insignis, sed distinguere non debui cum habitus omnino prioris et Flora Mycologica Kamtschatica et Saltdalensis mire conveniant. Illinc habet nobiliss. WORMSKJOLD *Daedaleam betulinam, saepiariam, unicolorem, suaveolentem.* (Cfr. Polyp. odorum) et *membranaceam.* Cfr. *Sommerf Suppl. Fl. Lapp. n. 1629-1631.* Inter ingentem Polyporum numerum ex eodem loco eodemque inclytissimo peregrinatore relatum vix ulla species nova.

Notabile est Daedalearum species, quo magis effusas eo magis porosae esse. Inter constanter Resupinatas nulla lamellosa est. E contrario variae species resupinatae porosae in reflexis lamellatae, v. c. *D. quercina*, *D. albella* etc. *D. heteromorpha* resupinata sinuosa, sed perfectior status nuperius re-pertus lamellatus.

VI. POLYPORUS.

S. M. 1. p. 341. Pers. Myc. Europ. II. p. 79.

FAVOLOIDEI l. c. p. 342 (Hexagona Pellin.')

Obs. Cum genere Favolo, supra descripto, ad quod una alterave species spectat, neutiquam con-

fundendi. Favoli veri sunt absolute Agaricini; Polypori autem favoloidei ab hoc genere neutiquam separari debent. Species, praecipue tropicae, habitu gaudent proprio; tamen omnes acuti limites desunt, ut neglecto hymenio forsitan melius inter sequentes tribus ejus species dispescantur.

5. *D. squamosus* l. c. p. 343.

Grev. Fl. Crypt. Scot. t. 207., pro operis more optime!
Sommerf. Lapp. p. 274. P. juglandis, P. flabelliformis cum * tigrino et varr. *Pers. Myc. Eur. ll. p. 38; 53, 54, 212.* (*Fl. Dan. t. 983.*)

Variat pileo integro et dimidiato, poris amplis et in junioribus exiguis regularibus. Pace igitur acutissimorum amicorum *Batt. t. 37. A. et B. squamosum* Schum.! iteratis observationibus suffultus denuo huc refero certusque testor, omnia a me allata synonyma eandem sistere speciem.

(9.) *P. scutiger*, pileo coriaceo applanato velutino olivaceo-fusco, postice scutato-dilatato sessili, poris hexagonis favosis griseis.

Solitarius, reniformis, potius suberosus, quam coriaceus, nisi admodum tenuis esset, utrinque planissimus. Pileus per novas accretiones, ob quas saltem biennem credo, zonatus, rugosus, 1-2 unc. latus, fuscus, sed villo velutino olivaceus, margine sursum flexo, acute prominente. Omnino sessilis et dimidiatus, sed postice submarginatus e basi dilatata, ramos amplectente, qualis in *P. xanthopode*. Valde tenax, contextu floccoso, ligneo-fulvescente. Pori admodum curti, regulares, favosi, hexagoni, grisei. *Ad ramos in Brasilia.* Lund. (v. a Cel. Hornemann commun.)

Obs. *P. hirtus* *S. M. 1. p. 345.* (cujus alveoli, si ita comparati ut in *P. scutigero*, Polypori generis videntur) differre videtur magnitudine pilisque rigidis ramosis.

Trib. I. MESOPUS l. c. p. 345.

3. b. *P. viscosus*, rufo-badius, pileo carnoso glabro viscoso, poris majusculis irregularibus, stipite tenui. — *Pers. Myc. Eur. II. p. 41.*

Gregarius, totus unicolor. Stipes $1\frac{1}{2}$ unc. longus, 2 lin. et ultra crassus. Pileus 2–3 unc. latus. Pori subdecurrentes. Videtur insignis species; an status explicatio *P. taurinus* Pers. l. c. p. 37? — *In Gallia.*

10. b. *P. Umbraculum*, elatus, suberoso-lignosus, pileo regulari plano stipiteque glabris castaneis laccatis, poris exiguis pallide cinnamomeis.

Stipes longissimus, spithamaeus, digiti minoris crassitie, aequalis, laevis, glaberrimus, superficie laccata, ut in Polyp. lucido, sed vix nitente. Pileus planus, centralis, crassiusculus, azonus, stipiti concolor et similis, 4–5 lin. latus. Substantia lignoso-suberosa, rigida, immutata persistens. Pori minuti, aequales, subrotundi, obtusi. *In Sierra Leona.* Afzel. (v. in Museo Thunberg.)

11. *P. xanthopus* l. c. p. 350, 505!

P. Katui, *Nees in Act. Bonn. XIII. p. 17. cum descr.*

In tropicis vulgaris videtur. Lectus in *fava* (Blume—sec. Fr. Nees) *Sierra Leona Africae* (Afzelius), *India occidentali* (Vahl), *Brasilia, America meridionali* (Humboldt) *Insulis, maris pacifici* (Chamisso.)

11. b. *P. rugosus*, pileo coriaceo suborbiculari obsolete zonato, rugis profundis longitudinalibus notato glabro nigricante, hymenio subvelutino fusco, poris minutissimis, stipite excentrico subramoso. *Fr. Nees l. c. p. 21. t. VII.*

Stipes inaequalis, basi radiformi attenuatus 2–3 lin. crassus, teres, sordide fuscescens, irregulariter ramosus aut simplex, subinde lateralis. Pileus tenuis, vix 3 lin. crassus, sed durus, orbicularis

semiorbicularis, marginibus extenuatis flexuosis et in formam umbraculi deflexis, superne zonatus et valde sulcato-rugosus, glaber, e cinereo-nigricans. Pori exigui, subrotundi, integumento sub microscopio floccoso granulosoque velati; (hoc speciem degeneratam fere indicat. Vide sub Polysticta). Nees l. c. In Java. (v. ic.)

Sporidia hujus et omnium specierum exoticarum sub exsiccatione delapsa sunt, corruptisque oscis ad Europam perveniunt.

12. *P. concinnus* l. c. p. 350.

A *P.* perenni utique distinctus.

14. *P. rufescens* l. c. p. 351.

Haec a me non visa species, Cel. PERSOONIO ipso jam monente, ut synonymon *Daed. biennis* consideranda videtur.

II. PLEUROPUS l. c. p. 352.

1. a. *P. affinis*, pileo coriaceo tenui rigido dilute castaneo, zonis obscurioribus picto, margine albedo, poris minutissimis alutaceis, stipite tenui glabro castaneo-fusco. Nees in *Act. Bonn.* XIII. p. 18.

P. xanthopodi valde affinis et caute distinguendus. Pilei vel solitarii vel imbricati, semicirculares vel flabelliformes, 1-3 unc. lati, glabri pro tribus more. Color circa margines in albo-lutescentem vergit. Stipes semper marginalis et fuscus coloris, quoad longitudinem valde inconstans. Pori nudo oculo vix conspicui, rotundi, alutacei. — L. c. f. 4. depingit singularem statum, appendicibus rectis, clavatis, subcompressis, intus cavis, ex hymenio enatis, radios illos gigantes (prolificationes) *P. Pisacha-pani* in memoriam revocantibus. In Java Blume. (v. ic.)

1. *P. varius* l. c. p. 352.

Var. β ., qui Cel. PERSOONIO distincta species, levis modo forma certe est. Cfr. *Grev. Scot. t. 222*!, *Sommerf. Lapp. n. 1639*. — *Polyp. candidus Pers. l. c. t. 15. f. 4, 5*. potissimum hujus forma alba. In regionibus frigidis, v. c. in Lapponia ex Sommerf., semper albus est. Bol. calceolus Bull. ne vera quidem varietas, sed fungus in sequentem annum persistens, cum *P. brumali* vernali, analogus!

1. b. *P. luteus*, pileo rigido tenui glabro lutescente, poris minutis cinereo-lutescentibus, stipite lutescente, basi dilatato. *Nees l. c. p. 16. t. IV.*

Pilei simplices seu rarius lateribus connati, flagelliformes, coriacei, duri, persistentes, vix $\frac{1}{2}$ lin. crassi, 1–2 unc. lati, glabri et subzonati. Color luteus, in aliis dilutior, in aliis in castaneum transit. Stipes marginalis, inaequalis et tuberculatus, basi valde dilatatus. Hymenium e poris rotundis, parvis, sed conspicuis, constat. *Nees l. c. In silvis montosis Javae. Blume. (v. ic.)*

2. *P. lucidus* l. c. p. 353.

Grev. Scot. t. 245. Pol. laccatus. Pers. Myc. Eur. II. p. 54.

In regionibus frigidis lucida haec species multas laccatas tropicas repraesentat.

3. *P. Amboinensis* l. c.

Polymorpham et saepe amorpham naturam beat. RUMPHIUS jam indicat. Collata rudi hujus cum Cel. NEESII (l. c.) posita descriptione vix dubium mihi videtur, RUMPHII fungum considerandum esse ut synonymon *P. cochlearis* Nees in Act. Bonn. XIII. p. 20. t. VI., cujus monstrosam progeniem illustrat. Auctor omni jure habet atypicum illud portentum, *P. Pisacha-panni* Fung. Javan. Prod. cum icone! Colores, forma, stipes torulosus etc. omnino conveniunt. In Java. (Ejusmodi appendices observatae in Ag. l. Lentino lepideo, saepe toto cotalloideo. Cfr. S. M. 1. p. 176.)

3. b. *P. gibbosus*, pileo duro lignoso tuberculato-rugoso testaceo-fusco, poris minutis rubiginoso-fuscis, stipite elongato valido toruloso, pileo concolore. *Nees l. c. p. 19. t. V.*

Priori affinis; e majoribus generis. Stipes cylindricus, unciam crassus, 5-6 unc. altus, toruloso-gibbosus, durus lignosus, intus suberosus et colore saturatiore tinctus. Pileus semicircularis, 4-5 unc. latus, ad basin unciam fere crassus, durissimus, tuberculato-rugosus, a stipite concolori oblique adscendens. Pori nudo oculo vix distinguendi, obscure ferrugineo-fusci, versus stipitis insertionem nigricantes. Intus tubuli breves, interrupti, stratosi, ut procul dubio perennis. *In Java. Blume. (v. ic.)*

3. c. *P. Lingua*, pileo suberoso duro cum stipite confluyente laterali linguaeformi, supra rugoso glabro fusco-nigro, subtus luteo, poris minutis cinereo-fuscis. *Nees l. c. p. 15. t. 3.*

Singularis species; meo sensu inter Pleuropodes collocanda. Pileus solitarius, clavam compressam incurvam in stipitem attenuatam referens. Longitudo totius fungi $2\frac{1}{4}$ unc., latitudo apicis latiss. $\frac{1}{4}$ unc. — Color obscure brunneus, cum nitore, subtus basin versus in rubrum vergit. Substantia suberosa, levis, sicca, brunnea, contextu floccoso. Pori genuini, fertiles, subrotundi, sordide fuscescentes, versus apicem paginae inferioris tantum conspiciuntur; pars reliqua inferioris lateris crusta lutea, tuberculis minutissimis exasperata, obducitur, quae hymenium fascia lata prominente lutea cingit. Plura pororum strata fungum perennem indicant. *Ad arbores Javae. Blume. (v. ic.)*

Obs. Polyp. perennes stratosi forsitan melius peculiarem seriem constituunt. — Ex hac regione quoque *P. spathulatus* Kunth. Syn. sub Boletis, sed nec specimen nec iconem vidimus.

4. *P. pes Caprae* l. c.

P. pes Caprae, pileo dimidiato et subintegro fuscescenti
 badio, demum tessulato, poris magnis acutis stipiteque
 ventricoso lutescenti-albidis. *Pers. Myc. Eur. II.*,
 37. — Nec ullam e descriptione invenio differentiam
P. scrobinaei Pers. l. c. qui *B. scrobinaeus*. *Pumil.*
in Act. Taur. 1805.

Affinis, saltem analogus, *P. subsquamoso* et *ovino*
 — et in fronte tribus potius collocandus.

Trib. III. MERISMA l. c. p. 354.

8. *P. alligatus*, imbricato-multiplex, pileis carno-
 so-fibrosis villosis inaequalibus azonis subisae-
 bellianis, poris minutis albis.

Boletus mucidus. *Scop. Ann. Hist. Nat. IV.* p. 149.

Maxime difformis et vario modo concrescens
 nec inter se solum, sed et caules et culmos grami-
 num ambiens, folia decidua aliasque quisquillas in-
 cludens; statura saepe quasi centrali, l. undique ex-
 pansus, quasi integer, sed absque stipite distincto.
 Vere autem pluvioso vidimus pileos in clavulis tere-
 tes aporas mutatos, similes *Pol. gigantei* = *Clavaria*
aequivocae. *Hplmsk.* Lobi imbricati, inaequales, di-
 latati, et saepe circumscriptione circulares, undulat
 superficie inaequabili, sed contigua, brevissime ser-
 ceo-villosa, caespites palmares saepe formante.
 Color alutaceus l. isabellinus, carnis rigido-fibrosi
 subzonatae dilutior. Ob substantiam rigidam; haec
 compactam, fibrosam *P. gigantei* flexus mox frangit
 tur, nec friabilis est, ut *P. sulphureus* contextu flo-
 coso. Pori pallescentes, minuti, inaequales, mucidi
 h. e. tenuissima mucedine oblitterati. Pilei
 quoque, praecipue domi servatos, avidissime infest
 incedo sterilis alba, ut mucidus bene dicatur. *P.*
multos annos spectabilem fungum in unico trunco
mucido Juglandis regiae, perfectum habui Lundae
Octobri; sterilem, aporum Majo. (v. v.)

Obs. Ni alius existeret *P. mucidus*, hoc no-
 men aptissimum servandum fuisset. — Ambiguus il

heteroclitus Bolt. num huic, an *P. squamoso* ior?

P. distortus, „pileis confluentibus distortis vel auriformibus cervinis, undique poris minutis molliusculis minutis candidis pallescentibus.“
Schwein. Car. n. 903.

Pilei numerosi, subdimidiati, distorti, auriformes aut orbiculares; undique tecti poris candidis, demum pallescentibus, minutis, sinuatis, submolliibus, i saepe super pilei marginem, inde crassum porum, increscunt et in stipites spongioso-coriaceos currunt. Plerumque invenitur fungus expers pilei, idique porosus, Clavariaeformis aut cylindricus, idem nexus cum prioribus perspicuus. *Non rarus in rra vel ad radices arborum, praesertim Bignoniae atalpaee et in viis ligno munitis Carolinae.* (E fragmentulis à me visis hujus et sequentis speciei nil ex atopsia addere licet; a Daed. bienni vero omnino inversam indicant speciem).

0. *P. graveolens*, imbricatus, polycephalus, pileis durissimis ligulatis plicatis zonatis fuscis, poris minutissimis spadiceis. *Schwein. Car. n. 904.*

Caespitem insignem, capitis humani magnitudine, format; pileis superioribus latioribus unciarum, 2-3 unc. longis, inferioribus minoribus, demum in meras clavulas abeuntibus, numerosissimis tam arcte sibi appressis, ut poros contegant. Ceterum pilei margines pallidiores, durissimi, aetate plendentes. Pori ob minutiem non conspicui, nisi recto pileo. Substantia dura, floccosa, spadicea. Odor gravis, subnauseosus. *In Quercubus, imprimis quatica, in Georgia Americae rarior.*

Obs. 1. Species valde insignis, primo utpote ejus tribus merismoideam (subclavatam) naturam infirmans; porro utpote Polyporos clavatos cum ileatis prorsus jungens; tandemque hujus tribus rotationis cetiam usque ad species lignosas excedens.

Obs. 2. Genus *Cladoporus* Pers. Ch. commutatus status degenerans hujus tribus omnino considerandum est. Plerasque species ipsi Clavatas videntur Pilei latitudo (cfr. Pers. Myc. Eur. p. 122.) in sua normali non obstat; omnium latissimus *P. giganteus* etiam clavatus occurrit. *Holmsk. Ot. 1. t. 13.* ramosus *Bull.*, de quo conf. *Stirp. Fems. p. 57* *P. imbricato* longe minus recedit, quam *Clav. terminalis* Dec. ab *Lentino lepideo*, cujus forma c. 1. 1. p. 176. tamen est, observante summi viri! Ejusmodi status clavatos plurimorum Agaricorum dimis!

Trib. IV. APUS. S. M. 1. p. 358.

Obs. Inter Fungos Agaricinos Mesopodes centrum constituunt indeque hi in plura genera et tribus abeunt. Inter Polyporeos vero Apodes centrum (inter Hydneos et Auricularinos Resupinati, nisi in his tribus Clavati), quare vastissima haec tribus ultimum necesse subdividenda; non vero e *superficie*, *collocatu solitario et caespitoso*; nam sectiones inde ortae utpote maxime inconstantes examinantem tantum seducunt omnemque affinitatem naturalem tollunt Seriem et consociationem specierum in Syst. Myc. repetito examine in genere naturalem inveniunt. Intra vae vero detectae species novas affinitates indignant, quare plures novas sectiones recipere coacti fui, studens ut naturales et acute limitatas, determinationem certam facilitantes, redderem; parum videretur, si aliis nimiae viderentur. Distinctio propria inter Annuos et Perennes semper forsitan inaccessa manebit; accedit nova intermedia *Biennium* a natura, ni fallor, etiam stabilita. Haec sibi varietati annuae praesertim adscriptas, species vindicat. *Polypori hispidi* tribus a reliquis tantum recedit, fere *Fistulina* a *Boleto*, ut saltim subtribum constituta et a vita tantum autumnali nomen obtineat. Re quae *Annuae* saltim in sequens ver persistunt. H.

quattuor subtribus, *Autumnales*, *Annui*, *Biennies*, *Perennes*, quarum singula acutis limitibus circumscriptur.

Annui, utpote specierum numero ditissimi, ulterius subdividendi. Sectiones in Syst. Myc. propositas servo; exclusis speciebus, ad *Autumnales* et *Biennies* relatis; naturalissimae quoque videntur. Niantur non tantum substantia carnosa, suberosa etc.; sed suffulciuntur notis maxime essentialibus e tota vegetatione et structura desumptis. Sola substantia, qualis ab aliis recepta, fallax est; nam plurimae species primitus carnosae, adultae suberosae et lignosae evadunt, quare eadem species in diversa sectione haud raro simul recensetur. Vere *carnosae* tantum sunt species structura interna fibrosa; omnes *contextu foccoso* in juvenili aetate haud raro molles et spongiosae, *Suberosae* dicendae. Accedit porro, quod hactenus neglectum sit, *Biennium* et *Perennium* duplicem aut triplicem occurrere statum, fungi nempe *annotini*, *biennis*, *perennantis*, qui ut totidem species vulgo recensentur. Sic supra jam vidimus *Potium fasciculatum* Schrad. esse fungum biennem *Polyp. brumalis*, *B. Calceolum* Bull. esse statum biennem *Pol. varii* etc.; ita etiam certe affirmare audeo *Polyp. marginatum* tantum esse fungum annotinum *P. pinicolae*, quae vero forma annotina eo magis fallax, quo plures ejus characteres, quos vero physiologice sufficienter infra explicatos spero. Porro *Bol. rubiginosus* Schrad. forma annua *B. resinosi* Ejusd.; *Polyp. lutescens* P. biennis *P. nidulantis* potius quam *P. radiati*, plura exempla, ut jam reticeam. Sed et species annuae in sequens ver persistunt, sed ob hymenium corruptum cautum, vix fallunt. Talis status destructus vernalis *Pol. versicoloris* est *P. argyraceus*. P. — Reliqua de receptaculi degeneratiombus ad *Resupinatos* de pororum ad *Polystictas* notantur, memoratu dignissima. Ad species veras determinandas de generis statu typico praenotiones maxime necessariae. — Dolendum, sporidia, quae *Polyporum* dispositionem naturalissimam offerrent,

aegre observari, sed contextus color cum sporidiorum omnino convenire videtur indeque maximi aestimatur. Veniet forsán dies, quo *Polyporum*, *Hydnorum*, *Thelephorarum* dispositio primaria exind sumetur, nam omnis a receptaculi forma desunt tantum relativa (h. e. statum naturalissimum et frequentissimum respiciens); cum altera e sporidiorum et contextus indole absolute constans. Videmus non paucos *Polyporos*, (v. c. *P. mollem*, *versicolore*, *Hydnum ochraceum*, *Thelephoram laciniatam* *Mesopodes*!, *Pleuropodes*, *Apodes*, *Resupinatos*. Inter *Apodes* tantum ejusmodi exempla reperiuntur; sed omnes fere *Apodes* in *Resupinatos* abeunt, hinc, qui *Pileatos resupinatos* genere distinguunt, certe errant — Sed mittamus haec. En jam dispositiones *Apodum* sciographiam:

A. AUTUMNALES. Contextus maxime fibrosus
fibris divergentibus in poros subdiscretos porrectis.

B. *Anni*. Contextus parallelo-fibrosus, aut floccosus, albus. Pori simplices.

† *Carnosi*. Fibrosi, poris albis.

†† *Subcarnosi*. Subfibrosi, poris coloratis.

††† *Suberosi*. Floccosi, liegnoso-suberosi, azoni

†††† *Coriacei*. Floccosi, suberoso-coriacei, zonati

C. BIENNES. Contextus subfloccosus, coloratus.
Pori simplices.

D. PERENNES. Contextus floccosus, coloratus
Pori stratosi.

A. AUTUMNALES.

Char. ess. Contextus fibrosus, fibris divergentibus in poros subdiscretos porrectis.

Obs. Pileus valde crassus, carnoso-spongiosus, succulentus, structura maxime fibrosa; fibrae divergentes, superne angulo recto superficiem excedentes

eamque hirtam reddentes, inferne in poros abeuntes. Porus subdiscreti, in fibras aculeosve solubiles, subumbriati. Species inter se valde affines, autumnales, brevi putrescentes (haud persistentes), azonae, non raro in stipitem obsoletum (Fistulinae instar) porrectae. Vegetatio prorsus ad typum fistulinae; sed hymenium, quamquam eodem modo a pilei fibris porrectum et fere heterogeneum, verissimi Polypori. Porus non in tubulos, ut apud Cel. Persoon, sed facile in fibras aculeosae solvere mihi contigit. A Boletis, cum quibus alij, teste scilicet Persoonia, conjungere malunt, poris haud tubulosis, cum fibris pilei continuis eximie differunt.

1. *P. hispidus* S. M. f. p. 362.

Grev. Cr. Scot. t. 14. nitide.

2 a. *P. labyrinthicus*, albido-fuscus, pileo carnosissimo-spongioso pulvinateo hirto, margine patente, poris labyrinthico-laceratis.

Sistotrema spongiosum. Schwein! Car. n. 950.

Habitus praecedentis et structura prorsus eadem. Laxus, latitudine et longitudine sexunciali, subimbricatus, horizontalis, valde crassus, praecipue nisi vel e pluribus pileis imbricatis connatus. Substantia carnosissimo-spongiosa, compacta, recens liquorem stillans, suscescens, obsolete zonata. Pileus imie pulvinatus, ab Auctore strigosus dicitur, sed meo exemplari hirtovelutinus, prorsus sessilis. Hymenium in pileo tam crasso angustum, poris irregularibus, dissepimentis crassiusculis in dentes contortos labyrinthicos abeuntibus. Ex hymenio perinde est, utrum Polyporum, Daedaleam, an Hydnum sit, sed hoc neglecto vix a priori differt, nec ulli sunt affines in reliquis generibus citatis, quare hoc loco non potui non inserere. Accedit porro hymenium prius porosum, quale in nullo Hydno. *crescit truncis vivis l. nuper caesis in Carolina, ut. (v. s.)*

2. *P. spumeus*, albidus, pileo carnosio - spongio gibboso obtuso rugoso hirsuto, in margine incurva poris contiguis subrotundis. *S. M.* 1. p. 31 (imperfectior.)

Bol. ruberosus. *Wahl. Ups.* n. 1054. B. pulvinatum *Wahl. Succ.* n. 2001.

Postquam liberalitate *Cel. Wahlenbergii* B pulvinatum videre et cum *P. spumeo* nostro in natu conferre licuit, hunc statum juniorem spongiosum spumeum, illum adultum subsuberosum, utrumque vix nisi colore ab affini *P. hispido* distingui inter leximus. Forma eximie pulvinata (minus dilatata quam in *P. hispido*), basi porrecta in stipitis rumentum, supra quod pileus postice valde gibbus rotundatus, antice vero extenuatus in marginem incurvum. Fibrarum et superficiei indoles, optime *Cel. Wahlenberg* l. c. descripta, prorsus. *P. hispido* Pileus exsiccatus bene conservatur, mollis, albidus alutacei coloris, poris obscurioribus, minus lacerosus quam priorum. *Ad truncos vetustos arborum frondosarum vivarum. Aut.* (v. v.)

Obs. *P. chioneus* huic valde similis, et stipitatus et spumeus legitur, sed structura et potius omnino ad *Annulos* pertinet. Cfr. quoque *Fl. D.* t. 1794.

B. A N N U I.

Char. ess. Contextus paralleli-fibrosus : floccosus, albus. Pori similes!, simplices (h. haud stratosi.)

Obs. Substantia et forma varia, non vero Annulorum. Quae adsunt series fibrosorum et floccosorum notabiles, sed ceterum tam affines, ut seorsum rare non debuerim. Vegetatio eadem, in sequens ver saltem persistens, sed destructa.

† CARNOSI. (*S. M.* 1. p. 358-360. **)

Obs. Structura fibrosa, fibris parallelis. Pileus junior eximie carnosus (immo gelatinosus in *P. telepholeuco*), adulta quoque mollis et fragilis, raro ut in *P. boreali*, qui ceterum vix distingui potest, suberosa. Pori inultis sinuosi, sed ob dissepimenta tenuia a Dædaleis bene distincti. Sectio eximie naturalis, species numerosae et bene diversae, ob vitam breviorē, faciem rudem locumque in montibus ceteris magis neglectae.

1. a. *P. borealis* S. M. 1. p. 366. Wahl. Suec. n. 2000.

Species insignis. Ad Subsuberosos l. c. retuli ob substantiam tenacem sicciorē, sed postquam etiam prinitus carnosum videre licuit juxta affines potius locandum censeo. Duas habemus varietates insignes:

β. *montanus*, pileo carnosō, margine obtuso, poris flexuosis obtusis integris.

Vulgari multo crassior, succosior et magis vegetus, *P. spumoso* haud absimilis. Pileus hirtus. Pororum dissepimenta crassa et obtusa. Copiosissime in truncis abiegnis montis Omberg. 1824. (v. v.)

γ. *spathulatus*, pileo tenuiori villosō, margine acuto, in stipitem brevem lateralem villosūm porrecto. Weinm. Cat. l. c. p. 101.

Dædalea gibbosa. Wahl. Ups. — Bol. pithyus. Chaill. in litt.

Alterum hujus speciei extremum, pileo tenui, depresso, spathulato. Pori tenuissimi et valde laceri. In Helvetiae subalpinis, Ruthentiae silvis, Sueciae montanis, passim. (v. s.)

4. *P. destructor* l. c. p. 359.

Singularem habemus varietatem:

β. *mucronatus*, resupinatus, determinatus, pallescens, poris stipatissimis elongatis in subulas porrectis.

Crusta determinata, saepius orbicularis, matrici adpressa, sed facile secedens et subtus albida velutina. Pori confertissimi, totum fungum, membrana jugente excepta, constituentes, valde subtiles, aequales, 2-3 lin. longi, omnes ore indentes subsetaceo, mucrones porrecti, quare tota superficies setosa apparet. Si vero fungus transversim, dissecatur facillime patet, hymenium componi e poris valde regularibus stipatis, integris, ut absque dubio hujus generis, licet prius adpectu Hydnum exactissime referat. A centro versus marginem pori quoad longitudinem gradatim et determinate decrescunt, ut marginales tandem brevissimi sint et hi denticulo tantum instructi. Ambitus primitus passim bombycino-byssinus, demum etiam inflectitur. Forma constans, insignis, sed *rara, domestica ad asses Pini mucidos, hieme lecta.* (v. v.)

Obs. Polyp. dentiporus Pers. Myc. Eur. fossan idem!

6. *P. stipticus* L. c.

β . *acidulus*, albus, unicolor, pileis carnosobuterosis crassis mollibus glabris, subtus planis, poris exiguis subrotundis aequalibus.

Odor et sapor acidulus. Mollis, subspongiosus, levis, fibrosus. Pilei imbricati, concrecentes, $\frac{1}{2}$ -2 unc. crassi. Pori longi. A vulgari differt colore non rufescente, sapore haud stiptico; certe tamen varietas. *Copiosissime in externis taeniis Roslagrae ad truncos Pini.* (v. v.)

6. b. *P. fragilis*, albidus, pileo carnosofragili subdepresso strigoso-rugoso, subtus convexo poris tenuibus longissimis flexuosis intricatis.

Boletus mollis. β . A. S. p. 247!

Polyporo molli utique proximus; sed fragili nec mollis, ad tactum fusco-maculatus (nec rubens) et etiam forma distinctus. *P. mollem* insuper cum *P. boreali* et stiptico optime serie naturali jungi. Pilei postice porrecti, subinde stipitati, supra plani depressi, subtus vero ad basin gibbosi, crassiuscu-

Bol. abietinus, *Dec. Fr.* 6. p. 40. fide specimenia Chaill!
P. aureolus Pers. l. c. p. 60.

Ex uno alterove specimine sicco de amorphia
 ejus indole dubitat Cel. PERSOON, sed extra du-
 rium ponunt millia quotannis a me lecta individua
 eteromorpha. Color aureolus verum non constans
 est; occurrit etiam totus candidus et griseus.

†† SUBSUBEROSI. S. M. 1. p. 365-367.

Obs. A tribus antecedentibus sectionibus cer-
 tissime dignoscitur praesens *contextu floccoso, abs-
 que fibris!* Hac structura ad Suberosos proxime
 ccedunt, sed differunt *poris haud stratosis, contextu
 poridiisque albis*, quae in Suberosis colorata. Unice
 um Coriaceis confundi possunt, tamen facies om-
 nino propria, substantia rigida, pileus azonus e. s. p.

1.) *P. betulinus* S. M. p. 358.

B. sutorius. *Scop. ann. Bot.* IV. p. 149. (totus albus,
 hic aut saltem maxime affinis). *Bol. suberosus*. *Linn.
 Suec.* 2. n. 1253 ex *Wahl. Suec.* n. 1995. (edit. I. vide-
 tur utique Daed. gibbosa) — non *B. suberosus Wahl.
 Ups.* — *P. betulinus*. *Grev. Scot.* t. 229. *Sommerf.
 Lapp.* p. 275.

*Contextus floccosus absque fibris; adultus eximie
 suberosus, ut certe hujus sectionis, in qua omnes
 ere affines, v. c. P. officinalis, continentur.* — Ca-
 o primo mollis, alba, fracta rubescit, ut *Bol. pul-
 inum Pers. Myc. Eur.* II. p. 148. huc referendum
 esse minime dubitem. — Porro fungi vertice tantum
 correcti et spurie stipitati ad Apodes ubique et, ni
 allor, justissime a me referuntur. Plures vere *Su-
 erosi, v. c. P. roseus, eodem modo correcti va-
 iant. P. betulinus* locis horizontalibus non porre-
 tus, sed vertice adnatus, orbicularis, integer, qua-
 es etiam Suberosi plurimi, v. c. *P. marginatus,
 omentarius*, obviam veniunt. Testatur insuper
 haec vegetatio majorem analogiam cum suberosis,
 quam carnosis; hi enim locis similibus stipitem la-
 teralem saepe exserunt. *P. betulinus* lateralis num-
 quam mihi obvius; potius inter Resupinatos suos,

inter quos *P. peltatus* P. (monstrosa progenies) eodem modo adnatus, quam inter Pleuropodes collocasset Cel. *Persoon*.

4. b. *P. Afzelii*, pileo suberoso molliusculo glabro, azono albo, poris minutis rotundis subacutis integris.

Dimidiatus, basi productus, semiorbicularis, 2 unc. latus, firmus, sed non rigidus, totus albidus dein sordidus. Pori aequales. Contextus floccosus. A proximis glabritie et pileo minus tenaci dignoscitur. *Ad truncos in Sierra Leona*. Dedit Illustr. Thunberg. (v. s.)

5. *P. suaveolens* l. c. p. 366.

Etiam ad truncos *Quercus* legitur! — *P. salicinum* Bull., a *Persoonio* huc relatam, ut l. c. suspicatus sum, bene differre, monent *Autoptæ Grevill. Fl. Edin.* — et *Chev. Par. p. 254* — Equidem nondum vidi, quare recipere non potui. *Sowerbyanam* tamen iconem (t. 227.) ad *Polyp. fumosum* potissimum referam.

5. b. *P. odoratus*, irregularis; pileo glabro pallescente, poris rotundis integris albido-ochraceis. *Sommerf. Lapp. n. 1642*.

Fungus salignus, *Linder Fl. Wiksberg. p. 14*. *Boletus*. *Linn. Lapp. n. 522*.

Bene jam Cel. WAHLENBERG synonymon Linnaeanum ad australem *P. suaveolentem* haud pertinere monuit (cfr. *Fl. Suec. n. 2002*); probavit Rev. SOMMERFELT, e quo Auctore recipi fungum parum cognitum. In schedulis Cel. WORMSKJOLD descriptionem hujus fungi, e *Kamtschatka* vidi et idem fere absque dubio fuit, quem ante viginti annos *Wexioniae* obiter vidi. Odor etiam hujus fortis aniseus. *In Salice caprea in borealibus*.

6. *P. populinus* l. c.

Fl. Dan. t. 1791. Chev. par. p. 255.

Ut rationem redderem loci in Systemate post *P. suaveolentem*, affinitatem quandam cum illa specie adesse l. c. notavi, sed, cum inde seducti Auctores illius synonymon l. varietatem habuerint, addam necesse est, speciem tamen esse optime distinctam! Odor potius farinae recentis, quam anisi. Forma varia, etiam pileus linguaeformis obuius et superne sordidus.

- (7.) *P. neesii*, imbricatus, concreescens, tenacissimus, albus, pileo suberoso tenui azono, poris subrotundis exiguis albis. — *S. M.* p. 370.

Species distinctissima; vere affines habemus nullas, si a praecedente forsitan discessero; sed tam polymorpha est, ut in plures potius forsitan divelleres. Dignoscitur colore candido, pileo tenui, sed tenacissimo, haud flexili, pororum habitu, odore nullo. Ob habitum olim inter Coriaceos enumeravi, sed ob pileum azonum et texturam potius suberoso-lignosam hoc loco jam inserui, praecipue cum legerim formam perennantem, poris stratosi (res inter Leucosporos inaudita). Pilei hujus formae lignosi, plerumque numerosi, imbricati, sed omnino concreescentes, ut inferiorum margines scalae instar tantum in hymenio quasi communi promineant. Ob insignem duritiem musci et speciatim *Leskea sericea* supra pileos semper fere nascitur et fungo increcente includuntur. Unico tantum loco, sed forma normalis, quae ad ramos fagi haud rara est, utique annua. Pileus variat *eximie villosus* et glaber. Sequentes duo fungos minime in priorem transire vidi, sed certe affines, hinc ut varietates constantes subjungo:

- β. rugosus*, albidus, pileo pertenui rugoso subscrobiculato, poris inaequalibus denticulatis.

Singularis tenuitas et rigor pilei azoni, quibus notis a *P. Coriaceis* dignoscitur. Facies a priori diversa, sed characteres nulli adsunt acuti. *Locis humidis ad ligna prostrata. Alni semel.* (v. v.)

γ. ? *connatus*, albidus, ambienti—effusus, innatus, pileolis brevissime reflexis scalaribus villosis, poris tenuioribus. *Weinm.! L. c. p. 102.*

Medius inter priorem et *P. populinum*, ab utroque forsan diversus ob odorem peculiarem acidulum. Forma insuper valde propria, sed, num constans sit, plane convicti non sumus et ceterum notae acutae desunt. Cum matre omnino *connatus* et intracorticem in *xylostrema* abit. Pileoli reflexi, angustissimi. Valde memorabilis est! In cortice *Aceris Platanoidis Petropoli*. (v. s.)

(8.) *P. certinus*, pileo suberoso—coriaceo subresupinato conchiformi inaequabili adpresse velutino dilute cervino, poris majusculis sublaceratis ligneo—pallidis. — *Schwein.! Car. n. 902.*

Longitudinaliter effusus, subimbricatus, $1\frac{1}{2}$ unclatus, basi crassus, versus marginem attenuatus, subformicatus, sulcis concentricis concoloribus exaratus, obsolete strigoso—velutinus; nostrum specimen testaceo—fulvum, rugosum. Substantia tenuis, alba, subfloccosa. Pori pallidi, oblique prominuli, acuti, basi praecipue laceri, majores quam in proximis. Rarior ad cortices *Persicarum dejectos in America boreali*. (v. s.)

9. *P. villosus* S. M. I. p. 344.

Postquam specimina Swartziana videre licuit, hoc loco inserendum iaveni. Variat uti proximi, resupinatus, in quo statu sequenti valde similis, sed pori majores, angulati, subdentati. In *India occidentali*. (v. s.)

10. *P. serotus* S. M. I. p. 370.

Ob affinitatem cum prioribus etiam haec species ad *Suberosorum* referenda! In lignis pineis vulgatissimus est; status normalis vero raris et ab Auctoribus vix notatus; sequentes vero et hujus monstruositates considerandi sunt:

- b. *P. contiguus*. *Pers. Myc. Eur.* II. p. 74. exclus.
Bol. contiguo Syn. Fung. P. contiguus. β. A. S.
p. 255.
- c. *P. scalaris*. *Pers. l. c. p. 90.* (Specimina Helvetica
 et Suecica prorsus conveniunt.)
- d. *P. frustulatus*. *Pers. l. c. p. 91.* (Dedit Cel. Chail-
 let pro *Bol. interrupto* *Pers. Mscr.*, quem vero in *Myc.*
Eur. frustra quaesivi. Quadrante vero descriptione
 et loco ad hunc retuli. Etiam in Suecia lectus.)
- e. *effusus*, undulato-tuberculosus, albidus, hinc inde
 testaceo-tinctus, pori materia floccosa faret. *Bol.*
Cryptarum Quibusdam.
- f. *effusus*, *contiguus*, *laevigatus*.

Obs. 1. Ultimorum Subsuberosorum more per-
 nnat, sed neque pori stratosi adsunt, neque con-
 extus l. sporidia colorata sunt. Fungus primi anni
 otus albus, biennis testaceus. — Pororum diversa
 adoles e loco in cryptis pendet.

Obs. 2. Ex hac regione quoque *P. subpilea-*
us Weinm. l. c. p. 102, cujus optima specimina
 nisi indefessus et acutissimus inventor, sed descri-
 ptioni hoc loco supersedeo, donec in silvis nostris,
 ubi etiam adest, observatum cum *P. calloso* com-
 paraverim.

††† CORIACEL. S. M. 1. p. 367-371.

Obs. Contextus *floccosus*, absque fibris, albus;
 junior subinde spongiosus. Pileus zonatus, vix
 lignosus. — Sectio naturalissima, praecipue post-
 quam *P. Neesii* et *serialem*, reliquis haud affines, ad
 Subsuberosos transferre licuit. — Plurimae species
 ex omnibus fere orbis partibus reportatae sunt.

1. *P. hirsutus* l. c.

Bolet. nigromarginatus. *Schwein. Car. n. 912.* (Spe-
 cimina Europaeis prorsus similia!) *Pol. hirsutus.*
Pers. Myc. Eur. II. p. 73. excl. variet., *Wahl. Succ.*
n. 4203. Sommerf. Lapp. n. 1614. Wormsk. Kantsch.

β. *Brasiliensis*, poris difformibus, tenuioribus.

Superne *P. hirsuto* simillimus, ut distingui ne-
 queat; sed pori multo tenuiores; effigurati, sed re-
 gulares et integri, *In Brasilia. Lund. (v. s.)*

2. *P. velutinus* l. c.

Hic, junior spongiosus, a proximis distinctissimus est. De pristinis suis synonymis dubius ad priorem jam refert Cel. PERSON. — *P. lutescens* *Myc. Eur.*, omnino a *B. lutescente* Auctorum diversus, ad *P. radiatum* l. *nidulantem* spectat.

3. *P. zonatus* l. c.

P. leucoma, *P. angulatus*, *placenta*, *P. versicoloris* var. *Pers. Myc. Eur.* l. c.

Formae a nobis allatae, omnes etiam visae, numquam separandae — e synonymis neutiquam pendent. Nec de synonymis adhuc dubito. Var. α , quam e descriptione ad *P. adustum* Cel. PERSON. referre mavult, poris albis utique differt. *Pol. ochracei* differentiam a sequente, cui haec forma proxime accedit, etiam probat Rev. SOMMERFELT (Suppl. Fl. Lapp. n. 1645). Ab hoc probe distinguendus *P. versicolor* lutescens l. *alutaceus*.

4. *P. versicolor* l. c.

*P. versicolor. Desmaz. exs. n. 71. Pers. Myc. Eur. II. p. 71. exol. var. E. eto. P. argyraeus. Pers. l. c. p. 73. e specimine inventoris amic. CHAILLET evidentissime est hujus forma post hiemem vere persistens hymenio destructo. Mirandum sane, individua tam evidenter senio confecta specie distingui! Etiam sub *Sistotrem. argentei* nomine accepti.*

Non tantum var. β ., sed et a, plurimorum more, occurrit hymenio poroso-lacero. (*Sistotrema. P.*) Cel. SCHLEICHER insuper misit specimina in centro prorsus subulata, sed in ambitu porosa.

5. *P. Stereoides* l. c.

Species distinctissima, male priori subjuncta. Facies peculiaris, fere *Thelephorae sanguinolentae*. Substantia e coriaceo-lignosa. Pilei senescentes fuscii, glabrati. Pori majusculi, obtusi, difformes, valde curti. Etiam *Petropli* legit Cel. Weinmann.

b. *P. Lundii*, coriaceo-membranaceus, flaccidus, ligneo-pallens, pileis villosis - scrobiculatis unicoloribus, poris subrotundis obtusis integerimis.

Statura fere *P. versicoloris*, sed tenuior, flexi-, unicolor, ligneo-pallens, superne in griseum rgens. Villus paginae superioris subadpressus, perficiem ceterum e zonis concoloribus inaequaliter scrobiculatam reddens, demum postice glabrens. Margo acutus, tenuis. Substantia poris concolor, tenax, sed non rigida. Subtus concavus est, necipue ubi plures pilei imbricati, poris mediis brotundis, semper obtusis et integris, non albis.

Brasilia ad truncos. Lund. (v. s. a Cel. Horneann communic.)

c. *P. pinsitus*, coriaceo-membranaceus, tenax, pileis hirtis concentricis sulcatis unicoloribus cinereis, poris curtis majusculis angulatis acutis inaequalibus albis.

b. effusus, immarginatus.

Species praeclare distincta, *P. stereoidi* et *abie-*
10 *affinis*. Hujus more variat reflexus et totus repinatus; confluyendo late effusus. Substantia tenuissima, tenacissima, alba. Pilei reflexi, longitudinaliter confluentes, 1-2 unc. transversim lati, argine undulato plicati, hirti, cinerei, zonis conrtis unicoloribus concentricis sulcati. Pororum faes omnino propria; majores sunt quam reliquorum *oriaceorum*, acuti, non quidem lacerati, sed angu-
1 inaequaliter prominulis hiantes. *Cum priori.*
und. (v. s.)

P. castaneus l. c.

P. varius castaneus. Pers. Myc. Eur. II. — Bol. veronensis, Spreng. Syst. Veg. IV. p. 477.

Sine specimenne ad *P. varium* referre non ausus
m; pororum colore utique differt.

8. *pallescens* l. c.

Bol. albidus. *Wahl!* *Lapp.* n. 1062. B. *pallescent.*
Wahl! *Succ.* n. 2005. P. *radiatus* var. *pallescent.*
Pers. Myc. Eur. II, p. 70. (sed nimis distant.)

Ad *P. velutinum* accedit substantia subspongiosa, sed eadem et pileo glabrato sequentibus proximis.

8. b. *P. conchifer*, minor, tenuis, spongioso-coriaceus, albus, pileo conchiformi glaberrimo splendente, poris mediis dentatis. — *Schwein!* *Cart.* n. 918.

Species valde singularis, saepe concreta, forma et magnitudine eximie varians. Primo *Pezizam*, brevi et crasso stipite instructam, e disco centro *Cladoniarum* *pyxidatarum* more proliferam refert, excavatus, passim fusco-zonatus; specimina vero explicata pileum habent tenue, lateraliter extensum, reniformem, uncialem, utrinque planum, ferne sessilem, sulcis nonnullis concentricis exaratum. Margo integer, acutus. Pori tenui dissepimento interstincti, acuti, angulati, dentati, sed vix laceri. *Ad ramos dejectos Carolinae.* (v. s.)

8. c. *P. virgineus*, tenuis, candidus, pileis orbiculatis glabris undulato-lobatis, zonis tuberculosis, poris majusculis. — *Schwein!* *Car.* n. 919: t. 2. f. 4-6.

Pilei in orbem plerumque dispositi, passim substipitati, 2 unc. lati, tenues, ceterum habitu *P. versicoloris*. Contextus pro more floccosus. Pori rotundi, dissepimentis tenuibus. *Ad truncos Americae borealis.* (v. s.)

9. *P. membranaceus* S. M. 1. p. 370.

A priori et omnibus distinctissimus pileo prorsus *membranaceo*, qualis in nullo europeo, longitudinaliter plicato, ut cum *P. papyraceo* sectionem peculiarem sistere possit, si plures ejusdem structurae species innotescant. Pori curti, tenues, acuti, subintegri, demum vero laceri. (v. s. Specimina *Swartziana*.)

- 10.) *P. papyraceus*, resupinatus, tenuiter papyraceus, margine angusto undique libero reflexo involuto fusco-pallescente, poris curtis subdentatis albis.

Sistotrema portoricense. Spreng. ! in litt.

Vix alii affinis, sed hymenii conformatio ut in proximis sequentibus, et textura tenuissima prioris. Forma subrotunda, fere Theleph. quercinae P., sed marginem adeo tenuem et papyraceum, siccum, nidum, demum fissum in nullo alio Pileato reflexo vidimus. Totus fungus circiter uncialis. Pori mediae magnitudinis, brevissimi. *Ad cortices Portorici*. Bertero. (v. s.)

- 11.) *P. Symphyton*, albido-pallescens, pileo tenui plano adpresse strigoso azono, poris majusculis difformibus dentatis, demum laceris.

Sistotrema Symphyton. Schwein. ! Car. n. 951.

Subimbricatus, basi effusus, ramos dejectos ambiens, 2 unc. longus, unciam circiter latus, „carilagineo-spongiosus.“ Pori omnino hujus generis, ed ob dissepimenta tenuia inaequaliter prominula in dentes laceros flexuosos abeunt. *In Carolina* neme. (v. s.)

2. *P. abietinus* l. c. p. 370.

Hydnum obliquum et fimbriatum. Dec. Fr. Suppl. p. 37. ex Chaill. in litt. et Speciminibus missis *P. abietina*. Pers. Myc. Eur. II. p. 77. *P. dolosus* ib. Sistotrema violaceum. Swartz et Auct. — Pers. Myc. Eur. II. p. 203. ex parte (*Boletus incarnatus* Schum. ! *Hyda. parasiticum* Linn. etc.) exclus. β .

Pet viginti annos quotidie fere hunc fungum sub numeris formis videre licuit, ut de illius limitatione me vix falli crederem. Formas hujus Racomycetaceas, Xylostromeas etc. steriles etiam ab eisdem hujusmodi fungorum sine difficultate distinguo. Hinc et *P. dolosi* unione minime dubitare possum; pori etiam in hoc primo anno subviolacei, secundo exallentes, nec versa vice ut habent Auctores. Forma magis effusa, late confluens e loco utique pen-

det. (*Sistotr. Hollii* Schmidt vivum l. completum non vidimus, quare nil certi affirmare possum. *Sistotrema violaceum* Auct. plurimorum etiam hujus loci esse omnino certum est. Exstat vero alia huic nimis affinis stirps (*Sistotr. fusco-violaceum* Ehrenb.!, *Dedalea decipiens* Sommerf.), quae numquam in Suecia australi mihi obvia et a me certe cum *P. abietino* non conjuncta. Cfr. *Irpicem fusco-violaceum*. Quod denique ad *P. violaceum, purpureum, intubatum, rhodellum, nigropurpureum* Schwein. et *Bolet. purpurascens* Dec. ab. ill. Sprengelio fide colorum huc relatos attinet, copiosis et perfectis specimenibus quemcumque autoptam facile convincam, species citatas nec cum *P. abietino* neque inter se affines esse. Quae non species autonomae sunt, secundum nostra authentica specimenina ad diffines species spectant, nempe *Bolet. nigropurpureum* ad *P. isabellinum*, *B. purpurascens* Dec. ad *Merul. corium*! — Polyporus abietinus, licet maxime communis, in lignis et corticibus pineis (numquam arborum frondosarum) tantum lectus est.

C. B I E N N E S.

Char. Contextus floccosus, coloratus. Pori non stratosi.

Obs. Ultra annum persistent, fere perennantes, sed nunquam vegetatione interrupta redivivi; Substantia suberosa, nunc mollis, nunc sublignosa, contextu floccoso, colorato nec albo. Pori simplici strato, colorati, subintegri! (Sporidia colorata?) — Species plus minus molles, immo primitus subcarnosae, ita conjunctae ut distinguere non liceat. Plurimae occurrunt duplici, annua et bienni, forma, cui facile addas tertiam exoletam, prae ceteris aegrae discernendam. Hanc morphosin negligentem eandem speciem sub duobus tribusve nominibus necesse describant. — Locis horizontalibus Resupinat

cryptis magis spongiosi, immo byssini, sed flocci subcolorati.

1. *P. sanguineus* l. c. p. 371.

In tropicis sane vulgatissimus, cum in collectionibus fungorum tropicorum fere numquam desideretur. Vidi e. Guinea et capite B. sp. Africae, India orientali et occidentali, America boreali et australi. — Plura vidimus specimina stipite laterali distincto, basi dilatata adnato (omnino ut in *Polyp. xanthopode*, aequè late vegetante).

β. amphiporus, tenuior, latior, flaccidus, utrinque poros conspicuos proferens.

Forma maxime singularis, sed cryptarum procul dubio progenies! Color et substantia omnino vulgaris fungi; sed imbricatus, sublobatus, undique poris majoribus tectus. *Ex India occidentali. Benzonia.* (v. s. ab optimo Hornemann datum).

2. *P. cinnabarrinus* l. c.

Pileus passim expallens. (*Polyp. rutilans radiatus nidulans* etc. huic subjungì possent.)

3. *P. carneus*, suberosus, pileis effusis imbricatis rugosis glabris carneis, poris minutis concoloribus. *Nees in Act. Bonn. XIII. p. 14. t. 3.*

Pilei longitudinaliter effusi, imbricati, rarius solitarii, tres l. quattuor uncias longi, 1-1½ unc. lati, 2-3 lin. crassi, tuberculato-rugosi, obsolete zonati, glabri extus intusque carnei. Pori minuti, tamen nudo oculo conspiciendi, subrotundi, dissepimentis subnatis. Color incarnatus, siccitate expallescit, humiditate contra in rubedinem transit. Substantia suberosa, dura, sicca. Contextus floccosus, *Nees. Ad truncos, in Java.* (v. ic.)

4. *P. fraxineus* S. M. 1. p. 374.

Hujus sectionis videtur.

5. *P. Aesculi*, suberosus, pileis subimbricatis fornicatis glabriusculis pallidis, poris minutis sulphureis. *Schwein.! Car. n. 887.*

„Caespites duas tresve uncias longi. Parius imbricatus, fere simplex. Pileus suberosus, subtenuis, basi crassior, glaber, tactu subtomentosus margine sterili. Pori demum nigrescunt.“ In specie cimine ab amiciss. Auctore dato pileus rubiginosus fere sequentis, pori pallescentes. Hinc mihi parva cognita species; hic vero locus satis aptus videtur. *In arboribus, imprimis Aesculo flava, Carolinae.* (v. s.)

6. *P. resinusus.* S. M. p. 361.

P. guttatus. Weinm.! in *Flora, Sylloge* 1825. p. 101.
P. resinusus. Pers. *Myc. Eur.* II. p. 58.

Fungus primi anni carnosus-suberosus, (*B. rubiginosus* Schrad.), secundi omnino lignoso-suberosus et fomiti inserviens. (*B. resinusus* Schrad.) Hinc merito inter Biennes recepi, nam formae iuniores molliores, succulentae e nulla sectione alienae sunt v. c. *P. betulinus* inter Subsuberosos, *P. velutinus* inter Coriaceos, *P. dryinus* inter Perennes. Substantia ceterum omnino hujus sectionis, pallide fulva, contextu quidem primo radiante, sed haud distincte fibrosa; adulte fasciculato-floccosa. *Specimina Suecica, Ruthenica, Helvetica et Americana prorsus conveniunt.* (v. v.)

7. *P. benzoinus*, pileo suberoso striguloso subresinoso, fusco-umbrino, margine coeruleo, poris exiguis ferrugineo-umbrinis. — *Wahl!* *Succ. n.* 1076.

Pars superior *P. resinosi* simillima, ut nullum omnino inveniam discrimen, pileus modo, ut in formis perennantibus solet, magis explanatus. Substantia et contextus magis forsitan arescunt, sed ceterum non differunt. Pori majores, exigui tamen, minus conferti, ob pruinam, junioribus solemnem, deficientem ferrugineo-umbrini, intus glauci. Accedit odor gratus Vanillae l. adhuc magis Bonzoës, unde nomen desumptum, simul resinosa naturam et odoris indolem iudicans. Fungum mihi haud

bvium secundum accuratissimum Auctorem non
 uti non recipere; sed suspicionem nostram mere
 idem hypotheticam, urgentissimam tamen, *prioris*
esse statum perennantem (unde pileus magis
 latatus, pori ob pruina evanescentem evidenti-
 s, aliter colorati) nemo, perlectis observationibus
P. marginato, *odorato* etc., vitio nobis vertat.
d caudices abietinos in intimis silvarum penetrali-
Upsaliae. (v. s. a Cel. Wahlenberg missum.)

P. odoratus S. M. 1. p. 373.

Eximie persistens, tamen tota indoles et pori
 n stratosi ad hanc novam sectionem revocant et
 variis, huc relatis, haud admodum distat. Junior
 oque mollis est, sed non succulentus. Prae cete-
 in cryptis mire mutatur; subinde etiam abit in
 nentum *ozonio fulvo*, quale tradidit. *Desmazières*
cc. n. 69: prorsus simile. Etiam sub dio subinde
 tit tuberculos compacte tomentosos aurantio-fer-
 ginosos. Sed de his plura in *Physiologia fungo-*
 n; notem vero hoc loco triplicem statum norma-
 n, nempe 1) *Fungi annotini*, qui villosus, minor,
 llior, luteo-ferruginosus, unicolor, poris pallidis
 inatis minoribus; 2) *Fungi biennis*, qui dilatatus,
 goso-tomentosus, umbrino-nigrescens, margine
 iginoso l. cinnamomeo, poris majoribus pallide
 namomeis. Hunc omnes Auctores descripserunt.
Fungus perennans l. exoletus facillime propria ha-
 ur species, totus ferrugineo-spadiceus est, etiam
 otus, pileus substrigosus! Eximie cum *P. ben-*
 no analogus, sed hic fere inodorus.

P. nidulans l. c.

a. annotinus. *P. nidulans*, *Pers. Myc. Eur. II. p. 59.*

b. biennis. *P. lutescens*, *Pers. l. c. p. 71.*? (nisi *P. ra-*
diatus.)

Pervenimus nunc ad specierum triadem (*P.*
ulantem, *radiatum* et *cuticularem*) certissime
 dem distinctam, sed synonymia difficillimam,
 1 Auctores, proteam singulae speciei indolem
 d observantes, notas individuales magis quam

essentiales tradunt. — Praesens, icone Schaefferi citata optime illustratus, *P. odorato* revera proximus est. A sequentibus optime dignoscitur *odore grato* (raro obsoleto) pileo molli, fragili, haud radiato rugoso, margine tenui, patente, contextus indolis poris opacis etc. Color plerumque lutescens, l. alutaceus, sed saepe rubens etc. — Ceterum varie mutatur; locis suffocatis legimus v. c. formam totam effusam, tomentosam, ferrugineo-fulvam etc. — *P. lutescens* P. quoad synonymon allegatum, videtur hujus loci, sed descriptio haud omnino quadrat. Sed difficile crederem speciem mihi haud obviam ex hac regione in his terris occurrere.

10. *P. rutilans* l. c. p. 362.

Ad ea, quae l. c. adtuli, vix aliquid addere licet; differentiam specificam probare nondum licuit. Habitus fere *P. cinnabarrini*, sed poris ferrugineis bene diversus.

11. *P. radiatus* l. c. p. 369.

Quamquam olim ob substantiam jam primitus suberoso-coriaceam ad Coriaceos relatus, oppido ex hac regione! Perperam omnino Cel. PERSEON ad *P. versicolorem* refert. Melius sane in *Syn. Fung.* p. 528. ad *B. alneum* citavit. Medius est inter *P. nidulantem* et *P. cuticularem*, sed bene differt *odore nullo, pileis valde imbricatis, semper suberosis, a basi obscuriori versus marginem patentem repandum radiato-rugosis, zonatis, poris nitidis vibrantibus. Fungus annotinus subtomentosis l. velutinus, fulvus, poris minutis pallidis argenteo-micantibus; biennis ferrugineus, l. fusco-lutescens glabratus, poris ferrugineis; exoletus fuscescens, poris sordidis.*

12. *P. cuticularis* l. c. p. 363.

Optima species, a Bulliardo optime descripta! Pileus non radiato-rugosus, junior utique fulvo-fuscescens, demum hirtus, fusco-nigricans, cuticula quasi tectus, unde margo demum incurvatus. *Ad Populum tremulam* etc.

Obs. De synonymis, quae plurimis Cel. Per-
 sonio subministrarunt species, pauca annotem.
 Noster *P. cuticularis* omnino *Bulliardi* est, adeoque
P. cuticularis Pers. Myc. l. c. — *P. triquetus* et *P.*
alveus necesse aut ad hunc aut ad *P. radiatum* per-
 tineant. Prius suadet locus inter species *subcar-
 nosas*, immo descriptio, et *P. cuticularis* synonymon;
 posterius *Bol. radiati* Sowerb. — Utraque species
 in Alno legitur, sed *P. cuticularis* tantum in Quer-
 cu. Sed res videtur minoris momenti, speciebus,
 ut spero, rite limitatis. *P. strigosus* Pers. non ex
 hac grege, sed ad *P. ligniarium* refero. — *P. impu-
 ber* Pers. ex Sow. plurima cum nostro communia
 habet, sed formas cryptophilas *P. nidulantis* etiam
 satis refert. Sine speciminibus authenticis vix quid
 absoluti statuendum; sed plures novas species in-
 ter has latere, vix ac ne vix quidem crederam. —
 Ex hac regione porro *P. Rheades* Pers., nidulanti
 proximus.

13. *P. torridus*, ligneo-pallens, pileo coriaceo ve-
 lutino versus marginem concentricè sulcato, por-
 ris subrotundis obtusis integris.

Extus unicolor, ligneo-pallens, sed intus sub-
 fulvus, quo colore prioribus utique consociandus.
 Pileus planus, dilatatus, 3-4 unc. longus et latus,
 semicircularis, versus marginem, obtusum, tamen,
 tenuior. Pori medii, parum angulati, carne pilei
 longiores. In truncis *Africae*. Dedit Ill. Thun-
 berg. (v. s.)

14. *P. helvolus*, pileo coriaceo undulato tuberculoso
 velutino azono helvolo, margine acutissimo,
 poris dentatis subfuscescentibus.

Pileus sessilis, dilatatus, 4-uncialis, planus, sub-
 orbicularis, superficie tuberculosa velutina, tactu
 mollis. Color isabellino-helvolus, intus fere palli-
 dior. Margo substerilis, acutissimus. Pori medii,
 acuti, demum laceri. Habitus et substantia flexilis
 fere *P. hirsuti*, tamen eximie diversus est. Cum
riori. (v. s.)

15. *P. gilvus*, gilvo-ferrugineus, pileo tenui mollissimo, sculo glabro azono, margine acutissimo, poris exiguis planis. — *Schwein.! Car. n. 897.*

P. Liquidambaris. Schwein.! in litt.

Habitus fere *P. Ribis*, sed minor. Specimina a me visa longitudinaliter sunt effusa, basi resupinata, 2-3 unc. longa, utrinque plana, haud imbricata, omnino glabra, sed tactu mollia, quasi velutina. Pori curti, nudi, opaci, in margine nulli. *Passim ad juniora Acera et Liquidambares in Carolina. (v. s.)*

D. PERENNES. S. M. 1: p. 372.

Obs. 1. Interrupte vigent, quotannis novae strata distincta imponentes, saltem in regionibus frigidioribus. Contextus floccosus et (ut Sporidia) coloratus, in *P. marginato* pallidus.

Obs. 2. Plurimae species, saltem primariae; in diversissimis arboribus vagantur, ut loca natalia in specierum determinatione haud nimis fidendum. Sed ex diversa nutrimenti copia in diversis arboribus minus explicantur, ut tot fere formae quot arbores. Sed cuique speciei certa matrix, in qua optime viget v. c. *P. fomentarius* in Fago, *P. marginatus* in Abiete etc. Inferioris ordinis, sed magis fallentes, sunt mutationes a situ et loco crypto; ex illo forma, ex hoc substantia plane immutantur. Omnes species locis horizontalibus resupinatas vidimus et plures species *Poriae* in Pers. Myc. Eur. hujus esse loci, certum habemus. Plurimas e cryptis spongiosas accepimus formas, haec omnino spectantes. Plures hujus categoriae species distinctas novimus; sed sine speciminibus normalibus difficulter determinantur.

Obs. 3. Singula insuper species triplici statu legitur, quos facile totidem dicas species. 1) *Fungus anhuus* mollior, saepe succosus, unicolor, poris haud stratis, longioribus perexiguis. 2) *Fungus blehnis* sive fuligis in sequentem annum persistens, non reviviscens, pileo lignoso, obscuriori, unico-

pori, poris longioribus e pruina ascisque evanidis marginibus, haud stratosis. 3) *Fungus perennis* s. reditivus, fungo bienni similis, sed auctus margine discolori novisque pororum stratis fungo annuo similibus; sed pori redivivi breviores sunt, quam primi anni. Exempla videas infra v. c. sub *P. marginato*.

P. roseus S. M. 1. p. 372.

Ceteris rarius reviviscit, sed certe hujus sectionis! Formam elegantem minorem campanulatam terlice porrecto stipitatum (ut *P. betulinus*) Peopoli lectam misit WEINMANN. A SCHLEIHERO accepi fungos, quos optime suadente icone descriptione pro *Polyp. stalachte* Pers. Myc. Eur. l. p. 92. l. *Poria* Hoffm. Veg. crypt. p. 11. t. 7. non usum non habere. Sistit pileolos spongioso-tomentosos, in nodulos subrotundos conglobatos et varie figuratos. Pori nulli aut hinc inde conglomerati. Certissime *Pol. rosei* monstrosa progenies in cryptis! Per decennium omnes ejusmodi species cryptarum, dinarum, cellarum delendas monui, sed quotannis non tantum redeunt, verum etiam apud Mycologos centiores augentur!

P. marginatus L. c.

Optimum exemplum praebet diversorum *Polyp. perennis* statuum. *P. marginatus* L. c. descriptus est *fungus annotinus* pileo toto rufofulvo lacrimante, albivato, poris elongatis minimis haud stratosis. — ubi hic fungus locis apricis et calidis nascitur, septentibus annis non reviviscit; tamen persistit omnibus partibus decoloratus. *Biennis* hujus fungi pileususco-nigricans, pori duplo majores ligneo-pallidi, non stratosi! Priori vix affinem primo obtutu maderes. Locis vero umbrosis et frigidioribus, praesue in pinetorum penetralibus udibus, pileus eadem se decoloratur; sed margo quotannis novis accretionibus, *Polyp. marginato* colore et substantia similis, ornatur, unde forma magis magisque dilatata, sed nova pororum strata sensim angustiora ultra latiora) evadunt. Haec forma perennans est.

B. ignarius Pers. sive *P. pinicola* Sw. Certus est, omne *P. pinicolae* individuum, primo anno fere *P. marginatum*! — Hinc quoque explicatur, quod *P. pinicola* pro specie boreali, *P. marginatus* australiori haberi soleat. In regionibus borealibus enim multi fungi reviviscunt et lignosi fiunt, in australioribus omnino annui v. c. *Hydnum f. rugineum*, *sphaeria concentrica* etc. Non neglegendum videatur, eandem speciem inter plantas perfectiores in terris calidis, inter fungos vero zona frigida reviviscere, ne dicam arborescere. (Individa cellaria hujus speciei *P. medullam* potius referunt, hemisphaerica extus albidia, in lutescentia. *B. pulvinatus* Humb.?)

(4.) *P. levissimus*, pileo convexo-plano laevi, margine azono e testaceo ligneo-pallescente, peribrotundis obtusis cinnamomeo-pallidis.

Durus quidem sed pondere insigniter levis. Pileus 2-3 unc. latus et ultra, transversalis, triquetro-applanatus, margine subacuto obscuriore, in medio floccosus pallidus. Priori subaffinis, sed hic nigrescere, sed expallere videtur. Pori obscuri, dilute cinnamomei, medii, breves. Accepimus *Boleti lactei* Linn. Fl. Zeyl., sed in officio citato non reperi. In *Zeylonia*? (v. s. ab Ill. Wahlenberg communic.)

5. *P. annosus*, durissimus, pileo triquetro glabro inaequabili fusco-nigricante, margine pallidus poris minutis umbrino-purpureus. *S. M.* p. 373.

P. serpentarius. *Pers. Myc. Eur.* II, p. 82.

Omnium forsitan una cum *P. australi*, maxime longaevis, durissimus, fere lapideus, etiam per senectutem gravitate. Describitur l. c. ad specimen *biennae* collecta, quare novam fungi *annosi* descriptionem dedit: Pileus affinium more pulvinatus, utriusque valde convexus, minime vero unguis, sed tricostatus et longitudinaliter extensus, margine obtuso.

lem, sed haud rotundato; superficie glaberrima, basi laccata, tamen opaca, tuberculoso-scribicula, absque zonis distinctis; totus 4-6 unc. longus, 2-3 unc. latus, sed adhuc fere crassior ad basin. Interna substantia tota durissima, obscurè nigra l. cochalatae coloris in fungo vegeto. Pori *fomentarii* paulo majores, aequales, obtusi, purpurascenti-hepatici l. umbrini, sed versus lucem brati micore argenteo-carneo rutilantes. Ab omnibus speciebus saltim Europaeis *sporidiis purpureo-escis* recedit. *Nascitur ad ligna durissima.* (v. v.)

b. *P. leprosus*, pileo subungulato inaequabili azono leproso - tomentoso rubiginoso - umbrino, intus ferrugineo, poris tenuissimis atris.

Distinctissimus; vere affinem vix habemus de-riptom. Valde singularis est superficie leproso-mentosa, qualis in *Theleph. leprosa* infra, ceterum maxime inaequabili et foveolata, nec non colore lei rubiginoso - umbrino pororumque aterrimo. Pileus reniformis, leniter pulvinatus, diametrum aliot unciam, margine obtuso. Substantia mollis, *fragilis*, ferruginea. Pori distincte stratosi, interiores sensim in pilei substantiam abeuntes, intus ferruginei, ore atro. *Ad truncos Brasiliae.* Lund. s. a. Cel. Hornemann communic.)

c. *P. Hydnoides*, badius, pileo suberoso applanato, pilis rigidis flexuosis fuscis, poris minutissimis aequalibus.

Bol. Hydnoides. Swartz! *Ind. occ.* III. p. 1924. Bol. Hydnatinus. Bosc.! *Car.* t. 4. f. 3. Pol. crinitus. Spreng.! *Vet. Ac. Handl.* 1820. p. 51.

In Syst. Myc. omisi species mihi dubias, jam nungo, non ex temeraria conjectura, sed sedulo latis speciminibus Auctorum originalibus. Pileus sessilis, semicircularis, suberosus, rigidus, tenuis, rinqe planus, 3 unc. circiter longus, margine brepandus, undique setis confertissimis erectis raris flexuosis rigidis strigosus. Pori minimi, ob-*vi*, rotundi, aequales, nudi, obscure ferruginei.

Substantia ferruginea. In regionibus calidior
novi orbis. (v. s.)

6. *P. fasciatus*. S. M. 1. p. 373.

Suberosus, durus, tenuis, priori revera aſſi
quamquam pileus fere glaber, fascis nigroſi
Pori exigui, rotundi, aequales, obtuſi, ligneo-al
India occidentalis. (v. s., etiam ſpecimina Swa

(7. a.) *P. australis*, duriffimus, pileo conv
plano undulato-tuberculoso glaberrimo n
cante-spadiceo, margine lato ſterili forni
poris minimis pallidis, intus umbrinis.

Facies *P. fomentarii* l. *nigricantis*, ſed v
notis recedit. Pilei duriffimi; forma longe al
et ſuperficies tuberculosa; ſemper accretiones gla
rimae ſunt. Praecipue ſingularis eſt margine
tus late ſterili et laccato, orto e ſtratis junior
ſenſim magis magisque anguſtatis, unde quo a
tior fungus, eo latior margo ſterilis, eo angu
hymenium. Ex hoc capite omnibus Europaei
poſitus eſt. Intus fuſco-ferrugineus, e tubulis ei
tuis maxima parte compoſitus; tantum in ore
minuti, regulares, obtuſi, pallescentes. *Ad tru
arborum in insulis Oceani pacifici*. (v. s. a N
Wormskjold datum.)

7. b. *P. dryadeus* l. c. p. 374.

Fungus l. c. deſcriptus eſt forma *annotina*.
ennis cinerascit, margine glaberrimo cinnamoi
Potest a ſequenti diſtingui colore, epidermide
da, fragilli. *Etiam ad truncos Populi*. (v. v.)

b. cellaris, effuſus, reſupinatus, ſuberoſo-ſp
giouſus, canescens, intus ſubgilvus, poris longiſſi
ore ſubaequali integro.

Bol. cellaris. *Chaill. ! in litt.*

Cum huius nulla forma in cryptis degene
deſcripta ſit, hanc formam uberius tractem.
priorem accedit, ut *P. dolosus* ad *P. alietin*
Junior ſiſtit cruſtaſ orbiculares, tenues, mox

influentes in stratum latissime effusum, 2 lin. et ultra crassum, in quo pori ob situm decumbentes hic inde prominuli, unde hymenium undulatum, in multis pileatis effusis. *In asseribus Quercus cellis.* (v. s. a Cel. Chaillet miss.)

P. fomentarius l. c.

Optimus in *fago*; sed etiam in *Betula* multis aliis arboribus legitur. Hinc plures varietates, eas vero in praesenti brevitatis causa omittere conerimus. Multi has cum *P. igniario* jungunt, sed vix bene. Fungus l. strata annotina tantum molliant; excoleta valde dura. Pileus excoletus quoque geret et a *P. nigricante* probe distinguendus. — Conspicuitates cryptarum valde variae; quis v. c. cederet, formam c.) *Batt. t. 37. F.* (Nees absensb. in Act. Bonn. X. cum ic.) ex eadem specie tam, e qua *P. expansus*. Desmaz. Exs. n. 16? *cat. nis. p. 19.* — Eandem tamen speciem sistunt! illo pileus in stipitem fere sporum abit; in hoc leus fere nullus et tantum pororum strata longissima!

P. nigricans l. c. p. 375,

„Forma omnino prioris“ *Sommerf. Lapp. n. 348.* et potius sane illius, ut apud *Bulliard* (i. 401. *ungulatus*), quam sequentis varietas, ut apud *Ersson Myc. 2. p. 82. P. fomentarius* et *igniarius* forma unguolata mox ab affinibus dignoscuntur in situ normali, sed utrius adsunt varietates resupinatae. Accipue *P. nigricans* resupinatus, communis est: et cile pro *P. obliquo* sumitur. *Boletus cryptarum* *hum. Saell. 2. p. 389.* cum hujus forma quadam *ryptophila* prorsus convenit.

P. igniarius l. c.

Wahl. Succ. n. 2012. a Sommerf. Lapp. p. 277. bene!

P. loricatus. Pers. l. c. p. 86. ex spec. Chaillet.

b. *P. strigosus. Pers. l. c. p. 57.* (*P. pomaceus* l. c. p. 84. sed et *P. fomentarium* l. c. vidimus.)

c. *P. torulosus Pers. l. c. p. 79.*

d. effusus, subspongiosus, ferruginascens. In cryptis.

Specimina, quae ut normalia servo, a *P. fomentario* et *nigricante* luculenter differunt, sed formae exoletae et resupinatae non sine difficultate dignoscuntur. Plures Auctores status exoletos induratos *P. fomentarii* et *nigricantis* pro hoc fungi habent, saltim *P. ignarius* Pers. Myc. Eur. II. p. 8 ad eosdem spectat. Forma vero irregulari, multo unguata, pileo primitus fulvo-hirto (B. fulvus Scop. Willd.; etc.), pororum majorum habitu dignoscitur. Valde ceterum diversam faciem prae se ferunt formae *annotinae*, *biennes* et *perennes*; maxime reddunt cryptophilae et cellares. Quin d. variis nominibus ut species distincta proposita sit, non dubitamus, sed sine specimenibus haud citavimus. Huic simillimus est *P. cellaris* Desmaz. exs. n. 72

11. *P. Ribis* l. c.

Fl. Dan. t. P. Ribesius. Pers. Myc. Eur. II. p. 80.

Priori proxime affinis, et conjunxit accurat. BULLIARD (t. 454. f. 80.) Interea distingui meretur

12. b. *P. Lonicerae*, durus, effuso-reflexus, pileo tenui ascendente scruposo tomentoso fusco-nigricante, margine tumente ferrugineo, poris mediis fulvo-cinnamomeis. — *Weinm.! Flora. Sylloge 1825. p. 102.*

Hunc progeniem esse *P. ignarii*, vix dubitandum; sed cum insignis forma ab accurato observatore distincta sit, nec transitum viderim, hoc lo recipere debui. Substantia tenuis quidem, sed subroso-lignosa, fulva et certe perennis et rediviva. Pileus longe et ambiente-effusus, superne reflexus, ascendens, unde basi valde depressus (contra in *conchato* etc.) ob novas annotinas accretiones tumetes profunde sulcatus, valde inaequalis et scruposus. Tomentum omnino peculiare, contextum, sub levi superficiem porosam reddens, in margine annotinae ferrugineum, in zonis priorum annorum (persistere enim est, nec evanescens, ut in affinis) e rubiginoso-fusco nigricat. Pars superior colore et super-

a. Daed. saepiarum optime refert, ut a priori valde diversus appareat, sed pori fere *P. igniarii*, lili exigui (non vero minimi *P. fomentarii*) sulferruginei, minus distincte stratosi. *Ad truncos icerae tartaricae in Ruthenia. Weinm. (v. s.)*

P. microporus L. c.

Revera ex hac sectione, sed tenuis. Pileus glabrae, laevis, pallidus. (v. s. spec. Swartziana.)

b. *P. spissus*, durissimus, immersus, difformis, cinereo-spadiceus, margine brevissimo inflexo, poris obliquis minutissimis *Schwein.! in litt.*

(*B. juglandinus. Schwein. Car. n. 926. quoad descriptionem.*)

Pol. obliquo affinis, sed huic margo omnino unius, pori impalpabiles stratosi, lineolis nigris incti, unde vere perennis, neque ad speciem mihi vitam referendus. Descriptio *P. juglandini* omnino convenit, est enim fissuris ligni immersus, comatus, margine sterili involutus. Pori primo obtusissimi, demum spadiceo-nitentes. *In truncis Carolinae. (v. s.)*

b. *P. undatus*, late effusus, coriaceo-rigidus, cinnamomeo-pallens, superficie undulato-tuberculosa, poris minimis obtusis. *Pers.! Myc. Eur. p. 90. t. 16. f. 3.*

Crustam sistit valde effusam, totam glabram, rici adpressam, sed facile recedentem, una cum a lineam l. paulo ultra crassam, in sicco valde lam, ortam procul dubio e pileis scalaribus effusae quorum rudimentis superficies tuberculosa et alata. Pori satis longi, minuti, obliqui, tamen si et integri, vix evidentiter stratosi; tamen peris est. *In ligno pineo vetusto Helvetiae. Chail-Schleicher! (v. s.)*

Obs. Praecedentem speciem degenerationem esse, sine omni temeritate asseverare audeo! is perfectus pileatus (qui *P. marginato* forsae

proximus) inquirendus! ad nullum enim descriptum referre valeo. Specimina a Schleichero missa evidentius quoque pileata, quam mea Chaillietiana; quae habuit C. Persoon. — *Omnes fungi resupinati scalares in statu perfectissimo procul dubio pileati sunt.* Nisi jam descripta et depicta fuisset, hanc formam equidem in literaturam nondum introduxissem; sed in aliorum speciebus recipiendis liberalior esse debui, quam in novis proponendis.

Trib. V. RESUPINATUS. S. M. p. 377.

Obs. Pervenimus nunc ad tribum difficillimam. Omnis fere Polyporus. Apus resupinatus variat; dimidia fere Resupinatorum speciminum pars illorum status incompletior habenda, quales omnes marginati et scalares, sed et plures, nam ubi locis horizontalibus nascuntur, margo omnino oblitteratur. Quae metamorphosis, quotidie in silvis observata, nimis, ni plane, ab Auctoribus neglecta, multas species pravas subministravit. Hinc facile crederem distinctionem tribuum harum olim tollendam, speciesque e sporidiis et contextu certius dispositum iri. Adsunt tamen species absolute resupinatae, qualis v. c. *P. vaporarius*, qui etiam locis verticalibus nascitur et tum pilei analogum utique accipit, sed pars superior tota e poris deformatis conflata est. In genere species in luce obviae bonae sunt, cryptarum vero malae. Cauti igitur simus in speciebus et reiiciendis et distinguendis; nulla vero admittenda, cujus copiosa non adsunt specimina, quaeve non prius cum Apodibus diligenter comparata fuit. Hoc de speciebus in S. M. receptis valere spero. — Porro observandum: 1) *Poros obliquos et rectos semper, integros et hiantes saepissime e situ horizontali et verticali pendere*; 2) *Substantiam plus minus glubratam et tomentosam, firmam et laxam, crassam et tenuem, e loco plus minus suffocato pendere.* *Omnes species in fissuris ligni l. inter corticem et*

num obviae *laneae* sunt. Servo specimina tam *abietini*, quam *P. vaporarii* in *P. laneum* Pers. yc. Eur. II. p. 112. perfecte quadrantia! Hoc modo epe faciem valde mutant. 3) Contextum saepe ane in fibras byssinas dissolvi, *Racodia*, *Xylostromata*, *Fibrillarias* et quae infra ad Thelephoras ulrius exponam, sistentes. Sic *P. vitreus* in fissuris gi optimum sistit *Xylostroma*, cum *papyraceo* coneniens, sed haec species spuria etiam a *Thel. gigantea*, *Th. bombycina* etc. oritur. Cel. Persoon hujus se attulit exemplum; „*Polyporus xylostromeus* videtur idem fungus ac *Xylostroma candidum*.“ Myc. ur. I. p. 93., II. p. 112. Utique, sed et *P. xylostromeus* degener est, nec forma typica. — *Polyp. vaporarius*, inter ligni fissuras nascens, a *Racodio* neo distingui nequit; sed tam diversae originis ut ejusmodi species, ut sic dictas radices *Ditiolae* ligno carioso a mycelio Polyp. citati vix distinguas. *Fibrillaria stellata* Sowerb. t. 387. est Porocelium sterile. Haec exempla sufficient; omnia numerando chartam perdere nolo. 4) *Pororum* formam, colorem, contextus et sporidiorum differentias ferre optinas. 5) Colorem vero externum variare utari. Species vulgo pileo colorato instructo, resupinatae hujus colorem omnino deponunt. Sic v. c. dividua resupinata *P. serialis*, *versicoloris*, utpotè unenium tantum offerentia, tota alba sunt. *Polyp. ollis* resupinatus albus quidem est, sed hinc inde bedine, accidentali quasi, tinctus. Species biennes perennes resupinatae etiam plane poris concoloris, sed annuae poris coloratis, contextu albo marinem album semper servant v. c. *P. adustus*, *P. morphus*. Porro coloris intensitas et nitor e mare lucis expositione variant. Praecipue vero fallaci sunt momenta peregrina colorem primitivum demponentia. Sic multa individua liquoribus, e truncis putridis stillantibus; satjata colorem induunt fuscantem, gilvum, olivaceo-pallentem, qui normaliter albus fuit. Cfr. *P. vaporarium* etc. Larva aedam *P. seriatem* subinde rubello-maculatum

reddit. Species coloratae hoc respectu minus mutantur; sed et hae et candidae exoletae expallent, exceptis *P. ferruginoso* et affinis, qui obscuriores fiunt. Occurrunt quoque alii anomali colores, quorum originem hactenus frustra quaesivi, nempe *P. vulgaris* laete sulphureus, *P. vitreus* stramineus. Sed admodum rara sunt ejusmodi individua et normaliter colorata in vicinia semper legimus, ut attentum observatorem non facile fallant. Observandum porro: 6) crustam magis adhaerentem l. sedentem saepe valde relativum characterem offerre; in ligno mucido facillius a matre solvuntur, quam in sicco; plurimae in juniore aetate adhaerentes, in exoleto a matrice secedunt. Individua primitus resupinata, libera, placentaeformia plerumque, si non semper, sunt Apodes effusi. 7) Ambitum juniorem esse byssinum, adultum, glabrum, ita vero, ut in aliis speciebus constantior adsit indeque non omnino negligendus. Quibus paucis indicatis ad species transeo.

1. *P. spongiosus* l. c. p. 377.

De hac a me non visa specie observatum tantum volui, substantiam spongiosam indicare statum loco deformatum. Caveas, ne hac substantiae analogia seductus diversarum specierum formas commisceas. A *P. cryptarum* certe diversus est.

2. *P. contiguus* l. c.

Fungum Synops. Persoonianae, fide bonae descriptionis, jam legimus et a proximis colore jam primitus cinnamomeo, poris majusculis aequalibus obtusis distinguimus. In *Pers. Myc. Eur. II. p. 75.* ad hunc tantum spectant verba: „In alia varietate colore multo obscuriore etc.;" reliqua, ab Albert. et Schwein. mutuata, ad *Polyp. seriale*, contextu sporidiisque albo distinctissimum, referenda. Forma *Pol. contigui* minor, seriato-serpens adest in ramis exsiccatis durissimis. *Pyri mali.* (v. v.)

3. *P. ferruginosus* L. o.

- a. *fungus primi anni, fulvo-cinereus, Boerh. Scot. t. 155.*
- b. *secundi anni ferrugineo-pediceus, Bol. ferruginosus. Schrad. Pers. etc.*

Cel. GREVILLEI et meus fungus eandem speciem omnino spectant. De hujus et affinium synonymia plurima erronea irreperunt in Cel. STRENGELII editionem Syst. Veg. — *Species notissima.*

- 3. b. *P. Viticola*, effusus, innatus, glaber, fuscus, poris difformibus subangulatis acutis glabris. — *Schwein. in s. fil.*

Pro loco natali masculi species, firma, lineam crassa, cortici omnino innata, plures artias longa. Pori mediae magnitudinis, intricantes, intus glauci, cinerascetes, dissepimento tenui acuto. Contextus ferrugineus, quo et poris intus glaucis a proximis certo dignoscitur. *Ad Pittis cautes, Salend in Pennsylvania. (v. s.)*

- β. superficialis*, tenuior, ferrugineo-cinereus, poris superficialibus confertis conflualibus. — *Schwein. J. Car. n. 924.*

Tertero forsari videar conjungere species, v. quas inclitissimus observator, in natura legens, distinxi. Sed e mea experientia, quam ad Polystictas enarrabo, prioris status inacilentus, necesse sit. Specimina mihi data, habitu, contextu, etc. prorsus conveniunt, tantum poris intricatis recedunt. Longe lateque repens in *Pruno silvatica Carolinae. (v. s.)*

4. *P. obliquus* L. c.

- P. thurmanni Pers. Myc. Eur. II. p. 93. P. umbrinus, Pers. Myc. Eur. II. p. 94. exel. var. (exactly nosterylqui obliquus quoque in Ulmo)*

Contextus, marginis excepto, nullus. Simillima occurrit *P. nigricantis* forma insupinata cuncto distinguenda.

- 4. b. *P. Portoricensis*, effusus, coriaceo-membranaceus, secedens, tenax, umbrinus, poris flexuosis variis obtusis pubescentibus.

Daed. Portoricensis. Spreng.! in litt.

*Species certe distincta; ut videtur valde le-
cujus fragmentum centrale 2-3 unc. latum tant
possideo, quare de ambitu nil proferre valeo. Me-
brana callosa, flexilis, fuligineo-umbrina, sub
obscurior, adpresse villosa. Pori $\frac{1}{2}$ lin. longi, va-
rii, flexuosi, semper obtusi, dissepimentis villo
intus micore argenteo albicantes. Ad ligna Pt
Ricci. Bertéro. (v. s.)*

5. *P. subspadiceus* L. c.

P. ferruginosus nequaquam affinis! Differt
illo et affinis 1) *tenuitate*; 2) *marginē* juni
semper *byssino albo*, nequaquam *fulvo-cinnamom*
3) *Poris* brevissimis, alius *structuræ*. 4) *Rore*
bido, quo junior *adspersus* est. 5) *Contextu* et si-
ridiis nequaquam *ferrugineis*. — *E Brasilia!* quo-
misit Lund; e Ruthenia Weinmann,

6. *P. rufus* l. c. p. 379.

*Speciem hanc Schraderianam non quidem le-
mus, sed sine authentico specimine ad P. ferru-
nosum Schrad. pertinere aegre nobis persuadeatur.
A Reverend. SOMMERFELT accepimus quid-
fungum pro B. rufo Schrad., sed color nimis recet
quare potius pro P. unito Pers. habeo.*

5. c. *P. unitus*, effusus, laevigatus, glaber, spadice
opacus, ambitu depresso, poris perexiguus tenu-
bus nulla membrana impositis.

P. unitus. Pers. Myc. Eur. l. p. 93.

A. P. obliquo recedit praecipue ambitu ten-
depresso, toto fungo, e-meris poris ligno arcte a-
natis composito, tenuiori, 1-2 lin. tantum cras
et praecipue pororum dissepimentis tenuiorib-
haud obtusis (intus pallidioribus) unde e longinq-
fere inconspicui sunt. Variat ceterum orbicularis
effusus, poris rectis et obliquis. Substantia firm
sicca. *Ad ligna abiegna in alpestribus Norvegi-
Sommerfelt! p. Vogesorum Moursol. (v. s.)*

Affinis quoque *P. xantho*, sed locus potior pone
P. viticolam.

! *P. xanthus* l. c. p. 379.

P. xanthus et *heloporus* (status expallens) *Pers. Myc*
Eur. II, p. 95, 107. t. 6. f. 3, 4.

Statura omnino *P. obliqui*, sed colores diver-
sissimi. Cum sequente nullus autopta facile com-
erabit.

! *P. nitidus* l. c.

b. *croceus*. *Schwein.!* in *litt.*

Substantia tenuissima, colore obscuriore, am-
bitu sterili pallido, poris minutis *brevissimis*, nec
ea tota vegetatione a priori differt. — b. Colore
ne ferrugineo-fulvo a vulgari recedit. *Etiam in*
transilvania. (v. v.)

b. *P. vitellinus*, effusus, molliusculus, laxe ad-
atus, vitellinus, ambitu byssino, poris magnis ele-
atis obscurioribus. *Schwein.!* *Car. n.* 939.

Substantia molliuscula et textura cum *Hydno*
necido convenire videtur, sed tenuior est. Color
ulcherrimus, etiam in exsiccato persistit. Ob co-
rem juxta praecedentes collocandus, neutri vero
linis est. *In fissuris lignorum putridorum, Caro-*
nae. (v. s.)

c. *P. bombycinus*, effusus, bombycino-membra-
naceus, ambitu byssino, subtus araneoso-velu-
tinus, sordide lutescens, poris magnis angulatis.
Stirp. fens. p. 60.

Valde insignis, *Merulius* v. c. *Himantioidi* for-
ma proxima, sed species distinctissima. Tactu mol-
limans, a matrice separabilis, vere bombycinus.
maior sistit maculas subrotundas byssinas, mox in
utro fornat hymenium porosum, dein longitudina-
ter in membranam mollem, sed haud admodum
ruem, confluit, ambitu tenui byssino concolori.
hor *opacus, gilvo-lutescens*. Pori primordiales
tam foveolae in tomento depressae, dein vero

11. *P. incarnatus* l. c.

Böl. incarnatus. *A. S.* p. 258. (revera hujus loci, forma optime explicata.) *P. Nisetiensis. Pers. Myc. Eur. II.* p. 93. *P. cruentus. Pers. l. c.* p. 92. t. 16. f. 4.

Nomen a plurimis Auctoribus servatum recipimus; bene quidem convenit *B. incarn.* *Pers. Disp. t Syn.* — sed in *Mycologia Europ.* speciei, nisi confusa, *) omnino dubia atque delenda. Tinctura ubella ipsi adventitia videtur; est forsitan *P. mollis* esupinatus l. *serialis* subinde rubello tinctus. — Ex ratione supra citata speciem a *P. abietino* diversissimam esse innox patet et descriptio nostra, licet brevissima vix ullam notam essentialem omittit. Tam b *P. abietino*, quam a *violaceo, purpureo, rhodello* diversissimus est. 1) *Substantia crassa, dura, contextu floccoso, vere suberoso-coriacea.* 2) *Vegetatione, persistente, vere perenni.* 3) *Glabrilitate perfecta;* 4) *Colore, incarnato diluto;* 5) *tubulis elongatis, saepe obliquis et lateraliter hiantibus (numquam unquam dentato-laceris).* — Merulius forsitan haec species ad priorem trinum refertur; *P. seriali* revera finis, licet color pororum diversissimus.

12. *P. rhodellus* l. c.

Nulla neque affinitas, nec similitudo cum prioribus l. *P. abietino* adest!

13. *P. medulla panis* l. c.

Varietas spongiosa, uda, bibula etiam a me lecta, forsitan *P. bibulus* *Pers. Myc. Eur. II.* p. 1., descriptione apprimè congrua, sed specimina non vidi.

14. *P. vitreus* l. c.

Legi inter corticem et lignum individua sistentia embranam subcoriaceam albam (optimum xylo-

*) Collatis *Myc. Eur. et Obs. Myc. 1.* p. 14. certum mihi videtur fungum in *Myc. Europ.* descriptum non esse *Pol. incarnatum* *Disp. meth. et Syn. fung.*, sed Poriam ubellam *Obs. Myc. l. c.* specimenque servatum ad haec pertinerè!

stroma!) sed locis minus arte clausis protuberantia noduli distantes fertiles omnino hujus fungi!

16. *P. vulgaris* l. c.

Species vulgarissima sub *P. mollusco* ab All Schwein. comprehensa. — Colore albo (passim sulphureo inter individua prorsus alba l. albo sulphureo-variegata), substantia sicca tenui, an haud fimbriante, poris exiguis facile dignoscitur nostris salicibus cavis cariosis color passim qualis describitur *P. obducens* Pers. Myc. Eur. p. 104. Secundum specimina authentica *P. versiporus* Pers. Myc. Eur. p. 105. tantum poris laceris fert; sed forsitan etiam sequentium formas poris complectitur. — *Bol. cellulusus* Fl. Dan. omni huc referendus, sed paucae species hoc nomen merentur.

17. *P. callosus* l. c.

Ob pileum subter crusta rigida, quasi callosum, ductum distinctissimus est; forsitan ad *Sububer* referendus. A *P. destructore* distinctissimus!

18. *P. sinuosus* l. c.

Inter Resupinatos, a me visos, hic rarissimus simulque distinctissimus, a *P. vaporario* probandum. Valde latus, 2 lin. fere crassus, in odore liquiritiae. Color vegeti fungi albo-fuscus, sicci mellinus. Pori admodum peculiari fere Daedaleae, sed dissepimenta e membrana modum tenui confecta, acuta, unde exsiccata in cipe Sistotremoideo-lacera. — Necesse est, ut super observem, in Pers. Myc. Eur. II. 1) *P. versiporum* citari sub *P. medulla pani* p. 101; 2) *P. sinuosus* l. c. p. 107. evidentem nostram sistere *P. callosi* descriptionem, verhotenus transcriptam; 3) *P. sinuosum* l. c. p. 96. e descriptione nostrum esse sinuosum. — Ad specimina hujus speciei Rev. S. MERFELT missa, vir amicissimus monuit, esse *Pol. versiporum* Suppl. Fl. Lapp. p. 27 *Equidam tantum ad cortices et ligna Abietis le*

39. *P. vaporarius* L. c.

P. incertus. *Pers.*! *Myc. Eur.* II, p. 106. (forsan et *P. versiporus* var. *e. lanuginosus* etc., hybrida enim videtur species.)

b. *Bol. papyraceus*. *Schwein.*! *Car.* n. 931. — (praecipue ob stationem ad Vites emortuas notabilis; ceterum tenuior, poris integris; sed non varietas distincta.)

c. *Pol. macer*. *Sommerf. Lapp.* p. 279. *P. macer* a.! *Sommerf. in litt.* — Forma tenuissima, poris integris — etiam a me in Populo notatus.)

Vix reperitur in regionibus nostris pineto-montanis truncus prostratus, l. lignum cariosum pineum, cui fungus haud innascatur. Apud omnes fere Auctores certus quidem, aut cum diversis confusus obviam non venit. Maxime quidem varius; sed ultra dubium, vix fallor, quoad genuinum suum ambigendum mihi notissimus fuit. Hinc nomen, sub quo fixum habui, servandum puto; quainquam Cel. PERSONNII, synonymon suum *B. vaporarii* Syn. sibi jam innotuit monens, nostrum fungum non visum *P. certum* (potius *P. certum*) dicere mavult. — Est nomen Personnii synonymon omnino certum; frequenter ligno immersum, immo innatum legimus — Alb. et Schwein. meum fungum, ut e loco patet, ocul dubio ante oculos habuerunt. — Formae prope innumerae; dignoscitur subiculo vix ullo, colore ad candido, poris in membranam tenacem junctis gnis angulatis, demum laceris, sed non in dentes totremoideos fissis. Ambitus sterilis nullus. Primum subinnatus, demum vero secedit, immo integer ligno separari potest. Color pallescit; sed succorum cariosarum saepe gilvus l. sordide olivaceus tingitur, forsitan etiam senesceus olivaceus! Ejusmodi individua caute a priori distinguenda, sed poris praeformati sinulos tantum, non dentes, formant. — Videmus alia individua ligno carioso innata et mucoinea, Ditiolae fibras radicales referentia, sed e inde poros incompletos (passim fulventes) pronuntia. — Ut tandem figantur haec et proxime affines species, singulae plures formas in Exsiccatis laere constitui.

21. *P. mucidus* l. c.

Hujus loci esse nequit *Bol. mucidus*. Spreng. Syst. Veg. IV. p. 478, tam ob descriptionem, quam synonyma diversissima.

23. b. *P. aneirinus*, resupinatus, confluens, tenuis, ambitu byssino albo, poris magnis cellulaeformibus fulvescenti-albis. *Sommerf. Lapp.* p. 278.

Similis formis quibusdam *P. vaporarii* intus in ligno carioso lectis, cujus speciei etiam forma exstat poris fulvescenti-albis haud admodum rara; sed poris regularibus optime cellulosis et e cera quasi confectis ambituque persistenter byssino insignis videtur. Vegetatio primitus omnino byssina, absque omnibus fibrillis; arcte adnata, nunc ad lignum irregulariter effusa, interrupta, nunc ad cortices primo orbicularis, dein confluens. Pori primo foveolas tantum in tomento depresso referunt, sed adulti omnino genuini, cupulares, varie angulati, saepe hexagoni, dissepimentis acutis integerrimis. *Ad truncos putridos Populi in Nordlandia.* (v. s.)

25. *P. terrestris* l. c.

Fungus Decandollei distinctus forsitan est; sed *P. terrestris* Pers. Myc. Eur. II. p. 111. certe ad *P. sanguinolentum* referendus!

26. *P. Vaillantii* l. c.

B. medulla panis. *Sowerb. t. 326.* optime. *P. rangiferinus.* Pers. Myc. Eur. II. p. 114. *P. Vaillantii.* Pers. l. c.

Cum ad terram, etiam in luce, nascatur, monstruosum vix crederem.

27. *P. molluscus* l. c. p. 384.

Bol. latus. *Sowerb. t. 387. f. 9.* (Nescio sane, quare l. c. huc retulerim t. 326., cum in Schedula, hunc semper allegaram.) Pol. concentricus. Pers. Myc. Eur. II. p. 113. *P. molluscus* l. c.

28. *P. farinellus* l. c.

Nulla Poria certius distincta! Omnino ambitu sterili et contextu floccoso destitutus, farinam stratum

modo referens, varie effusus, interruptus, indeterminatus. Pori subiculis tenuissimis juncti, valde inaequales, curti, flexuosi, intricati, ut, nisi affinitas naturalis hoc loco retineret, potius Merulium diceret.

C. POLYSTICTA l. c.

Obs: Numquam ut genus distinctum proposui, nec distingui debet. (Cfr. Pers. Myc. Eur. II, p. 110.) In statu rite evoluto fructificatio omnino Polypori gubini; tantum poris distantibus recedunt. — Maxime cavendum, ne huc referas varios Polyporos in statu abortivo tantum punctatos, porisve incompletis superficialibus, quos rite evolutos optimos Polyporos inveni. Ex hac analogia, in omni a me visa specie confirmata, *Polyp. superficiale* Schwein, aliasque ejusdem indolis species ad status suos normales (*P. viticolam*) non potui non referre. Pendent tantum e vegetatione in evolutionis serie nimia forsan siccitate abrupta. — Alia anomalia in cryptis observatur; pori haud rite explicantur, sed materia floccosa farciuntur et obliterantur, ut puncta modo referant. Tales status pervulgati sunt *Polyp. Radulae* (nempe *b. virginicus* S. M.) *sanguinolenti* („totus villo obductus“ S. M.), *P. serialis* etc. — Intus, in ligno, *P. vaporarii* mycelium in ejusmodi incompletos Poros, foveolas sistentes in tomento, frequenter abit. Talis status videtur *Polyp. cribrosus* Pers.! Myc. Eur. Prae ceteris notabilis est forma Petropoli a Cel. Weinmann detecta, quam ad certam speciem referre quidem nondum valui, sed ex eadem lege deformatam non dubito. In hoc contextus totus *celulosus*, scilicet hyssus vegetans, incompletos poros format, eosque includit, unde totus fungus extus intusque vesiculosus!

1. *P. P. corticola* l. c.

Pori perfecti *P. aneirini* similes sunt, sed frequentius abortivi. — Vix distinguere licet:

c. *quercinum*, crassiusculum, albidum, glabrum, ambitu subtomentoso, poris dilatatis distantibus.

Pol. pertusus. *Pers. Myc. Eur. I. p. 106.* quoad (descript.! — In *Quercu lanuginosa.*)

Parum admodum a forma populina differt. *Quercu.* (v. v.)

d. *Tulipiferae*, latissime effusum, albidum, ambitu hinc inde reflexo, poris subprominulis asperis. *Schwein.! Car. n. 935.*

Habitus et vegetatio superficialis omnino prioram, sed hic magis luxuriat. Junior quidem orbicularis, dein confluens, ad viginti pedes et ultra arbores integras circumdans. Ambitus pro more prominulus pubescens. Color albus, dein pallescit. *Frequens ad truncos emortuos Lariodendri, Americae.* (v. s.)

Conclusio: Neminem, in harum plantarum literatura vel leviter versatum, latere potest, Auctores plerosque de speciebus suis valde incertam et vagam habere ideam. Alii quamcumque obviam formam, et typicam et normalem sumtam, novo nomine designant, alii ex levi quadam convenientia descriptionum, tam accidentalium!, species pro lubitu contrahunt. E gravi hac consura praecipue eximi merentur *Albertini* et *Schweiniz*, qui sane definitam speciem ubique ante oculos habuerunt. Ex uno alterove sicco specimine, ne ex una quidem alterave forma viva lecta legitima speciei acquiritur cognitio; longa annorum serie in natura contemplandae sunt. Hoc saltem modo species a me lectas figere et reflexas vindicare volui; sed cum characteres, praecipue albarum, non ita acutos, ut omnem confusionem tollant, proponere valuerim, singulae speciei plurimas formas exsiccatas in *Mycophylacio*, mox edendo, divulgare constitui, ne paene incredibilis mei labores in specimenibus colligendis, ne sumtus graves ad specimina originalia, synonymorum causas, comparanda irriti sint.

VL B. POROTHELEUM.

S. M. 1. p. 506.

Obs. Genus omnino distinctum, Pezizis valde sine!, sed ob papillos prius clausas non sine ratione habita Receptaculi a Fistulina distinguendum. - *P. lacerum* est species restituenda; ejus synonymon est *Bolet. Pezizoides* Schwein.! Car. n. 943. Descriptionem vero, donec *P. subtile* de novo in stura examinare licuerit, differo.

VII. BOLETUS.

Syst. Myc. 1. p. 385. — *Gravill. Fl. Crypt. Scot. t. 424.*
(*Bolet. laridus.*)

Obs. Metamorphoses hujus generis a Polyporum prorsus diversae. Hinc quoad receptaculum ut mutantur, numquam vero Boleti; Polyporum utri saepe obsoleti, punctiformes l. floccis farti, detorum semper rite evoluti, quare individua atypica rarissima. Variant vero velo, in *B. luteo* subde ad basin annulato l., si mavis, volvato. Praepue memorabiles sunt pori abbreviati, gyroso-conerti. Tales status semel vidimus *Bal. flavidi*, *B. submentosi* et *B. Sistotrema* legimus poris regulibus.

B. luteus l. c. p. 386.

Wahl. Suec. n. 1977. Grev. Scot. t. 183. Sommerf. Lapp. p. 272. B. annulatus. Pers. Myc. Eur. p. 125.

B. flavidus l. c. p. 387.

Sommerf. Lapp. n. 1632. B. velatus. Pers. Myc. Eur. p. 125. t. 20. f. 1-3.

Obs. Huc forsam spectat atypicus ille *B. volutus* Pers. l. c. — *B. collaris* l. c. forsam alius; i nil recedit descriptio, ob pores neglectos valde ompleta.

3. *B. granulatus* L. c.

Wahl! *Succ. n.* 1978. *B. circinans. Pers. l. c. p.* 126.

Upesaliae, ubi Linnaeus detexit, copiosissimus; hinc synonymon certum. Optimum quoque nomen Linnaei, stipite porisque granulatis ab omnibus optime distinguitur.

4. *B. bovinus* L. c. p. 388.

Wahl. *Succ. n.* 1979. *Sommerf. Lapp. p.* 272. *Bol. mitis. Pers. Myc. Eur. p.* 129. certissime. *B. bovinus L. c. p.* 127.

6. *B. variegatus* L. c.

Wahl. *Succ. n.* 1981. *Sommerf. l. c. Pers. Myc. Eur. p.* 129. *B. guttatus. Pers. l. c.*

7. *B. Sistotrema* L. c. p. 389.

B. gyrosus. Pers. l. c. p. 138.

8. *B. parasiticus* L. c.

B. Betula. Schwein. Car. n. 860.

9. *B. lividus* L. c.

B. brachyporus. Pers. l. c. p. 128. *B. lividus L. c.*

12. *B. pachypus* L. c. p. 390.

B. pachypus. Pers. Myc. Eur. p. 130. *B. elatus. Pers. l. c. p.* 134.

14. *B. badius*, pileo pulvinato molli viscoso badio-fulvo, tubulis adnatis majusculis angulatis sordide flavis, stipite aequali furfurato. *Fries in Ind. Syst. Myc.*

Species certo distinctissima, quare inter Boletos nil rarius! Stipes aequalis, 3 unc. longus; unciam crassus, nunquam reticulatus. Pileus valde crassus, mollis, junior villoso-viscosus; dein fere glaber, siccus, hemisphaericus, 3-6 unc. latus. Caro 1-2 unc. crassa, alba, mollis. Tubuli longi, tacti coeruleo-virescentes. In silvis abignis sat frequens, aut. (V. V.)

5. *B. edulis* l. c. p. 392.

B. esculentus, *B. dulcis*, *B. umbrinus*. *Pers. l. c. p.*
131, 135, 140.

Stipes sæpe palmaris et tutn omnino æqualis.
quo brevior, eo crassior. Sowerbyana icon bona.

7. *B. floccopus* l. c. p. 393.

Wahl. Succ. n. 1986. *Chevall. par. p.* 267. t. 6. f. 10.
B. cinereus, *B. floccopus*. *Pers. Myc. Eur. p.* 143,
144. plane non differunt et satis dubia differentia re-
liquorum floccopodum. *B. floccosus*. *Schwein. Car.*
n. 863.

Obs. *Boletus strobilaceus* a Scopolio primò
Ann. Hist. Nat. IV. p. 148.) descriptus est et *verus*
Boletus nec *Polyporus*, priori proximus. Hinc ab
alia simili specie *Polypori*, *P. tessulato* nempe, teste
fallero, diversus. Quamquam mihi minus cognita
it hæc species, diagnosin addam :

B. strobilaceus, nigrescente-umbrinus, pileo squa-
moso, squamis crassis squarrosis erectis, por-
ris majusculis angulatis albis, stipite lævius-
culo. *Scop. l. c.* (inter terrestres, annuos
sive Suillos.)

B. squarrosus. *Pers. Myc. Eur. I. n.* 145. etc.

Habitat in Europa australiori.

Obs. 2. Ex hac porro regione, sed nimis suc-
cte descriptus :

B. alboater, pulvinatus, subtomentoso-velutinus
niger, poris minutis albis, stipite atro. *Schwein.*
Car. n. 864. — *In silvis humidis Carolinae.*

8. *B. scaber* l. c.

Grev. in Wern. Trans. v. 4. p. 371. cum obs. ! *Wahl.*
Succ. n. 1786. *Schmmerf. Lopp. n.* 273. *Chevall. par.*
p. 268.

Obs. *B. aurantiacum* et *scabrum* Gel. PER-
NON *Myc. Eur. p.* 146, 147. iterum distinguere
videt, novis positis limitibus, sed in natura non
nus incertis, contestantibus quoque Auctoribus
datis.

20. *B. cyanescens* L. c. p. 395.

B. amarus et *B. constrictus*. *Pers. syn. B. cyanescens*
Myc. Eur. p. 135.

β. fulvida. *B. testaceus*. *Pers. L. c. p. 137.*

De synonymis Persoonianis omnium specierum supra allatis certissimus sum. Species, quas alle novas, sed ipsi jam oblitae et minus cognitae esse fatetur dubia forsitan semper augebunt. Interea *acidescens* a *B. subtomentoso*, *B. corrugatus* a *B. cyanescens β.*, *B. stramineus* a livido quoad characteres datos haud recedunt. *Boletus pulvinus* esse *Polyp. betulinus*, quem conferas.

VIII. FISTULINA.

S. M. 1. p. 396. Grev. Cr. Scot. 1. 270.

1. *F. hepatica*, carnososuccosa, arrhiza, pileo indiviso, tubulis luteis l. c.

Raji Syn. 3. p. 23. n. 12. Bol. asbestinus. Scop. an Bot. IV. p. 148. Hypodrya. Pers. Myc. Eur. p. 148. Buglossus quercinus. Wahl. Suc. n. 1217.

2. *F. radicata*, carnosocoriacea, pileo lobato subramoso spadiceo, tubulis badiis; stipite in radicem longissimam attenuato. — *Schwein. ! Can. n. 945.*

Formam fere habet. Agarici Pleuropodis, v. c. A. petaloidis *β.* Pileus minor quam prioris, rarissime unciam superans; substantia firmiter, minime apte cum lingua bovina comparanda. E contrariis stipites constantior in radicem longissimam, attenuatam, lignosam porrectus est et fissuras arborum intimam penetrat. Hoc modo inter Polyporos aliosque fungos dimidiatos semper vidimus, pileum, quo distinctior sit stipites, eo magis diminui et versa vice. Non rarus in truncis cavis praesertim *Castaneae* auctumno in Carolina. (v. s.)

Obs. E variis nominibus genericis huic speciei nomen aptum est antiquissimum Bulliardi, meo sensu haud rejiciendum.

IX. HYDNUM.

S. M. 1. p. 397. atque Recentiorum! Hydn. et Sistotrematis spec. Pers. Myc. Eur.

Obs. Ab hoc genere neutiquam remove re possunt species aculeis modo compressis, incis (pluribus nempe connascentibus), aut (e situ) obliquis ceteris diversas. Altera pars horum genus Sistotrema Pers. constituit. Hydna aculeis rectis et obliquis haud magis inter se distant, quam Polypori oris rectis l. obliquis, quorum nempe e situ horizontali l. verticali omnis pendet differentia. Hinc quoque omnibus speciebus stipitata, quorum pileus horizontalis, aculei recti. — Reliquae aculeorum etamorphoses in hoc genere sunt: 1) *Aculei vili*; aut status juveniles aut in cryptis nati, hymenio pro more in floccos soluto, quale *Sistotrematum* Pers. 2) *Aculei latere adnati* sunt tantum axime obliqui loco exacte verticali. *Sist. pinastri* Pers. *labietinum* Ejusd., *S. membranaceum* Nees!) occurrit aculeis rectis, obliquis, latere adnatis. 3) *Aculei anulaeformes* saepissime in statu evoluto subulati; c. *Hydn. castaneum* junius Thelephoram l. Auriculariam primitus omnino sistit. *Hydnum alutaceum* nostrum est status perfectior *Thel. alutaceae* Pers. Obs. Hinc coactus fui ad Hydna quoque referre omnes Auricularias normaliter et conferte papillosas, quia rae Auriculariae omnino laeves sunt. Unde orientur papillae plerisque adscriptae, infra explicabitur. De receptaculi mutationibus in hoc genere subulatis disseram.

Trib. I. MESOPUS.

Ad ea, quae in Syst. Myc. attuli, vix vert addendum habeo, tantum synonyma e scriptis rec tioribus.

1. *H. imbricatum* l. c. p. 398.

Grev. Cr. Scot. t. 71. Wahl. Succ. n. 2018, H. e num. Pers. Myc. Eur. II. p. 158.

2. *H. subsquamosum* l. c. p. 399.

Chev. par. p. 276. H. badium. Pers. Myc. Eur. p. t. 21. excl. var.

3. *H. laevigatum* l. c.

Wahl. Succ. n. 2019. Hydni subsquamosi var. leucopus, H. bubalinum. Pers. Myc. Eur. p. 158, h. gracile. Hyd. canum. Schwein. Car. n. 974. speciminis.

Valde fallitur, qui formae l. staturae hujus t ciei fidem habet. Legimus pileo compacto et t membranaceo, companulato et infundibuliformi, ciali et pedali, stipite 2 lin. et 2 unc. crasso.

6. *H. repandum* l. c.

H. vulgare Pers. Myc. Eur. p. 160.

Obs. Mich. t. 72. f. 2. icon mihi nimis de visa, Cel. PERSONIO Hyd. album.

9. *H. infundibulum* l. c.

Wahl. Succ. n. 2021. H. fusipes. Pers. Myc. Eur. 162. t. 20. f. 4-6.

10. *H. suaveolens* l. c. p. 402.

H. coeruleum. Pers. Myc. Eur. p. 162. ob substan a Cel. Wahlro carnosam dictam distinctum; sed sp mina authentica a me visa prorsus conveniunt.

11. *H. fraceolens* l. c.

H. eleosma. Pers. l. c. p. 163.

12. *H. compactum* l. c.

Wahl. Succ. n. 2023. — Pers. Myc. Eur. p. 166. e varietate.

H. cyathiformi, cujus status luxurians Cel. Persoonio, mihi non videtur affine.

13. *H. aurantiacum* l. c. p. 403.

Hoc sane nimis affine praecedenti. Icon *Florae Dan.* omnino hujus loci. — Species ex iconibus judicare inter fungos valde lubricum et anceps opus.

14. *H. ferrugineum* l. c.

Wahl. *Suec. n.* 2024. optime *H. compactum*, *β.* Pers. *Myc. Eur.* p. 166.

16. *H. nigrum* l. c. p. 404.

H. nigrum, *H. cinereum*, Pers. *Myc. Eur.* p. 168.

Certe haud aliter, ac loco cit. indicavi, differunt species citatae. Cel. PERSOON utrumque distinguens, neutrum vidisse videtur.

8. *H. cyathiforme* l. c.

H. conrescens, Pers. *Myc. Eur.* p. 164. excl. var.

Hujus formas suspicatur laudatus Auctor *H. compactum*, *ferrugineum* et *H. nigrum*, quae vero rae ceteris diversa habeo. Pileus conrescens inter Polyporos, Hydna etc. coriacea nota individualis, quam a diagnosibus saltem melius omittas.

0. *H. subtomentosum* l. c.

H. subtomentosum, Pers. *Myc. Eur.* p. 167. exclus. var. *Hydn. leptopus γ.* Pers. l. c. p. 171. excl. var. *β.* — *H. conrescens* var. *confluens*, Pers. l. c. p. 165. exclus. *syn. et var. α.*

Specimina, *Hydnum compactum* dicta, e Portolico accepi, pileo fusco, azono, fere glabro. Sed in nostris pileus glabrescit et color plus minus atensus variat.

1. *H. melaleucum* l. c. p. 406.

H. tomentosum, *β.* Pers. l. c. *H. leptopus β.* Pers. l. c.

Trib. II. PLEUROPUS.

1. b. *H. adustum*, integrum dimidiatumque, pileo lento reniformi velutino lutescenti-pallido, saepe fusco-zonato, margine aculeisque nigrescentibus. — *Schwein.!* *Car. n. 977. t. 2. f. 7-9.*

Caro sicca, firma, lenta potius quam coriacea. Stipes firmus, compressus, inaequalis, tomentosus, unciam longus, centralis l. lateralis. Pileus 2-3 unc. latus, alutaceus l. albidus, ad peripheriam fusco-zonatus; etiam cinerascens vidi. Aculei longi, regulares, admodum conferti, primo lutescentes, mox quasi adusti. *Frequens ad ramos dejectos in Carolina.* (v. s.)

4. *H. Erinaceus* l. c. p. 407.

Species Hydnum nobilissima, in agro Femsionensi, Hollandia etc. mihi copiose obvia multisque sub formis, quae primo obtutu ita differunt, ut non miremur, Auctores quosdam v. c. *Pers. Myc. Eur. p. 153.* collatis tantum iconibus nostrum diversum aut e variis compositum habere. Sed ne varietates quidem sunt nomine dignae, in eodem trunco saepius mixtae. Nunc Pleuropus, nunc Merisma, nunc Apus, inmo Resupinatus, hinc in limine harum tribuum collocatum. Quoad affinitatem potissimum sit Merisma; hanc tribuum vero cum reliquis citatis arctissime connectens, ut perperam omnino genere distinguatur. Nuperius insuper legi et cum amicis communicavi formam prorsus similem *Hydno capiti Medusae*, e qua saltem didici, hoc verissimum esse Hydnum, aculeosque ejus contortos esse abortivos l. male explicatos, quales etiam in *H. Erinaceo* a. videre licet. Sed specimina perfectissima apice saltem aculeos gerebant genuinos, terram spectantes! — Ab *H. capite Medusae* tantum recedit colore albo-lutescente, qui in illo cinerascens. Aut mera varietas est, aut species maxime affinis.

Trib. III. MERISMA.

Manina. *Scop. diss. subl. 1. Hericii species. Pers. Myc. Eur. p. 150.* Medusina. *Chev. par. p. 278.*

Hanc tribum genere distingui non posse, certe firmare audeo. In priori specie limites omnino confunduntur. — Aliae vero huc relatae species, empe *H. Hystrix* et *Echinus*, quibus stipes verticillis apice subulis l. potius ramulis strictis terminatus, peculiare genus inter Clavatos potius sistunt. ericium *S. O. V. 1. p. 88.* Accuratus *Scopoli*, utriusque autopta, haec quoque *Martellae* nomine benestinxit.

H. Caput Medusae l. c.

Conferas velim *H. Erinaceum*, a quo parum recedit.

Trib. IV. A P U S.

1) *H. pudorinum*, pileis coriaceis effuso-reflexis azonis villosis albis, aculeis confertis aequalibus albido-rubicundis.

Pilei suberoso-coriacei, effuso-reflexi, subimicati, varie crescentes, in speciminibus a me sis peculiari modo contorti, hymenium multiloculare reddentes; supernae villosi, azoni, albi; margine obtuso. Specimina juniora tota resupinata, pileo flexo angusto, aliquot lineas tantum lato. Aculei immitus granulosi, unde verissimum Hydnum, dein longati, confertissimi, obtusiusculi, teretes; aequalis, albidi, in colorem carneum leniter vergentes. *truncis Alni inoanae in Ruthenia. Weinmann. (v. s.)*

2) *H. strigosum* l. c.

Pulcherrimam hanc speciem, jam ipsi legimus *truncis prostratis Betulae, variorum Hydnore marie Serapi.* *Habitus Pol. hydroidis.* Pilei suberosi-ricei setis strictis longissimis asperriani, umbrina,

marginē laceri. Aculei omnes liberi, longissimi, aequales, albido-badii. Cfr. *Sommerf. Jacq.* p. 279. in Pado lectum. — In hac specie vidimus etiam exemplum Hydni reviviscentis, quod prorsus singulare! Non vero supra aculeos, ut supra poros, novum stratum immediate enasci potest, sed novus pileus praecedentis anni emortuum incrustat!

16. b. *H. Rhois*, pileo coriaceo semiorbiculari hirsuto zonato albido, dentibus longis subdifformibus compressis ochraceis. *Schwein.! Car. n. 978.*

Polyporum velutinum l. stereum primo obtutu refert, sed *H. ochraceo* affine; tamen majus, firmius, $\frac{1}{2}$ unc. et ultra latum, basi haud effusa. Aculei conferti, longi, ochracei, demum fusciscentes. In *Carolina passim, Rhois radicans incolat.* (v. s.)

16. c. *H. olivaceum*, pileis coriaceo-membraneis flexuosis zonatis pilosis umbrinis, aculeis spatulatis olivaceis.

Sistotz. *Schwein.! Car. n. 952.*

Sessile, saepe effusum, tenerum. Pilei $\frac{1}{2}$ unc. lati, imbricati, deflexi, strigoso-pilosi. Aculei minus conferti, subobliqui, compressi; apice subtumentes, pallidiores, pruinosi. *Ad truncos Andromedae arborae emortuos Carolinae, hieme, vere.* (v. s.)

Trib. V. RESUPINATUS.

Obs. Centrum Hydnum; inde specierum numerus major, quam analogorum Polyporum (inter quos Apodes, centrum) earumque autonomia certior, quippe quae cum Apodibus effusis minus contiguae. Non tamen desunt exempla Hydnum normaliter reflexorum prorsus effusa. Sic *Cell. Albertini* et *Schweinitz* memorant *Hydn. ochraceum* non tantum effusum, quale legi, sed et stipitatum, pileo integro, quod, licet non visum, idem fuisse non dubito.

Reliquae mutationes Resupinatorum. praecipuae sunt:
 1) *Receptaculum subinde obliteratur*, ut aculei soli restent, sed hoc semper abnorme est, ut inter Lichenes crustaceos. Sed *Hydn. calvum*, A. S. alius generis est planta. 2) *Ambitus plus minus byssinus et loco et aetate pendet*; eadem saepe species loco suffocato ambitu byssino l. fimbriato gaudet, quae in apricis l. adulta omni ambitu sterili caret. 3) *Color ex aetate mutatur*, albus in lutescentem, siccitate abit; (in proximis *Irpechibus* saepius expallescens); *arvens junior, adultus subfuscus*; sed occurrunt saepe individua colore peregrino tincta praecipue lutescente aut isabellino, rarius rubicendo. Metanorobioses aculeorum, in fronte generis enarratae, praecipue inter Resupinatos observantur. Necessse igitur est, ut species non e quovis fragmento, sed e copiosis in natura observatis formis determinentur. Nec species a me non visas repetere ausus sum. Specimina authentica Hydnum, in Pers., Myc. Eur., descriptorum, mihi comparare minus successit, quam aliquorum generum. Hinc ea tantum, quae certissima, citavi; reliqua, e descriptionibus sollicite perensis determinata, ad finem allegavi. Valde dolens plurimorum pulcherrimorum, sed valde rarorum, Hydnum desiderari icones.

2. *H. membranaceum* l. c.

Colore fulvo-ferrugineo, dein fusco aut spadiceo, receptaculo tenui glabro omnino membranaceo, aculeis distinctis semper aequalibus et integris facile dignoscitur. A nostro vix differt specie *Hydnum castaneum* β . *fuscum* Pers. Myc. Eur. II. p. 189. t. 17. f. 3.

β . *dryinum*, tenue, lutescenti-fulvum, aculeis gracilioribus. *Chaill.!* in litt.

H. membr. stenodon. Pers. *!* l. c. p. 188. ex litt. specimenibusque Chailletis.

Omnino loco a priori enatum videtur, nec olim varietatibus inimicus, distinxi. Subiculum adhuc enuius, subinde sere obliteratum, longe et indeter-

minate effusum absque ambitu sterili. Aculei graciles, molles, in plano horizontali medii, in verticali elongati, semper aequales. Coloris mutatio ut in priori. *Ad ramos quercinos etc.* (v. v.)

γ. tenuissimum, subiculo submello, aculeis gracilissimis sordide lutescentibus.

Tum hoc, quum *Hydn. castaneum* e Ruthe misit Cel. Weinmann. (v. s.)

2. b. H. WEINMANNI, late effusum, membraceum, subinnatum, glaberrimum, griseo-ceriseum, aculeis minutis acutis subdistantibus sulcatis.

Priori affine. Late admodum effusum, coeruleum, subulis exceptis laeve, glaberrimum, et in ambitu, nam inatrici fere innatum l. potius glutinatum est, habitu *Th. lividae* junioris. Ac haud conferti, breves, sed acuti, graciles, non aequales, recti hactenus visi. Color peculiaris didus! *Ad ramos dejectos populneos, Ruther Weinmann.* (v. s.)

Nam idem *Sistotrema griseum*. *Pers. Myc. Eur.* 1796. t. 20. f. 2. *Hydnum* saltem absolute est!

5. *H. Sacchari* l. c.

Receptaculum admodum tenue, membranaceo subadnatum, glabrum, pallidum. Adulti aculei conferti, obliqui, recte, integri, ferrugineo-lutei. *H. membranaceo* affine, sed ob locum diversissimum conjugere, non debui (v. s. ab Ill. Sprengel. miss.)

7. *H. bicolor* l. c. p. 417.

Primo intuitu cum forma rubescente *H. farinosa* facile confunditur, sed vivum examinanti omnino distinctum apparet. Receptaculum tenuissimum, membranaceum, tenuiter flocculosum; colore fungi vix notius, rubescenti-albidus. Fugax videtur, si hieme et vere, quo tantum tempore, in pinetis penetralibus vulgare, rite explicatum legitur.

7. b. *H. cinnabarrinum*, late effusum, byssinum, cinnabarrinum, ambitu sterili lato, aculeis longiusculis confertis subulatis.

Sistotrema. Schwein. ! Car. n. 963.

Colore pulcherrimo mox dignoscitur. Adnatum, nunc; aculeis conico-teretibus, admodum gracilibus. Etiam sensu *Persooniano* verum *Hydnum. Subrtice Georgiae, Americae septentrionalis.* (v. s.)

c. *H. croceum*, longitudinaliter effusum, firmum, tuberculosum, rimosum, croceo-aurantium, aculeis curtis conicis acutis.

Sistotrema. Schwein. ! l. c. n. 962.

Receptaculum longissimum, adnatum, crassiusculum, tuberculis elevatis quasi stalactiticis valde aequabile, rimoso-diffractum, glabrum, ambitu rufi. Aculei in tuberculis praecipue obvi, minus conferti, breves, saturatius colorati. *In lignis Carolinae.* (v. s.)

d. *H. aureum*, adnatum, glabrum, aureum, ambitu strigoso radiante, aculeis subulatis.

Inter *Hydna resupinata*, quotquot vidi, pulcherrimum atque distinctissimum; eo praecipue immobile, quod, quamvis supra epidermidem nascatur, riticem interiorem crassum usque ad lignum determinate, Sphaeriarum circumscriptarum more, substantia satiat fungosa et colore carneo l. aureo-carneo tingit, nec sub cortice aliorum more in *Himanas* formasve alias byssaceas abit. Sed et ipse magis pulcherrime distinctus, tam ambitu radiante rigoso haud byssino, quam colore aureo nitido. rimitus e rimis corticis profluunt noduli; mox fusum, determinatum; dein confluendo late et irregulariter effusum, tenue, siccitate rigescens, fere ut *Ierulius tremellosus!* Aculei conferti, subulati, aequales, integerrimi, acuti, semper glaberrimi, sed ambitu breviores, irregulares, incisi, immo subinde riant. *In truncis prostratis Betulae semel modo et rioso lectum ineunte Martio.* (v. v.)

7. e. *H. sulphureum*, effusum, adnatum, tenue, sulphureum, aculeis minutis sparsis subulatis. — Schwein.! *Car. n.* 936.

Haud completa adsunt specimina, sed differentiam a tribus praecedentibus satis demonstrant. Tectum unicolor, siccum, interruptum quasi, ambitu sterili, hyssino, haud fimbriato. Aculei rariusculi, minuti. *Fissuras ramorum replet in America boreali et sat similia in Europa lecta vidi exemplaria.* (v. s.)

8. *H. pinastri* l. c.

Sistotrema membranaceum, Nees.! Syst. p. 227, f. 232, ab ipso Auctore missum. S. pinastri Pers.! Myc. Eur. II, p. 199, S. abietinum. Pers.! Myc. l. c. t. 22, f. 3, sec. spec. Chaillet, inventoris.

Recedunt quidem icones, sed specimina exacte congruunt. Omnibus idem locus; corticibus Pinuum laxae adhaerent.

10. *H. alutaceum* l. c.

Pers. Myc. Eur. II, p. 187, et ipso momento, novarum ab ipso additarum specierum differentia dubia est.

Num hujus alius status est *Thele. granulosa*?

14. *H. mucidum* l. c.

Nobilissimum inter *Hydna* alba resupinata, quod vero cum *Hydno farinaceo* aculeis longioribus contundi dolemus. Membrana longissima, laxae adhaerens, siccitate lutescens. Verno tempore vidimus specimina praecedentis autumnii exoleta; glaberrima, pellucida, alutaceo-opaca, tenuissima charta delicatiora, quae facile diversa credas. Aculei setacei, longissimi, maxime regulares; subinde citrini. Num hoc *H. setosum* Pers. Myc. Eur. p. 213?, saltim verbotenus quadrat descriptio.

β. *Viticola*, determinatum, membranaceum, secedens, album, ambitu glabro, aculeis setaceis longissimis confertissimis. Schwein.! *in litt.*

Non varietatem, ut suspicamur, sed maxime prior affine affirmare audemus. Crassius et firmius, s.

ultè brevius, f-2 unc. tantum latum, magisque
 ubrum. Aculei totam superficiem occupant, fere
 accedentis. In *Pensilvania ad truncos Vitis.* (v.s.)

Obs. Nisi Cel. ALBERTINI et SCHWEINIZ
 diaphonum Schrad. distinctum enumerarent,
 videm ad *H. mucidum* retulissem. Nostrum β .
 quoque omnino diversum est

1. *H. farinaceum* l. c.

Sommerf. Lapp. n. 279.

Vulgatissimum Hydnum resupinatorum, pas-
 sam colore peregrino tinctum v. c. *rubescens* loco
 albe udo. In lignis domesticis putridissimis recepta-
 cula oblitterato meros aculeos, huc vero referendos,
 dimus. In Salicibus cavis aculei paululum lon-
 giores et hanc formam pro genuino *H. mucido*. Pers.
 accepimus.

1. *H. squalinum* l. c. p. 420.

Sistotr. squalidum. *Pers. Myc. Eur. II. p. 199.* (sed de-
 scriptio mea mutata ut potius var. sequentem sistat).

S. taurinum Pers. *Myc. l. c. p. 191.*

β . fusco-olivaceum, aut lutescens. *Schwein. Car. n.*
 961. (*H. fuscescens.*)

Nomen nostrum ob dentes validos, fere Squa-
 morum, impositum fuit. E variis regionibus accipi-
 mus. Cuius formis maximis *Hydri obliqui* Schrad.
 acile confunditur. Specimina americana latiora, te-
 niora, lutescentia, ceterum non differunt.

5. b. *H. spathulatum* (*ligulatum*) effusum, mem-
 branaceum, saesedens, albidu-lutescens, ambitu
 involuto fimbriato, dentibus obliquis spathulatis
 aurantiis. *Schwein. Car. n. 993.* nec Schrad.

Dentium forma satis distinctum videtur. Recepta-
 dum membraceo-papyraceum; 2 unc. longum;
 molle, integrum a ligno solubile; subtus adpressè
 illosum. Hymenium in nostro testaceum, aculeis
ovibus latis, acutis, glabris. Ad ligna Caroli-
 nae (v. s.)

27. b. *II. Himantia*, effusum, receptaculo filiformi, hinc inde membrana connexo candido, dentibus fasciculatis conicis cinereo-rufis. — *Schwein!*

Receptaculum *H. fimbriati*, cui nimis forsane affine, sed membrana tenuior hinc inde solummodo costas illas Rhizomorphaideas connectens, et color alienus. Aculei 2 lin. longi, varii, obtusi, pallentes, haud multifidi, ut in *H. fimbriato*. Neutri affine est *H. cristulatum*; receptaculum nullo modo fibrillose, sed aequabile, et habitus potissimum merulii serpentinae. — *Sub cortice Juglandis maxime putridae, Pennsylvaniae.* (v. s.)

30. *H. fallax* l. c. p. 422.

H. fallax, *Pers. l. c. p. 185.* *H. farreum*, *Pers. l. c. p. 181.*

33. *H. quercinum* l. c. p. 423.

Saepe rufescens, fuscescens vidi et nostrum verum omnino *Hydnum*, nec *Radulum* l. *Sistotrema*.

39. *H. subtile* l. c. p. 425.

H. subtile, *Pers. l. c. p. 182.* *H. ochroleucum* var. *subtile*, *Pers. l. c. p. 186.* *H. acutum*, *Pers. l. c. p. 179.*

Obs. 1. Reliquas species Persoonianas, nondum mihi certe cognitae, paucis notem. *Hydnum ochroleucum* *Pers. Myc. Eur. II. p. 186.* vix dubie est *H. stipitatum*, quod passim colore ochroleuco et isabellino variat. *H. rubrum* l. c. p. 190. (tomentosum, rubro-sanguineum, aculeis parvis compactum, cujus forsane synonyma *Theleph. authochroa* *Pers. syn. p. 576.* sive sporotrichum *authochroa* *Myc. Eur. I. p. 79.*) distincta omnino apparet species — *H. setosum* *Pers. l. c. p. 213.* quoad descriptionem saltem haud recedit a forma *Hydni mucida*, — *H. proliferum* l. c. mihi prorsus incognitum; cum *H. udo* suspicor affinitatem; forsane atypicum! De *H. muscicola* l. c. p. 181. hoc certius affirmo *H. denticulatum* et *H. Vitalbae* l. c. variis accedunt. *Sistotrema laxum* *Pers. l. c. p. 201.* bene cum *Hydno arguto* convenire

videtur. *S. plumosum* l. c. monstrosa progenies. *Hydno equalino* optime convenit *Sist. taurinum* l. c. p. 191.
 — Omnisinus *H. sudans* et *H. calvum*; utrumque enim saepe et copiose in agro Femsionensi legimus, at ab hoc genere longe distare videntur.

Obs. 2. Alias species, etiam sub hoc genere in Syst. Myc. descriptas, ad genera nova *Irpeex* et *Radulum* translocandas judicavi, cum revera sunt sectiones naturales, quibus sejunctis genus melius limitatur et species certius et facilius dignoscuntur. Sequentia vero tria genera inter se valde distincta, tantum *Hydnis* propriis, utpote communi centro, connectuntur. Haec est ratio, quare omnia *Hydna* aculeis deformatis sub eodem genere (*Sistotremate*) conjungere non debeamus. Sunt nempe: *Sistotrema*, Nobis *Hydnorum* radius versus *Agaricinos*; *Irpeex* versus *Polyporeos*, *Radulum* versus *Auricularinos*. Synoptice horum differentia ita exprimitur:

* *Hymenio infero.*

1. HYDNUM. Hymenium subulatum.
2. SISTOTREMA. Hymenium lamellulatum.
3. IRPEX. Hymenium lacero-dentatum.

** *Hymenio ambeunte.*

4. RADULUM. Hym. tuberculosum.

X. SISTOTREMA.

S. M. 1. p. 426. *Grev. Cr. Scot.* 1. 248. *Wahl. Succ.* p. 966. *Chevall. par.* p. 271.

Obs. 1. Ut *Daedalea* a *Polyporo* poris elongatis sinuosis, sic *Sistotrema* ab *Hydno* aculeis explanatis sinuosis recedit; utrumque quoque horum generum *sublamellosum* dicitur. Cel. *PERSOON* in *Mycologia* ita reformavit, ut species aculeis incisissimis necum ad *Hydna* retulerit, sed adhuc complectatur tum sequentia duo genera, quam *Polyporos*, *Daeda-*

leas, Merulios laceratos Hydnaque deformia. Hoc sensu sumtum valde artificiale mihi videri, fatendum est. Hinc ita limitare volui, ut Polyporos nullo puncto tangat. Affinitas tantum cum Hydno adest; analogia cum Irpice. Icqñ citata Cel. Grevillei characterem optime ante oculos ponit.

Obs. 2. Species nulla certa nova hujus generis post editionem Systematis Mycologici mihi innotuit. *S. muscorum* Schwein.! Car. n. 847. e descriptione hujus quidem generis videtur, sed specimina, tam a Cel. SCHWAEGRICHENIO, quam SCHWELNIZIO accepta, Hydnum potius referunt. Tam receptaculum, quam hymenium in statu typico ab observato recedere suspicor. — *S. Cerasi* Chev. par. p. 471. mihi prorsus incognitum est. Suspicionem, quam de hoc insigni foveo, donec specimina viderim, supprimo.

X. B. IRPEX.

Hydni Spec. *S. M.* — Irpex. *S. O. V.*

Char. Hymenium inferum, concretum, jam primitus in aculeos discretos dentato-lacerum. Aculei varii, cum pileo homogenei, *seriatim* l. *reticulatim* dispositi, basi plicis (lamellosis, sinuosis, porosis) concatenati. Asci tenues, tantum in processibus dentatis collocati. *Pileus libere evolutus, subcoriaceus.*

Obs. 1. Aculeorum forma minime constans est, saepius quidem compressa, sed etiam prorsus subulata et regularis. Essentialis vero differentia, qua non tantum species vere affines consociantur, verum etiam ab omnibus Hydneis dignoscitur genus, positus est in aculeis non libere enatis, sed e plicis, quibus basi inter se junguntur, unde oritur earum situs seriatus aut in quincuncem sparsus. A Sistotremate et Radulo insuper differunt habitu, vegetatione et

substantia numquam carnosa, qualis pileus in *Sistotremate* et hymenium amphigenum in *Radulo*. Tamen versus *Hydna* centralia limites confluere videntur. Sic *Irp. lacteus* resupinatus *Hydnum* facile dicendus. Hinc quoque olim conjunxi haec genera; at, cum valde illines species hoc modo facile confundantur, generalde remota v. c. *Hydneum* et *Daedalea* haud rite mitentur, jam distinguere cogor. Revera adsunt 10 typi distincti; quorum differentia in speciminibus rite evolutis facillima, et, si evolutionem hymenii spexeris, in omni statu palpabilis. Differentia aedalearum, v. c. *D. unicoloris*, mox apparet ex ymenio harum primitus sinuoso, demum lacero, infuse contorto. Nam in *Irpice* plicae connectuntur veros aculeos, nulla dissepimenta sinulorum pororum formant. Hinc oppido *Hydneum* genus. ab *Hydno* et *Sistotremate*, ut *Merulius* a *Polyporo* *Daedalea* differt.

Hist. Fungi lignatiles, superficiales, persistentes, subeffusi, nunc reflexi marginati, nunc toti resupinati, juniores byssini. Species inter se valde lines simulque polymorphae; unde limitatio difficilis, saltem specierum resupinatarum. Generis designationem primi indicarunt *Albertini* et *Schweiniz*.

Trib. I. A P U S.

Char. Pileus dimidiatus, sessilis aut postice erectus, marginatus. Dentes seriati, connexi plicis parallelis, raro sinuosis.

I. pendulus, pileis membranaceis plicatis flavis, postice porrectis, margine dentibusque seriatis compresso-laceris candidis. — *S. M.* 1. p. 413.

Obs. Optima generis species. — *H. crispum* *Khaeff.* etiam hujus generis videtur, sed ejusmodi aliquid nullus Recentiorum vidit. Cum fungo alio descripto vix conjungendum videtur.

2. *I. paleaceus*, subeffusus, pileis reflexis subtortosis albis, dentibus subfoliaceis ochraceo-lidis.

Hydn. paleaceum. *Thor. Chl. Laud. p.* 492. & *Pers. Eur. II. p.* 203.

Characteres bonos offert. Dentes magni, incompressi, paleas in receptaculis plantarum consutarum imitantes. *Ad truncos pineos vetustos Gallia prope Dax.*

3. *I. fusco-violaceus*; subeffusus, pileis reflexis sericeis canescentibus, dentibus lamellosis fusco-violaceis.

Agricus decipiens. Willd. in Bot. Mag. 4. p. 12. *f.* 5. *Sistotr. fusco-violaceum. Ehrenb. silv. Ber. 1. p.* 421. *Schl. Ber. II. p.* 197. *Daedalea fusco-violacea. Fr. Dresd. 2. p.* 432. *Daed. decipiens. Sommerf. I. p.* 271. bene, excl. *Polyp. abietino Fr. Sistotr. violaceum β. Pers. Myc. Eur. II. p.* 203.

In statu perfecto pilei numerosi, arcte imbricati, concrecentes, dilatato-reniformes, 2 unc. lo ultra unciam lati, zonis nonnullis depressis coloribus concentricis sulcatis notati, albido-canescetes, villo tenui sericeo. Margo deflexus, saepe pandus. Sed varie mutatur. Saepe totus effusus non tantum immarginatus, verum etiam ambitu filoso albicante. Substantia suberoso-coriacea, viscosa et lenta, tenuis, floccosa, alba; contextu Resupinatis laxiori. Hymenium violaceo-fusco firmum, persistens, constructione valde proposita sed et valde variabili. Ubi regulare, a basi usque ad margines porriguntur plicae tenues dichotomae quibus impositi dentes compressi, acuti, subnigrescentes, jam primitus discreti. In aliis individuis dentes magis luxuriant, venis obsoletioribus, surculis dilatatis, spathulatis, paleas referentes, tamen bene seriato junctae. *Ad truncos pineos. (v. s. e. Sarnia, Ruthenia etc.)*

Cum *Polyporo abietino* poris laceris a plerisque confusus videtur, tamen, quantum ab hyum

versissimo in speciminibus siccis concludere liceat, iam genere distinguendus. Idem suadent autoptae *cinus*, *Sommerfelt* etc. Syst. Myc. editurus hanc eciem non videram, quare *P. abietinus* huc non audus. *Sist. violaceum* vulgo ad Polyporum abietinum omnino pertinet. Singulare insuper videtur ejus nullum vestigium in Suecia australi et media vium fuisse, ubi *P. abietinus* ubiquetarius.

Obs. Aliam vere distinctam speciem ex Australi acceptus, pileo suberoso azono villosa cascente, dentibus connexis transversim planis pallioribus (*H. occarium*. Mich.); sed descriptionem im elaboratam inserere nolui, cum specimina non plius adsint. (*I. canescens*).

I. lacteus, albus, pileis coriaceis reflexis azonis villosis, dentibus confertis seratis acutis subincisis. — *S. M.* 1. p. 412.

Ceteris magis Hydnum refert, cum aculei saepe bulati et integri, sed seriatim dispositi sunt basi minus connexi. At eandem speciem inter corcem et lignum nascentem totam effusam vidi acuosque liberos fere, ut in Hydnis, quod vero minus raudum putavi, cum hic status evidenter atypicus.

I. sinuosus, effusus, albus, margine brevi reflexo villosa azono, dentibus subulatis basi sinuosa connexis.

Optime distinctus, Daedaleorum differentiam culenter ante oculos ponens. Primo propullulant duli minuti hemisphaerici villosi, linea vix latioris, in pileolos minutos oblique cupulares abeunt; hi vero mox explanantur sensinque fungorum mealium more in series longissimas, pedales usque, d angustas, 1–2 lin. crassas confluent. Margo ibescens, semper determinatus, superior breviter flexus. Pars adnata concolor est, sericea, a matrice separabilis. Hymenium peculiare, primo sinuosum et sterile, sed mox exserens dentes longius subulatos acutos compressos. Satis fugax est.

serotinus, sed vere tantum putridus et lutescens invenitur et tum facies proorsus Hydni. *Pluries e Ruthenia misit Cel. Weinmann; equidem unico tantum loco, sed per quinque annos reducem habui supra ramos dejectos coacervatos Quercus, hieme mili. (v. v.)*

Trib. II. RESUPINATUS.

Char. Effusi, resupinati, immarginati. Dentes venis reticulatis concatenati, unde hymenium in ambitu subvenoso dentatum.

Obs. Quoad characteres affines Merulii, sed habitu longe recedunt. Similitudo, quae inter Irpices et Merulios, potius analogia, quam affinitas. Nec negligendum videtur, analogia genera in diversis Pileatorum subordiibus, praecipue vero in Polyporeis et Hydneis, quoad *Receptaculum* etiam aequae evoluta esse. Infimum genus et Polyporeorum et Hydneorum semper resupinatum; proximum (nemp Merulius et Irpex) etiam pileato-reflexum; sequens (Daedalea et Sistotrema) insuper irregulariter stipitatum; centrale (Polyporus, Hydnum) omnes diversitates complectitur.

6. *I. Cerasi* S. M. 1. p. 382. sub Polyporo.

Cfr. Radulum orbiculare.

7. *I. spathulatus*, effusus, adnatus, tenuis, albus, primo byssaceus, dein glabratus, dentibus subspathulatis venis reticulatis connexis.

Hydn. spathulatum. *Schrad. interpretibus A. S. p. 263!*
— S. M. 1. p. 423. Sistotrema. *Pers. Myc. Eur. 1. p. 197.*

Species praeclara, at rara. Late effusus, determinatus, sed confluens, fibrosus, adultus fere glaber, lacteus, siccitate passim lutescens. Hymenium totam superficiem supinam tegit, primo et in ambitu reticulato-venosum, verum jam tum dentatum; mox dentes a se invicem omnino distincti excrescunt, *recti, obtusiusculi, primo villosi, dein glabri, sub*

athulati, sed etiam teretiusculi, angulati et sae-
us integri. *In cortice abiegno; etiam a Cel.*
maillet accipi. (v. v.)

Fusius descripsi, quam licuit in *S. M.*, ut diffe-
ntia pateat. Descriptio *SCHRADERI* bona; icon, ut
reliquorum *Hyduorum*, ob venas neglectas minus
adtrat. Sed fungum *Schraderianum* me effugisse,
x crederem; ex *Alb.* et *Schweid.* determinatiōe
caesens est! Loco et descriptione suadente etiam
! hanc referendum est: *Xylodon candidum* Ehrenb.
!v. Ber. p. 30. *Sistotrema* Pers. *Myc. Eur.* II. p.
!9. *Hydnum*. Schlechtend. Ber. p. 197., sed spe-
men haud vidi.

I. obliquus, effusus, adnatus, albo - pallescens,
ambitu subhyssino, dentibus compressis inae-
qualibus incis. *S. M.* 1. p. 424.

Cfr. l. c. Vulgatissimus hujus generis ad cortices
etulae, *Fagi* etc. Priori affine, sed aculeorum for-
a ab hoc et adhuc magis a *R.* orbiculari differt.
olor ex albo sordide l. ligneo-pallens. Junius
!porosum est hymenium, passim vero sinuosum,
!mo locis verticalibus basi lamellosae insident
!ntes.

Valde laetor, quod species *Schraderianas* *Hyd-*
rum certe figere licuit. Cfr. *Radulum orbiculare!*

I. deformis, effusus, adnatus, albidus, ambitu
pubescente, dentibus nunc digitato-incis, nunc
porosis.

H. pseudo-Boletus. *S. M.* 1. p. 424.

Dubia species, sed ad quam praecedentium re-
rem, dubius admisi ob observationem satis curio-
m. Supra epidermidem quercinam sistit tubercula
inuta, dentibus digitato-penicillatis; supra corti-
m vero denudatum omnino porosis gaudet dentibus.
ioribus omnibus tenuior et delicatior. — *Hydn.*
caudo-boletus Dec. ad hunc potius, quam *Polyp-*
etinum spectat: 1) ob locum natalem in *Quer*

2) *ob colorem album totamque descriptionem*; 3) *ob P. dulosum a Cel. Decandolle paulo supra descriptum, cum contra hujus nulla ceterum mentio sit, licet* 4) *In monte Jura saepe lectus sit, unde mea specimina a Chailletio habeo. Observandum tamen, Cel. Chaillet etiam mihi Polyp. abietinum pro H. pseudo-Boleto misisse.*

10. *I. carneus. Hyd. carneum. S. M. p. 420. Semel modo lectus, Meruliis subaffinis, sed bene distinctus.*

Obs. *Sistotr. niveum Schwein. Car. n. 964. etiam hujus generis, sed specimina non vidi et prioribus nimis affine est.*

X. c. RADULUM.

Char. *Hymenium caroso-ceraceum, concretum, ambiens, hinc inde tuberculosum. Tubercula difformia, nunc papillas, nunc aculeos rudes subangulatos referentia, subobtusâ, distantia, inter se discreta l. irregulariter fasciculata, intus e receptaculo formata. Asci non in tuberculis tantum, sed saepe etiam in hymenio laevigato collocati. Semper Resupinata, effusa, erumpentia l. cortici interiori innata.*

Obs. *Ab omnibus Hydneis recedunt: 1) Hymenio interrupto, ambiente, nec ut in ceteris absolute terram spectante, quare aculei eorum locis verticalibus necesse obliqui et in plano horizontali tantum in pagina inferiori nascantur, 2) Tuberculis difformibus et 3) vegetatione. Ab Irpice insuper differunt tuberculis distantibus, semper libere enatis nec basi lamellosa l. porosa junctis, obesius, nec tenuibus aut compressis, hymenioque caroso nec laminari membranaceo. Unica tantum species (R. orbiculare) aberrans est.*

Histor. Pauci fungi, intima affinitate connexi, in diversis locis dispersi quam Raduli species. In Thelephoris, nunc Hydneis subscribuntur, imo Racodium dicta fuit optima species tuberculaque o Sclerotiiis habita sunt. Sed vegetatio prorsus peculiaris consociationem primo suavit et accuratior exquisitio probavit. Omnium forsitan Pileatorum axime naturale. Omnes species, a me lectae, arborae, per epidermidem erumpentes, optimae simul natae, decorticantes, brumales, satis persistentes, inter se distinctissimae, sed circa eundem typum facilitate colliguntur. E caractere Hydneum, sed vegetatione Auricularinum; equidem potius dicorem Thelephoram in Hydnum, quam Hydnum in Thelephoram abiens. Paucas modo citavi species; varias verò ad Auctores invenimus huc forsitan spectantes v. in *Personâ Myc. Edn. Schwein. Syn. fung. Car.* c. gr. *Thelephora Sistotremoides*, quae annon novis generis, Auctor quaerit. Tum addenda nova sectio *superficialium*.

† *Hydnoidea*. Per epidermidem erumpentia.

R. pendulum, pileo effuso breviter reflexo coriaceo-molli pubescente, hymenioque tuberculoso lacteo-pallescente.

Thelephora hirsutae fere proximum; sed erumpens, brevissime reflexum. Secundum rimas epidermidis longitudinaliter effusum, unciale et ultra, d vix 2-3 lin. lata est pars reflexa et pubescens, mollis. Substantia subcarnosa, mollis, alba. Hymenium hinc inde tuberculatum, tuberculis raro inermes porrectis, pallescens. *E ramis vetustis abieis unpens rarissime. Dec: (v. v.)*

R. orbiculare, effusum, orbiculare ambitu byssino, dein effusum glabrum, albido-lutescens, tuberculis difformibus subelongatis fasciculatisque.

Hydnum paradoxum *Schrad. Spic. A. S. p. 263. fide specimenia!* Sistotrema digitatum, *Pers. Syn. p. 553.* Hydnum Radula *S. M. J. p. 423. Pers. Myc. Eur. p. 195. H. laevigatum. Pers. l. c. p. 195. fide spec. Schleicheri. Sistotrema deucoplaca ib. p. 196. ex descriptione omnino ad hujus var. — H. flexuosum Schleich.!* Hyd. spatulatum, *Grev. Ed. p. 406. odontia Cerasi. Pers. Obs. 2. p. 16. Sistotr. Syn. p. 552. (specimina a Cel. Guépil accepti pulchra) Radulum orbiculare. Grev. Pr. Scot. s. 278. factis valde Hydnoideis.*

Varium et mutabile est omnis fungus resupinatus; sed tam versiformem quam praesentem novimus nullum. Non tantum plures species colligit, verum etiam in variis statibus diversissima genera refert. Nunc Hydnum, nunc Thelephoram mentitur, hinc probe consideratus hymenii et vegetationis indole hujus potissimum generis. Per corticem normaliter erumpens, aculei revera tuberculosi passim obsoleti et papillas tantum leviter prominulas sistencia, hymenium carnosum undique ascigerum ambiens, verbo characteres hujus generis. Habemus specimenia H. laeto, loco excepto, simillima. Omnia synonyma individualia sunt; duorum decenniorum studio genuinum ambitum speciei mihi innotuisse spero. Eo vero factum est, ut descriptionem universalem et diagnosin absolutam aegre sistere possim. Formas nonnullas insigniores, inter se vero facillime confluentes, seorsum notabo. a) Per epidermidem rimosam, praecipue Cerasi et Betulae, erumpunt receptacula villosa, mox dilatato-orbicularia, vix uncialia, in ambitu adnato byssino sterilia, in centro instructa tuberculis elongatis difformibus liberis, nunc rectis, nunc digitatum divergentibus, per plagas laevigatas quoque fertilia, quod non in Hydnis, sed sensim dilatatur, confluit, glabrescit. Color primo lacteus, dein lutescens l. ochraceus evadit. Hymenii substantia cum colore mutatur, primitus byssina est, dein ceracea, demum carnosae, et tum color simul plus minus in carneum vergit. Tubercula obtusa, difformia, elongata, distantia, sed et fasciculata et varie connata, fragilia, intus floccosa alba. b) Alio

ico hymenium minus evolutum, subplicatum, tubercula fere obsoleta, color demum alutaceo-carneus. lic status, qui *Sist. leucoplaca* Pers., omnino prioris. Et cum papillae saepe plicis mixtae sint, facile crederem, *Sist. Cerasi* Cheval. par. p. 271. t. 6. . 11. c) effusum, carneum, hymenio crasso papilloso, esse statum senilem, aculeis detritis! Haec forma etustissima insuper demum d) in ambitu libera, imoso-partita, tuberculis valde distantibus hemisphaericis. Ex hac regione sunt forinae *Thei. hydnoi-leae* Pers. simillimae. Sub epidermide saepius adest in omnibus formis mycelium sub *Racod. papyraceo* tum aliorum fungorum comprehensum. Alias formas insuper describit Cel. PERSONOON; omnium descriptio libellum paene constitueret. Synonyma tantum quae certa visa sunt, attuli; plura dubia in posterum reservo. *Hydnum paradoxum* Schrad. valde listortum et neglectum hujus potissimum loci, icon amen minime convenit. A multis formam Theoborae bombycinae *Hydn. paradoxum* dici novimus, sed a Cel. FICINO aliisque Germanis hoc pro *H. paradoxo*, ut descriptio bene suadet, vero accepimus. *Irpex obliquus* aliaque *Irpicis* species, quas huc facile traheres, hymenii typo, dentibus membranaceis compressis, demum haud carnosus, certo dignoscuntur. *I. Cerasi*, quoad habitum sat similis, etiam non potest non differre, quia basis porosa in illo genuina, nec tantum hymenium faveolatum inter tubercula connata. Sed Personoonii *S. Cerasi* vix ad *Irpicem* spectet? *Ubique! apud nos in ramis prostratis Betulae, nec alibi, sed in exteris terris etiam in Ceraso, Tilia, Sorbo, Amelanchiere etc. lectum.* (v.v.)

? *R. molare*, late effusum, adnatum, rude, glabrum, ligneo-pallens, tuberculis difformibus obliquis inaequalibus.

Hydn. molare Chaill. in litt. cum variis formis, quae forsitan *Sistotrema molare* Pers. *Myc. Fur.* p. 194. t. 22. f. 1. et aliae species l. c.! (Ipse inventor de synonymia *Personoonianis* dubius est.)

Admodum rude et inaequabile, infra cortices extensum, sed supra late effusum, crassiusculum, glabrum sub lente pruinatum. Substantia carnea, siccitate rigescens. Hymenium admodum varium, nunc quasi deliscens in tubercula maxime difformia, apice denticulata, quasi e pluribus aculeis confluentia, nunc tenuia fere subulata, sed valde irregularia, distantia. Abnorme quidem apparet in hoc genere, sed vegetatio, facies, hymenii indoles huc revocat. Videtur species cum priori analogae, locis, ubi nascitur, non minus protea. Ab omni *H. quercino* nostro longe diversum. *Ad truncos vetustos quercinos.* (v. s.)

†† *Genuina*. Innata, per epidermidem erumpentia, decorticantia.

4. *R. fagineum*, innatum, decorticans, glabrum, album, pallescens, tuberculis elongatis variis teretibus obtusis integris. — *S. M.* 1. p. 423.

Simile *R. orbiculari*, praecipue quoad tubercula, sed vegetatione prorsus differt. A sequente vix nisi colore recedit, nam tubercula saepius quidem magna Hydroidea, tamen maxime variant, subinde papillosa. *In Fago, Betula.* (v. v.)

5. *R. laetum*, innatum, decorticans, carneo-aurantiacum, tuberculis difformibus obtusis elongatis papillosisve.

Theleph. Hydroidea. Pers. Myc. Eur. 1. p. 137. *S. M.* 1. p. 445.

Crescendi modo et colore laeto, nunc flavescente, nunc carneo, dignoscitur. A proximis genere neutiquam separandum. *In Carpino, Fago.* (v. v.)

6. *R. botrytes*, innatum, decorticans, tenue, glabrum, spadiceo-pallens, tuberculis conglomeratis pedicellatis flavis.

Planta paradoxa, *Theleph. comedenti* similis, sed adhuc tenuior, obscurior atque tuberculis aspera. Haec vero tubercula sunt distantia, inferne angustata

lucida, lutea, mollia, apice tuberculosa l. botryosa, potius dicas tubercula plura conglomerata et stipite fulta. *Ad ramos crassiores Quercus.* (v. s.)

R. glossoides, innatum, decorticans, tenue, glabrum, ligneo - pallens, tuberculis distantibus ligulatis obscurioribus.

Sistotrema. *Pers. Myc. Eur. II. p. 193.*

Non vidi, sed cum nec de genere nec de specifica differentia dubium restare videatur, admisi. Dentes omnino aequales, exceptis nonnullis minoribus, compressi et obtusi, glabri, sparsi; lineam minus inter se remoti. "In Gallia ad corticem (*quercinum?*), epidermide denudatum. De Vermont.

R. aterrimum, innatum, decorticans, strigosum, atrum, tuberculis difformibus elongatis compressis subrugosis nigris. *S. M. I. p. 416.*

Racodium turfaceum var. cornutum. *Pers. Myc. Eur. I. p. 68.* („sui generis.“)

Cfr. *S. M. I. c.*

XI. PHLEBIA.

S. M. I. p. 426. Richnophora, Phlebia *Pers. Myc. Eur. II. p. 7, 8.* Auriculariae species *ib. I. p. 97.*

Genus certe Thelephoris proximum, sed hymenio plicato! nunquam setuloso etc. facile distinguendum; inter Thelephoras et Merulios medium. Richnophora et Phlebia minime separari possunt; equidem *Phl. merismoidem* et *radiatam* potius specieungerem, quam genere distinguerem.

Trib. L. A. P. U. S.

1. ? *Ph. mesenterica*, pileis dimidiatis villosis fasciatis fusciscenti-griseis, subtus plicatis fuscoviolaceis.

Mich. nov. gen. t. 66. f. 4. Thelephora tremellina Swartz
Auricularia tremelloides Bull. Champ. t. 290. Helv.
mesenterica Dicks. — Bolt. t. 172. Thelephora me-
mesenterica Pers. Syn. p. 571. Auricularia mesenterica
Pers. Myc. Eur. p. 97. Th. tremelloides Chevall. Par.
 1. p. 92.

Subimbricata, coriaceo-mollis, subgelatinosa, junior resupinata, effusa, mox reflexa; supra villosa brevi, griseo, rufescente l. olivaceo sericea, plerumque zonis concentricis fasciata. Hymenium glaberrimum, inferum, obscure purpurascens l. fusco-violaceum, plicis sparsis flexuosis ramulosis, nunquam papillosum. Planta mihi non obvia, sed, ut videtur, valde diversa ab *Exid. Auricula Judae*; nec hymenium scrobiculato-lacunosum, nec adsunt papillae heterogeneae. *Ad truncos* (v. s. a Cel. Wahlenberg communic.)

Trib. II. RESUPINATUS.

1. *Ph. Merismoides* l. c. p. 427.

Grev. Crypt. Scot. t. 280. nitidissime.

Conferenda, quae Cel. Vir loco citato attulit. Etiam sequens species in Scotia detecta ab inclytissimo CARMICHAEL.

2. *Ph. radiata* l. c.

Varietates valde insignes, sub hac specie comprehendendae:

a. carnea, obscure carnea.

In statu regulari orbicularis, sed saepe confluens et late effusa. *Ad cortices et ligna betuligna.* (v. v.)

β. pallida, carneo-pallida.

Tenuior, plicis tenuioribus. *Ad cortices alneos, uercinos etc.* (v. v.)

γ. *cinnabarina*, carneo-cinnabarina.

Theleph. cinnabarina Schwein.! in lit.

Latissime effusa, tenuis, laeta. *Ad cortices Americae.* (v. s.)

δ. *fulgens*, saturate carnea, subviolascens. *Ad cortices Fagi.* (v. v.)

ε. *livida*, gilvo-livida.

Plicae saepe ramulosae. *In ligno dejecto Pyri Mali.* (v. v.)

ζ. *carneo-plumbea*; in *Fago.* (v. v.)

Ceterum et haec muscos incrustans ramulosa. Est e plantis maxime polymorphis. *Substantia cartilaginea!* Haec species typus generis *Phlebiae!* Mirum, hunc vulgarem et exinuum fungum tam diu latuisse; ratio forsán, quod in regionibus montosis hieme pauci Botanici degunt. *Missa vero e Norvegia, Scotia, Gallia, Ruthenia, America.*

† *Abnormis*; tamen vera *Phlebia ex hymenio.*

4. *Ph. vaga* l. c. p. 428.

Nulla omnino cognatio specialior cum *P. Merisnoide*. Historiam ejus maxime memorabilem heic usius enarrare lubet: Junior fibrillas modo sistit radiantes, sulphureas, apice plumosas pallidiores, valde delicatas; mox fibrillae incrassatae evadunt carnosulae, sed plurimae adhuc liberae; dein confluunt, unde superficies peculiari modo quasi e venis sibi invicem incumbentibus forinata. Sensim vero hymenium unitum carnosogelatinosum, venosum, venis apice in papillas elevatis. *Singulare naturae artificium!*

Obs. *Athelia sericea Pers.!* *Myc. Eur. I.* p. 85. hujus certe status imperfectior est. Si hanc et *Thelephoram sulphuream* perfectas habes, diver-

sissimas facile videbis, sed mycelia sat similia; *Ph. vagae* vero magis sordida sunt. Affinitas forsitan quoque adest cum *T. reticulata*, sed nostra non *Coniophora*.

XII. THELEPHORA.

S. M. 1. p. 428. *Thelephora*, *Merisma*, *Coniophora*, *Athelia*. Pers. *Myc. Eur.* p. 83-159. *Pezizae* et *Clavariae* spec. *Ibid.* — Varios status degeneratos exhibent *Xylostromatis*, *Ilmantiæ*, *Ozonii*, *Sporotrichi*, *Racodii*, *Ilyphae*, *Rhizonorphæ*, *Psibrillariae*, *Ceratonematis*, *Acrotamii*, *Dematii*, *Alytosporii* etc. species Auctorum.

Obs. 1. Hymenium in plerisque laeve, papillis spuriis tantum in paucis genuinis; saepius vero setulosum, ut setulae in plerisque pellucidae difficulter dignoscendae.

Obs. 2. Genus hoc loco integrum servo, quale in Syst. Mycol. proposui, etsi in posterum subdividendum, alia vero ratione, ac hactenus factum vidimus. Infimi ordinis sunt distinctiones genericae et forma tantum pendentes. Certissimum nobis videtur, formas pileatas, clavatas (*Merisma* Pers.) cupulatas (*Peziza amorpha* Pers. etc.) ex analogia generis Sphaeriae l. Hypoxyli neutiquam removeri posse. *) Nexu naturali ita cohaerent, ut formae

*) Videbimus infra, eandem speciem ab eodem Auctore ut *Thelephoram* et *Pezizam*, ut *Thelephoram* et *Merisma* descriptam esse. Necesse est, ut e generum limitatione et forma discodamus. Adsunt differentiae certissimae et fructificatione desumptae. Vidimus porro eandem speciem et formis diversarum analogis componi. Sic v. c. *Thel. caryophyllaea* et variis hybrida fuit. — *Papillae verae* sunt, quae nec e Sphaeriis l. nodulis matris ortae sunt nec in siccis speciminibus collabuntur ut in *plurimis*; papillae adsunt tantum in duabus tribusve speciebus *T. papillosa*, *granulosa* etc.; Hydnis forsitan et *Phylacteriis*.

cupulatae neququam limitari possint, ne ut sectiones quidem v. c.

a) MERISMA omnibus notis cum Thelephoris exactissime convenit, excepta forma, quae vero omnino vaga est. Nobiliss. de Schweiniz, qui hujus generis reductionem probavit, plurimas species Americanas misit, quae Merisma et Thelephoram eximie jungunt. Sed et apud nos *Merisma flabellare* Pers. est status macrior *Theleph. caryophylleae*; *Merisma strigosum* P. degeneratio *Theleph. laciniatae*. Item *Merisma? fastidiosum*, bene suspicante Persoon. in Synopsi, verissima est Thelephora. Porro species incrustantes e matrice, cui innascuntur, formam suam induunt! Servo multa specimina *Th. cristatae* β . omnino laevigata et effusa, ambitu tantum strigoso, ut in *Th. gigantea*, rarius incrustantes videre licet. Perfecta papillosa est *Sommerf. Lapp.*! Species Merisimatam decumbentes nullo modo a Thelephora differunt. Sed et *Merisma palmatum* Pers.!, quae optima species, passim habet pileos cyathiformes, adhuc frequentiores in *Th. Cladonia* Schwein., quales et in *Th. coralloide* notat Bulliard! Si alia, *Th. palmata* Pers., e Thelephora et Merisimate hybrida, haec genera jungit; ut in posterum servem evidentissimum exemplum, *Th. multipartitam*. Differunt igitur Thelephorae et Merisinata haud secus, ac Cladoniae et Scyphophori. *Cum Clavariis ramosis nulla prorsus affinitas!* Substantia coriacea; thecae, ut optime Link, in inferiori pagina, etc.

b) *Thelephorae cupulatae* (Peziza amorpha etc.) etiam certius hujus loci, nam hymenium toto caelo a Pezizis recedit ascis tenuibus absque paraphysibus, sporidiis secedentibus nec elasticis etc. ut etiam a Rhizinis, quarum forma omnino Thelephorae effusae. Omnes Thelephorae sessiles cupulatae variant v. c. *Th. hirsuta* ut, si generica differentia e forma tantum penderet, Thelephora et Peziza nullo modo differrent. Quae primitus optimas cupulas sistunt, *dultae optimaee Thelephorae* cfr. *Th. versiformis*.

Has Thelephoras cupulares, ut sectionem Theleph. Apodum proposui, sed ne tribus quidem e sola forma limitari potest. Occurrunt plures *Agarici cupulares*, *Cantharelli* (*Peziza lamellata* Poll.) Quos si quis ad *Pezizas* retulerit, equis probabit?

c) *Coniophorae* species primaria in statu perfecto est *Merulius*, supra jam descriptus.

d) *Atheliae* Pers. quotquot vidi, quae quidem plurimae, verae sunt *Thelephorae* juniores L. abortivae. Multa infra videbis exempla. Plurimae species in statu abortivo *pellicula modo discolori* loco hymenii instructae, sed in statu rite evoluto *genuino* gaudent hymenio. Quam parum certum characterem papillarum praesentia L. defectus offerat, docent plurimae species corticolae. Optimae *Atheliae* sint *Th. pusilla*, *Monothelia* (quas status modo elementares aliarum specierum esse, facillime patet), *Th. Tiliae*, *Fraxineae*, *Piceae* etc., quarum papillae *Sphaeritii* nodulis corticis, aliisque *quisquiliis* ortum suum debent. *Emetamorphosis* *Thelephorarum* maxime fallacibus sunt corticolae illae e *Sphaeritis erumpentes* v. c. *Th. fallax*, quarum nulla genuina species; sed omnes has simul late effusas in ligno decorticato vidi laevigatas, et omnes characteres e papillarum forma etc., utpote ad locum nec ad plantam pertinentes, omnino fallentes. Ipsa *Th. polygonia* supra lignum crescens laevissima est. Paucis exceptis speciminibus hymenio laevi potius typica sunt, quam papillosa.

e) Species plurimas *Xylostromatis*, *Alytosporii*, *Himantiae*, *Ozonii*, *Racodii* P., *Hyphae*, *Rhizomorphae*, *Fibrillariae*, *Ceratoneomatis*, *Acrothamnii*, *Dematii* etc. mera esse mycelia fungorum *Pileatorum* certum habemus. Plurimae quidem ad *Thelephoras* pertinent, sed non paucae ad *Hydria*, *Polyporos*, immo *Agaricos*. Sed nimis longum et parum utile eas ad species suas referre, praecipue cum *degenerationes* diversarum specierum adeo similes sint, ut eas vix ex specimine, multo minus e descriptione distinguas. Miror equidem, auctores tam paucas ge-

nerum istorum habere species, cum, si eas distinguere luberet, numerum quadruplo majorem afferre possem. In Mycologia theoretica de hac materia praecipue disseram. Sed ut exemplum polymorphae mycelii indolis proponam *Thelephoram sulphuream*, quam, ni fallor, *solus hactenus hymenio perfecto ascigero subpapilloso* legi, licet a quamplurimis notata sit, et cujus degenerationes sequentium generum characteres optime exhibent. Omnia synonyma infra allata 1) *e speciminibus authenticis novi*, 2) *viva in natura vidi, ut neutiquam dubitare possim, quin eandem sistant stirpem.*

Thelephora sulphurea. S. M. 1. p. 452. cfr.

- a. Hymenio carnosio crassiusculo subpapilloso fulvo, setulis minimis albidis (sub lente). Haec forma normalis hactenus descripta non fuit; varii vero abortus in sequentibus generibus aptum locum sibi vindicaverunt:
- b. *Theleph. sulphurea* Dec.! *Ir.* 6. p. 34. *sterilis!*
- c. *Athelia citrina* Pers.! *Myc. Eur.* I. p. 87, (hymenium tenue submembranaceum, siccitate in areolas polygonas diffractum, aut omnino laeve).
- d. *Ozonium croceum* Pers.! *Myc. Eur.* I. p. 86.
- e. *Himantia sulphurea*. Pers. *Syn.* p. 703.
- f. *Sporotirichum croceum* Kunz! *Myc. Hefst.* 1. p. 81., quod
- g. *Alytosporium croceum* Link. *Spec. Pl.* 1. p. 24.
- h. *Xylostroma sulphureum* (sub hoc nomine mihi missum).
- i. *Racodium ochroleucum*. Pers.! *Myc. Eur.* fide spec. Chailletii, quod
- k. *Dematium ochroleucum* Link. l. c.
- l. *Rhizomorpha capillaris* Roth!, quae
- m. *Ceratonema capillare* Pers. *Myc. Eur.* p. 49.
- n. *Rhizomorpha corticata* Act. *Syn.* in add., quae sub

o. *Fibrillaria* in *Pers. Myc. Eur.* citatur et characterem generis optime exhibet.

p. *Mesenterica lutea* *Alb. et Schwein.*

Insuper occurrit lignum colore sulphureo satiatum, qui huic originem debet. Prorsus eadem evolutionis series *Thel. lacteae, sanguineae* etc. — At multo etiam major est aliarum varietas, v. c. *Th. evolventis, Th. setigeræ.*

Obs. 3. Facile agnoscuntur omnes allati abortus defectu ascorum *) sporidiorumque verorum, sed observantur aliae metamorphoses nimis abnormes, ut vix oculis tuis fidem habeas. Sic non sine temeritatis metu enarro, me *Trichoderma roseum* *Pers.* (minime *Trichothecium* *Link.*) in Thelephoram roseam abire vidisse. Sunt quidem hae stirpes quoad characteres diversissimae; *Trichoderma* citatum primo gaudet pellicula e villo tenui contexta pulverem copiosum obtegente, prorsus *Trichodermatum* more, nec cum *Hymenomycetibus* aliquid commune habere videtur. At cum *Th. rosea* convenit 1) *colore roseo* 2) *ambitu*; in *Trichodermate roseo* adest thallus fibrillosus Himantioideus, ambitu *Theleph. roseae* simillimus; 3) *loco natali*; utrumque fungum non nisi in truncis putrescentibus populinis legimus, et semper utrumque in eodem trunco (quare auctoribus, quibus alterutra, altera etiam obvia), licet saepius diversis anni temporibus; *Martio* et *Aprili* optimum reperitur *Trichoderma*, quale praecipue *Albertini* et *Schweiniz* describunt; *Junio* vidi pelliculam villosam evanidam remanente tantum pulvere subiculo instrato; Autumno et hieme *Th. roseam* corrugatam etc.; quae vero simul in sequens ver persistit, ut hoc tempore utraque planta simillima mixta occurrat. Hoc vidi; identitatem tamen harum plantarum pro certo non affirmo, quamquam verisimilli-

*) *Status floccosi* Thelephorarum saepe setulis adnatis tecti, quo a veris *Sporotrichis* facile dignoscuntur.

nam habeo. Nam Thelephora citata habitu multum a reliquis recedit, et identitate probata genus *Hyphe-liae* (quo nomine *Trichoderma* citatum in S. O. V. 1. p. 149. descripsi) servandum videtur. Hoc modo sua fere cuique speciei metamorphosis esse videtur; quas omnes nimis longum foret hoc loco enarrare.

Obs. 4. Relictis omnibus statibus deformatis et elementaribus, perfecti etiam, sive *fertiles ascigeri* ita commutantur, ut aegre eandem speciem agnoscas. Forma stipitata, sessili-dimidiata et resupinata, ne *Merisimoideam* et cupulata supra commemoratas repetam, in una eademque stirpe evidentissime variant. Id quod tam certissime, quam luculentissime probant Thelephora laciniata et Th. terrestris. Variant stipite centrali (*Th. caryophyllea* Pers. non Fries, *Th. ambigua* P.) dimidiatae stipitatae l. sessiles (*status normalis*) laciniato-ramosae (*Merisma strigosum* P.), effusae resupinatae (*Th. umbrina* Pers. *Th. crustacea* Schum.) His sectiones quidem labefactantur, sed non omnino tolluntur; nam omnes species normaliter stipitatae numquam sessiles l. effusae, nec normaliter effusae umquam stipitatae. Apud his mutationibus praecipue obnoxiae, et adnexiorem examinanti difficile non erit statum normalem distinguere. Aequae sane perperam concluderes, Thelephoras omnes resupinatas deformationes esse specierum marginatarum, ac Parmelias crustaceae foliacearum ideo diceres deformationes, quod harum nonnullae crustaceae variant. Sed genera ex receptaculi forma inter Pileatos distinguenda non esse, extra dubium positum.

Obs. 5. Genera nova, in quae hoc olim forsitan ex hymenio et fructificatione abeat, in S. O. V. indicavimus; sed ob limites haud omnino definitos et tramitem Syst. Myc. calcandum integrum hoc loco servo. Praecipue insigniter a reliquis distant 1) species plurimae terrestres contextu, hymenio vere *pilloso plicatore*, *sporidiis fusco-purpureis quater-*

natis ob ascos quaternato-approximatos (*Thelephorae verae*). 2) *Auriculariae*, hymenio in statu normali prorsus laevi aut accidentaliter papilloso, *) sporidiis albis solitariis (non in ascis, ubi plures saepius adsunt, sed quoad situm ascorum). Papillas in speciebus omnibus corticalibus, ut supra notavimus, omnino spurias equidem inveni! nectantum papillae, verum etiam aculei a Sphaeriis incrustatis formantur; sic v. c. *Hydnum paradoxum* variorum auctorum est *Thelephora bombycina*, Sphaeriam ciliatam incrustans. *Auriculariae* igitur laeves dicendae; nec dubitamus hymenium undulato-tuberculosum in speciebus per corticem erumpentibus huic vegetationi saepius adscribere. Hoc genus plurimas sibi vindicat species. 3) Peculiaris quoque est indoles ascorum sporidiorumve, quibus erumpentibus superficies pulveracea evadit in *Coniophoris*, quae hoc loco ut sectio peculiaris allatae sunt, et omnino genere distingui possunt. His hymenium frequenter tuberculosum, sed tubercula collabentia nec persistentia *Raduli*, habitu diversissimi.

Obs. 6. *Thelephorae* genus certe maxime insignis, etsi hactenus nimis neglectum. Species numerosae, eximiae et distinctissimae; sed ad earum determinationem veram necessariae sunt praenotiones de singulari sectionis typo et metamorphosis, quas suo loco exponere studebo; porro specimina perfecta, nam palam est, status incompletos hactenus praecipue descriptos fuisse. Sic quamquam tot auctores *Th. sulphuream*, hymenium nemo descripsit. Quod cum probe perspicerem, hoc genus in *Sist. Myc. parum curavi, novas studio omisi* (p. 428.), (ex quo id saltem commodi, quod nullam speciem falsam, quantum perspicio, introduxi) simul monens, *simplices e quacumque aetate desumptas descriptiones nil ad harum plantarum cognitionem conferre* L. c. p. 441. — Ni valde fallor, solidioris cognitionis

*) *Papillae*, ubi non omnino spuriae, in siccis collabuntur, in *Th. Apodibus Cerecis* etc.

adamenta saltem indigitabo, ex quibus et certius jucundius, perspecta nempe evolutionis serie, evant. Formae normales praecipue quaerendae in *silvis montosis hieme* et primo vere, quo tempore haec a Mycologis raro visitantur. Praeterquam quod in viginti annos hujus species in diversis regionibus diligentissime quaesivi, ditissimas vidimus collectionibus Cell. *Schweinizii* Boreali-Americanarum, *Lundii* Brasiliensium, *Swarzii* Indiae Occid., *Sommerfeldii* apponicarum, *Wormskjoldii* Camtschatk., *Weinmanni* Athenicarum, *Schleicheri* Helvet., *Chailletii* omnium vetiosissimam, Gallicarum *Mougeotii*, Germanicarum *Huberti* etc. Nec non eximia specimina dederunt el. *Kunze*, *Guepin*, *Greville*, *Desmazières*, *Asperen* etc., ut forsitan mireris, numerum specierum in exiguum esse. Sed non quam multa, sed quam varia, quaerendum judico. Paucissima ceterum ab amicis laudatis nobiscum communicata, quae non si legimus. Ne vero fingas, me species pro lubitu duxisse. Nullas conjunxi, quas non aperte conuere vidi; hinc quas conjungo, vix unquam distinguendas credo; quas distinctas admitto, earum nonnullas conjungendas dies forsitan docebit futura.

c. *Th. hirsutae* affines. Probe enim perspicio, neminem sibi unumquemque detrahere, qui sine certa experientia species contrahat. Fatendum tamen, me misisse formas haud paucas dubias, quarum specimina non omnibus numeris completa fuerunt. Descriptiones plantarum imperfecte cognitarum scientiae molem tantum augent. Laetor quoque, quod nostras species Persoobianas Mycol. Eur. ex inventurum speciminibus noscam, sine quibus certe de eadem judicia ferre non auderem.

Obs. 7. Nil magis ad veram specierum cognitionem confert, quam dispositio *naturalis* et *certainic* imprimis operam dedi. *Inter fungos perfectiores impositio ex externo colore nulla peior est.* *Triopus Mesopus*, *Merisma* servavi, quales in Syst. Myc. reposui. *Pleuropodes* cum *Apodibus* ob affinitatem *conjunxi.* *Apodes* et *Resupinatos* ulterius in subtri-

bus, ni fallor, sat naturales divisi. Bonae icones Thelephorarum exoptatissimae sunt! Ad generis studium Mycologicos invito. Quantum temporis et diligentiae in his posui, vix facile quis fingat.

Trib. I. MESOPUS l. c. p. 429.

1. a. *Th. Cantharella*, carnosa, tenax, vitellina, pileo subinfundibuliformi glabro, subtus laeviusculo glaberrimo. *Schwein. Car. n.* 100. quem cfr.

Colore et substantia *Canth. cibarium* refert; sed minor, tenuior, tenacior, infundibuliformi pileo margine inflexo et passim dimidiato, plicaeque plane deficiunt. Hymenium obscurum. Specimen nostrum unciale, pileo 4 lin. lato. *Locis declivibus Carolinae.* (v. s.)

2. *Th. pannosa* l. c. p. 430.

Th. pannosa et *Th. pallida Pers. Myc. Eur. l.* p. 111.

Subtus longitudinaliter striato-plicata, atque in nostris speciminibus, iconi Sowerbyanae perfecte similibus, setulosa.

2. b. *Th. undulata*, coriaceo-membranacea, pileo depresso undulato laevi pallescente, subtus costato-plicato, stipite villosa.

Merulius undulatus Swartz! in *Vet. Ac. Handl.* 1809. p. 176. *Canth. undulatus Syst. Myc. l.* p. 321. *C. fimbriatus Weinm.!* in *Flora.*

Quoad costas rectas prominulas hymenii versus marginem ramosas melior *Cantharellus*, quam *C. cornucopioides*, sinuosus etc.; sed substantia subcoriacea persistente et hymenio setuloso certissime huius generis et priori utique affinis. Stipes solidus, tenuis, firmus, $\frac{1}{4}$ unc. longus, aequalis, pubescens, albidus. Pileus centralis, integer, admodum tenuis, fere diaphanus plano-infundibuliformis, $\frac{1}{4}$ -1 unc. latus, primo obtutu glaber, sed lente adspexu adpresse radiato-strigosus, margine erecto crispato

diato, sed non lacero. Hymenium epapillosum, abrum, sed sub lente forti setulosum. *Ad terram ustam inter surculos Dicranorum ubique Succiae, utheniae etc. aut., hieme.* (v. v.)

c. *Th. cartilaginea*, cartilagineo - membranacea, fusco - purpurea, pileo infundibuliformi repando glabro integro, subtus laevi, stipite nudo.

Admodum singularis substantia valde cartilaginea, in sicco rigida, at simul tenuissima. Stipes unc. longus, teres, tenuis, ferme glaber. Pileus infundibuliformis, umbilico profundo, limbo patente adolato, sed margine integro, ceterum perfecte glaber, laevis aut longitudinaliter striatus, vegetus succidus, siccus, fragilis. Hymenium tenue laevissimum, nudo oculo glabrum, sed armato setulosum. *Ad terram Brasiliae.* Lund. (v. s. a. Cel. Horneann commun.)

Omniño distincta species videtur *Th. infundibuliformis*, maxima, pallide fusca, pileo infundibuliformi extus laevi, intus squamoso - hirsuto, margine lato, stipite eroso brevi centrali. *Hook. in Kunth n. p. 12. In Andibus Peruviae, regione temperata.*

d. *Th. regularis* coriacea, pileo infundibuliformi sericeo - nitente testaceo fusco - subfasciato, margine lacero, subtus subpapilloso pallido. *Schwein. n. 993.*

Solitaria, exigua. Stipes deorsum attenuatus, lilius, glaber, $\frac{1}{2}$ unc. altus. Pileus tenuis, $\frac{1}{4}$ - $\frac{3}{4}$ unc. longus, absque squamis, in siccis fuscescens, margine elegantè fimbriato, rarius subdividiatus. Hymenium abrum, longitudinaliter striatum, subcostatum. *In viscosis ad ripas scaturiginosas Carolinae.* (v. s.)

Auricularia elegans Sow. t. 420., nihil non rite cognita, hoc loco inserenda. Cfr. vero notam ad *Lactarias*, quarum congener, infra.

3. *Th. caryophyllaea*, coriacea, fusco - purpurea, pileo depresso fibroso-lacero, margine inciso, subtus glabriusculo.

Th. caryophyllaea a. *Syst. Myc.* 1. p. 430. (nec Pers.!)
Sommerf. Lapp. p. 280.

- b. imperfectior, pileo in ramos paucos sublineares inciso.

Th. flabellaris *S. M.* 1. 7. 433. (ad *Th. palmata*, cui similis, neutiquam referenda). *Merisma flabellare* Pers.

Judicium nostrum de speciebus citatis in *Syst. Myc.* jam prolatum, sed ob aliorum divergentia suspensum, in natura semper confirmatum vidimus. Servo specimina, ex dimidio *Th. caryophyllaeam*, ex dimidio *Merisma flabellare* sistentia. Mixtae semper nascuntur. Ab omni *Th. palmata* et *laciniata* differt hymenio glabro, odore nullo, stipite distincto verticali etc.

3. b. *Th. multipartita*, coriacea, fusco - cinerea, pileo glabro ad stipitem usque ramos multipartito, laciniis sursum dilatatis incisis, subtus laevi glabro. *Schwein.!* in lit.

Quisquis hanc speciem viderit, non amplius de *Merisimate* et *Thelephora* jungendis dubitabit. Stipes erectus l. incurvus, aequalis, uncialis, superne abit in ramos plures verticillatos in formam infundibuli dispositos et saepius in pileum multipartitum confluentes, planos, sursum dilatatos multifidos obtusos, utrinque glabros laeves, supra steriles, subtus hymenio basi costato - plicato pallide fusco - purpurascente. *Ad terram Americae bor.* (v. s.)

Obs. Ex hac aliisque quibusdam speciebus perspicuum mihi videtur, *Thelephorarum* (sensu strictissimo) pileos integros quasi e ramis connatis ortos esse. Formae *Merisimoideae* macriores sunt. Inde pendet ambitus sublaciniatus, hymenium saepe costatum et s. p. Cfr. *Th. caryophyllaeam* a et b. *Th. laciniatam* etc.

Trib. II. MERISMA S. M. 1. p. 432.

Obs. Inter hanc et præcedentem tribum limites nulli acuti. *Merisma flabellare*, Thel. palmatae sat simile, omnino status degener *Th. caryophyllacae*: *Th. multipartita* utranque tribum omnino jungit. *Th. coralloides* e Bull., *Th. palmata* et præcipue *Th. Cladonia* pileos parvos scyphiformes subinde habent. — Etiam ad *Apodes Phylacterias*, quae saepe (*Merisma atrigosum*) Merismoideo-laciniatæ, abeunt, sed hæc hymenio! facillime dignoscuntur. Species incrustantes ad Resupinatos abeunt, passim uniforines effusæ, sed loco terrestri l. varie incrustantæ, pileoque in ambitu saltim effigurato facile huc referuntur.

1. *Th. Caralloides* l. c.

Merisma Caralloideum Pers. Myc. Eur. I. p. 159.

2. *Th. palmata* l. c.

Wahl. Succ. n. 2031. Schlecht. Berol. *Merisma palmatum* Pers. Myc. Eur. I. p. 157.

β. *M. anthocephalum* Sw.! (*Merisma petaloïdes* Chevall.; Persoon sub *Th. palmata*.)

γ. *Clavaria digitata* Pers. Myc. Eur. I. p. 401.

δ. *Th. palmata* Pers. Myc. Eur. p. 113.

2. b. *T. tuberosa*, erecta, pallida, rufescens, stipitibus distinctis bulbosis, pileo subinfundibuliformi ad basin laciniato, lacinis compressis
Grev. Crypt. Scot. t. 178.

Statura fere *T. palmatae* γ., in qua adest basis similis, sed quoad divisionem *T. multipartitæ* affinis videtur vel etiam *T. Cladoniae*. Erecta, distincta, uncialis, cinerea, pallide fuscescens, substantia communi coriacea. Rami compressi, laciniati, ex eodem puncto egressi, in pilei infundibuliformis normam dispositi. Speciem, variis licet sanem et a me non visam, non potui non recipere, cum optimè descripta et depicta sit. Ad terram mu-
lam, altumuo. (v. ic.)

- (3.) *Th. Gladonia*, erecta, pallida, virescens, stipitibus connexis palmato-ramosis, apicibus simbratiis substrigosis. *Schwein.! Car. n. 1068.*

Forma Lichenis pyxidati, scypho irregulari, margine prolificante. Tenax, glabrum, siccum albicans, unciam vix superans. *Ad terram Carolinae.* (v. s.)

3. b. *Th. candida* maxima, candida, stipitibus crassis palmato-ramosis, ramis patulis apice fusciscentibus. *Schwein. Carol. ! n. 1069.*

In caespites 6 unc. latos concrevit, 2 unc. alta, ob colorem inconsuetum Clavariam referens sed substantia, crescendi modo et odore *T. fastidiosae* vel potius, ex inventore *T. terrestri* proxima. Stipites omnino confluent, substantia stalactica quasi juncti. Rami glabri, subcompressi et subtus tantum ascigeri. *Perfrequens in silvis udis ad terram Americam sept.* (v. s.)

5. *Th. cristata* l. c. p. 434.

Qualem exhibent icones Bulliardi et Sowerbyi, a me numquam lecta est. Hinc sepono sequentem, suadente etiam ill. SCHWEINIZIO in *Syn. Car. n. 1062, 1063.*

6. *Th. penicillata*, effusa, subcarnosa, incrustando diversissimas induens formas, albida, fuscescens l. purpurascens ramis difformibus incis. *S. M. 1. p. 434.*

Huc spectant: *Merisma cristatum* β . *A. S. p. 284. Merisma fuscescens* *Schwein.! Car. n. 1068. Merisma cinereum* *Pers. Myc. Eur. l. p. 157.* (forsan et *vermiculare* *l. c. p. 155.*) *Merisma cristatum* γ . *l. c. p. 156. \beta. spiculosa* ramulis subulatis *S. M. l. c.*

Specimina et descriptiones de synonymis allatis certum me fecerunt. Species ab omnibus mihi visis distincta; *Th. cristatae* modo, a me non lectae, differentia minus certa. Habitus vero prorsus alius *iconum*. Vulgaris in nostris terris, infinite variat *ramorum forma* etc. Subinde omnino uniformis,

effusa, ad *Resupinatos* pertinens; Cfr. S. M. 1. Th. *cristata* β.

Trib. III. APUS S. M. 1. p. 436.

Char. Pileus sessilis, determinatus, *marginatus*. *)

Obs. Inter Apodes et Resupinatos unicam constantem differentiam offert pileus marginatus. In hoc saltem genere plurimae species nobis obviae sessiles primitus effusae, resupinatae, aetate tantum reflexae et saepe, loco nempe horizontali, *resupinatae manent per totam vitam!* — Cum Polyporis eximie analogae sunt Thelephorae apodes! Dispositio eadem. Abeunt in quatuor subtribus eximie naturales, optime limitatas, sed seriem naturalissimam constituentes, nempe:

A. PHYLACTERIA sive autumnales. Subcarnosae, contextu eximie fibroso; setulis quaternatis fusco-purpureis. *Terrestres, l. in-crustantes, vegetatione autumnali.* (1 a-1 d.)

B. STEREUM sive biennes. Coriaceo-rigidae, contextu extus crustaceo, intus filamentoso laete colorato; setulis solitariis ferrugineis. *Lignatiles, vere reviviscentes* (2-4 b.)

C. AURICULARIA sive annuae. Subcoriaceae, contextu floccoso pallido; setulis pellucidis aut inconspicuis. *Lignatiles, haud reviviscentes.*

† *Coriaceae.* Coriaceae, tenaces, hymenio laevi, primitus glabro. *Effuso-reflexae.* (5-19.)

†† *Cartilagineae.* Subcartilagineae, hymenio glaberrimo, demum undulato-rugoso. *Cupulares.* (20-29.)

*) Obs. In fungis resupinatis adest tantum ambitus! sed non margo. Haec terminos omnino confundunt plerique.

††† *Suberosae*. *Suberosae*, hymenio primo velutino. *Subpellatae*. (31-37.)

D. STRATOSAE sive perennes. Suberoso-lignosae, contextu floccoso-farinaceo. hymenio primo pruinato, substratoso. *Vere perennes, subtus nigricantes*. (38-40.)

Subtr. I. PHYLACTERIA Pers. S. M. 1. p. 449.

Char. Subcarnosi, sicci coriacei, molles, autumnis nascentes. Contextus eximie fibrosus, fibrinosis anulatis intricatis. Hymenium longitudinaliter striato-plicatum, fusco-purpureum, subpapillosum villosum, e setulis quaternatis; *Ambitus subfimbriatus*. *Forma maxime varia; saepius reflexi passim stipite laterali, immo centrali, passim toti effusi, immo in lacinias prorsus merismoideas incisi. Terram! et varia corpora incrustant.* (Huc etiam *Th. Pleuropodes* p. 431.) *)

1. a. *Th. terrestris*, obscure fusca, substipitata, pileis dimidiatis fibroso-strigosis. S. M. 1. p. f. 431.

b. pileo integro *Th. dubia* Pers. Syn. p. 566.

c. pileo squarroso-imbricato (*Merismoidea*.)

d. pileo effuso (*Th. crustacea* Schum. Saell. II. p. 399. *Th. umbrina* Pers. Syn. p. 378. ad hanc l. sequentium status analogos pertinent.

1. b. *Th. laciniata*, ferrugineo-fusca, incrustans, pileis dimidiatis fibroso-squamosis; margine laciniato, crispo.

a. S. M. 1. p. 431. *Th. caryophyllaea* β. Pers. Myc. Eur. I. p. 112. *Wahl. Succ. n. 2036*. sub *Merismati* sectione!

b. pileo integro substipitato. *Craterella ambigua* Pers. Obs. Myc. 1. p. 39. *Th. caryophyllaea* γ. Pers. Myc. Eur. l. c.

*) Nexus specierum colore paginae superioris albae modo recedentium (*Th. mollissima* P. etc.) cum reliquis ad huc dubius. Nulla mihi obvia.

c. pileis maxime laciniatis *strigosis*, in caespites divergentes merismoideos condensatis. *Merisma strigosum* Pers. Syn. p. 94!

d. pileo toto effuso. (Th. umbriana β. A. S.?)

Species optima, sed mire luxurians, varia coriora incrustans, unde nulla forma constans. Supra igna horizontalia putrida eximie effusa, leviter marginata; super *Vaccinio Vitis idaea* apud nos praecipue in caespites valde frondosos (caute matricis lipitatos) abit et sic in infinitum. Maxime memorabilis est c., quod non potest non esse *Merisma strigosum*; nascitur in ipsa terra, monstrosa procul ubi progenies. — Cel. PERSONA cum *Th. caryophyllaea*, utique distinctissima, confundit; ei *stipes imper genuinus, verticalis, hymenium laeve, nudum c. Ubique.* (v. v.)

Obs. Quid ipsi dubia illa *Th. intybacea* sit, facile dictu; hujus tamen, ut videtur, l. subsestentis forma.

c. *Th. frondescens*, effuso-reflexa, incrustans, fusca, pileis glabris rugosis. S. M. 1. p. 436.

Pileo glabriusculo non simbriato, quamquam cero, species polymorpha a prioribus dignoscitur.

d. *Th. biennis* S. M. 1. p. 449.

Priori maxime affinis, quam vero cum nunquam *albidam* viderim, speciem a me non visam nisi. *Th. caesia* Pers. ipsi videtur status hujus supinatus! Forsan hanc et praecedentem sub sua *h. fusco-cinerea* Pers. Myc. Eur. I. p. 114. commectitur. Maxime rogamus, quibus vivam videre eat, ut integram ejus historiam exponant.

e. *Th. gausapata*, dimidiata, pileis subsuberosis rugosis zonatis fibroso-strigosis fusco-pallescens, hymenio glabro radiato-rugoso pallide fusco.

Ambigit species distinctissima inter *Thelephora sensu strictissimo* et *Auricularias*; sed ob pileum suum *Merismoideo-laciniatum, fibroso-strigosum*

et colorem hoc loco inserui. Specimina plura, vidi sicca, subsuberosa, dimidiata, irregulari vario concrecentia, passim laciniata, Merisina dam non male referentia. Pilei praecipue ad concentricè zonati e fibris in jugis magis pron- tibus, sed etiam longitudinaliter sulcato-scr- lata, quibus, additis fibris strigosis subdepressis ginem *integrum* spectantibus, superficies valè aequabilis. Color fusco-pallidus, hymeni obscurior est et quoddam fusco-purpurei adm- habet; margo saepe nigrescit. Hymenium gle- plus minus radiato-sulcatum, raro papillosum, ascigerum. Asci fere *Th. palmatae*; sporidi vidi. *Ad truncos Galliae circa Angers.* (Cel. Guepin cõmmunic.)

Subtr. II. STEREBUM.

Char. Coriaceo-rigidi *vere* nascentes et accretiones marginales addentes. *Contextus maxime singularis, biformis; stratum superiu- gulo anno emortuum, crustaceum, fragile; in ecimie filamentosum, laete coloratum, revivi Hymenium nunquam stratosum, setulis so ferrugineis velutinum in Europaeis, pruiuat Brasiliensibus.*

Obs. Hujusmodi structura in nullo alio mihi cognita est, quamquam *Polypori cuti* analoga. A *Polyporis* perennibus quam in differunt; in eis stratum novum extus L supra cedentis anni nascitur; sunt hi quodammodo genei, illi endogenei. Forma maxime varia, so-reflexa, *cupularis*, tota resupinata, sed s ambitu determinato, submarginato, quanqu *Th. tabacina* saltem *vere* byssino-filamentosus

2. *Th. rubiginosa* l. c. p. 436.

Stratum interius filamentosum fulvo-f- neum. Haec nota ab omnibus fungis dissent.

Th. rubiginosa. Nees est *Th. spadicea*!

1. *Th. tabacina* l. c. p. 437.

Wahl. Suss. n. 2040! *Th. variegata* Pers. *Myc. Eur.* p. 119. *Th. tabacina* a *chrysoloma* l. c.

Certissima mihi videntur synonyma *Boltonii* et *overbyi*! Cel. Persoon cum *Th. spadicea* omnino confundit, cui nullo pacto affinis. Ab omnibus magis mihi cogitis differt *strato filamentoso aureo*, adeo color marginis junioris aureus, quem cum vera exhibeant icones citatae, de earum loco non tunc quod dubitemus. Forma nulla constans. — Forma senescens in aprico nata: tenuis, glabra, striata, castaneo-sanguinea, subtus cinnamomeo-pallens; colore nitidissimo eminet, sed semper exoleta peritur, et ob stratum filamentosum aureum haud fluctuiter ad *Th. tabacinam* revocatur. *Ad ramos oryli crescit.* (v. v.)

Obs. *Th. crispam* l. c. fide Persoonii admisimus; dein vero viva visa, individua *Th. sanguinatae* exoleta intellexi hoc nomine venditata. Cfr. *h. crispa* Pers. *Myc. Eur.* p. 122.

b.) *Th. crocata*, coriaceo-membranacea, subeffusa, ferrugineo-pallens, intus filamentosa crocea, margine pubescente, hymenio ferrugineo-setuloso.

Junior e tuberculo expansa maculas sistit orbiculares, aliquot linearum, matrici arcte adhaerens, argine prominulo villosa, sensim magis dilatatae, confluentes, unciales usque; demum soluta, flaccida mentosa. Hymenium, tuberculis centralibus exsertis, laeve, pallens, sed setulis obscurioribus inctato-scabrum. Priori affinis, sed certe distincta. *Ad cortices arborum frondosarum Europae australis.* (v. s.)

b. *Th. leprosa*, lignoso-coriacea, supra inaequalibus, leproso-villosa; obscure rubiginosa, subtus setuloso-praeflata crocato-olivacea.

Valde singularis; tamen ob totum habitum neglecto hymenio fere Coniophorarum, ad hanc sectionem referenda. Pileus videtur effuso-reflexu tenuis, valde rigidus, fragillimus, Th. rubiginos haud absimilis, sed tum superficie villosa-leprosa quam sulcis concentricis confertis valde insignis maxime inaequabilis. Color maxime obscurus opacus, fusco-rubiginosus, paginas vero inferioris puteanae vetustae simillimus, olivaceus, simul in se dide lateum vergens. Hymenii interna structura omnino Th. tabacinae, sed stratum filamentosum valde macre et aegre dignoscendum; nec setulae nisi levi fortiter dignoscuntur, Coniophorae puteanae similis Papillae raras et accidentales. In truncis emortuis Brasiliae. Lund; dedit ill. Horroemann. (v. s.)

β. tota resupinata, effusa, hymenio ochraceo ferrugineo. Facies valde diversa, sed structura eadem. Ibidem. (v. s.)

Subtr. III. AURICULARIA.

Char. Per annum nascentes, sed non rediunt vivi. Contextus uniformis, floccosus, plerumque albus. Ambitus determinatus submarginatus. Hymenium glabrum aut velutinum, nunquam distincte setulosum, neque stratosum. Asci perfecti. Sporidia alba.

Obs. Subdividuntur in sectiones naturalissimas e substantia 1) coriacea; 2) ceracea, cartilaginea, 3) suberosa, quarum singula ceterum plurimum eximiis notis dignoscitur.

† C o r i a c e a e.

Obs. Coriaceae, tenues, siccae rigidae, longae vigentes, per annum persistentes. Ambitus determinatus, nunquam fimbriatus, Hymenium laeve, primitivum glaberrimum! Contextus compactus, filamentosus

Aberationes: *pileus totus resupinatus* etc. Typus: *Th. hirsuta*, cui omnes species revera affines.

1. *Th. atrata* l. c. p. 437.

Intus pallida est. Hymenium perfecte glabrum. (v. s. specimina Swartziana).

Obs. *Th. glabrata*, e specimine Sprengelii! non viso, plane delenda; est nempe *Uva Pavonia* Sw.! *Thelephora*. Kunth Syn. A fungorum classe longe distat.

6.) *Th. Ostrea*, pileis latere affixis disco concavis et conchaeformibus coriaceis cinereo-tomentosis, margine glabris lutescentibus, hymenio glabro laevi alutaceo - pallido. *Nees in Act. Bonn. XIII. p. 13. t. 2.*

E maximis hujus generis *Th. versicolori* proxima. Pilei simplices, seu bini lateribus connatis imbricati, puncto laterali affixi, quattuor circiter uncias lati, depresso-concavi, conchas ostrearum aserentes; superne zonati, tomento brevissimo denso, et sicco cinereo, in humido fusco vestiti. Substantia tenuis, papyracea, sed coriacea, dura, peritens. *Nees. In Java. Blume. (v. ic.)*

Th. versicolor l. c. p. 438.

Collatis speciminibus *Schweinizii* cum *Swartziana* vix distinguenda:

β. *Th. fasciata*, subimbricata, pileis coriaceis planis villosis zonatis griseis, hymenio glaberrimo testaceo - pallido. *Schwein.! Car. n. 1012.*

Tenuis, 3 unc. usque, basin versus angustata, lirsuties brevis, demum in margine et sulcis concentricis evanescens, tum pileus zonis spadiceis nitentibus ornatur. *In America continentali (v. s.)*

γ. *Th. mytilina*, umbilicato-sessilis, pileo conchato coriaceo tomentoso zonato griseo, margine nigrescente, subtus laevissimo carneolivido.

Solitaria, unguicularis, testam Patellae referens
numquam effuso-reflexa, sed basi umbilico margi-
nato et postice stipitis rudimento obsoletissimo in-
structa. Tomentum densum, adpressum, molle.
Sulci concentrici profundi, sed non discolores. In
truncis Brasiliae. Lund. (v. s.)

Obs. Ex hac regione porro videtur *Th. badia*
(pileo sessili dimidiato tomentoso badio, lineoli
nigris zonato, subtus laevi, cinereo. *Hook. in Kuntl*
Syn. p. 12. In Amer. merid.)

9. *Th. spadicea*, effuso-reflexa, pileis coriacei
imbricatis ferrugineo-spadiceis, margine albido
subtus fuscescente.

Auricul. reflexa var. variegata *Bull. Champ. 1. p. 282*
Th. spadicea Schwein. Carol. n. 1006. *Th. rubigi-*
nosa Nees Syst. f. 252! (colore insolito). *Th. taba-*
cina Pers. Myc. Eur. I. p. 118. (excl. syn. Sowerb.
Holt, et var. α chrysoloma!) *Th. hirsuta d. dryin*
S. M. 1. p. 439.

Fungum hunc, multarum vacillationum fontem
jam Syst. Myc. editurus, optime cognitum habui
sed cum Bulliardo ob characteres parum eminentes
Th. hirsutae varietatem habui, inter quam et *Th.*
purpuream fere medius est. Nec adhuc sine haesi-
tatione distinguo; reliquis tamen innumeris ejus for-
mis sane memorabilior! quamquam intermediae non
desunt. Ob externum colorem cum *Th. tabacine*
(sed intus tota floccosa alba!) confusa fuit. A *Th.*
hirsuta colore praecipue dignoscitur, qui vero inten-
sitate maxime variat; junior ferruginascens, adultior
spadiceus, praecipue hieme obscurior evadit, pas-
simque sanguinolentia notabili gaudet. Praecum
truncos quercinos, sed et ad Betulas, Alnos etc.
imo Pinos legitur. Aut. hieme. (v. v.)

Speciem suam pristinam in Myc. Eur. neglexit
Cel. PERSONN, sed hoc nomen restituere non
dubito.

12. *Th. rugosa*, late effusa, pileo coriaceo crasso rigescente brevissime reflexo, demum glabro subspadiceo, hymenio lutescente subcruentato.

Th. corylea, ! *Th. peltata*, ! *Th. rudis*, *Th. pachyderma*, *Th. rugosa* ! *Pers. Myc. Eur. p. 126, 127.* hujus formae. *Th. sanguinolenta Sommerf. ! Lapp. p. 281.*

Affinibus magis effusa breviusque reflexa, sectioni tamen naturali a *Th. hirsuta* nunquam remori potest. Species longe vulgarissima (in regionibus silvatico-montosis *Th. hirsuta*, magis campestris, vulgarior) in omni arbore frondosa obvia, in xylo nunquam desiderata. Magis etiam quam *Th. hirsuta* mutatur. Forma imprimis, ad truncos horizontaliter prostratos reperitur orbicularis, peltata vel longissime, *Xylostromatis* instar, effusa. Hymenium vegetum omnino laeve, sed subundulatum, glaberrimum, in exoletis vero rugosum et sinuosum. Nec color minus varius; habemus subsalvaceam, aluticeam, ochraceam, rufescentem, scescentem, sordide pallentem (in exsiccatis); sed ita *sanguinolenta* evadit. Affinibus omnibus crassior, minor, sicca rigida, diutius persistens, imo perennis. Diversas a me non commixtas esse species, certus sum. Varietas *corylea* *Pers.* est status naturalis, characteri dato optime conveniens. Formae a) resupinatae valde fallaces. b) subrotunda, tota usque peltata, fuscescens, sicca ligneo-pallens. *In Betulina lecta.* c) latissima, effusa, confluens, cœus coriaceo-mollis xylostromea, incarnato-aluticea etc. *Supra truncos latae effusa.* d) effusa, gosa, subtus cinerea; *ad truncos Fagi praecipue obvia.* e) eximie cupularis, disco cinereo-rubro, facie Pezizae. *Ad ligna alnea*, et aliae sane innumerae, quas omnino recensere frustra sum. *In arboribus frondosis.* (v. v.)

13. *Th. styraciflua*, effuso-reflexa, coriacea, lactescens, subtomentosa, griseo-lutescens, subtus glabra pallide lutescens. *Schwein. ! Carol. n. 1010.*

Specimina nostra sicca faciem omnino *Th. hirsutae* l. rugosae habent; tamen distincta videtur; nam statu recente, ubi comprimitur, lacte flavo statim tingitur, unde maculae nigrescentes oriuntur. „Zona marginalis nigra“ (in meis speciminibus haud adest). In ramis dejectis *Liquidambaris styracifluae Americae borealis*, rarior. (v. s.)

13. *Th. hirsuta* l. c. p. 439.

E generis iadole infinite variat; d. *dryinam* tamen distinctam admisi. Notae essentialis: *hirsuties strigosa, persistens, substantia nec lignescens, ut in Th. rugosa, nec mollis, ut in Th. purpurea; sanguinolentia nulla!, hymenio semper glabro, nec demum pruinato, ut in Th. rugosa, sanguinolenta.* — *Th. ramealis Schwein.!* Car. n. 1015. ex ipsis speciminibus distinguere non valeo; eodem modo apud nos in ramulis mutatur! Occurrunt analogae formae ramesales non tantum *Thelephorarum* variarum, sed et *Polyporarum* etc.

14. *Th. ochroleuca* l. c. p. 440.

Rara, sed *Th. versicolori* forsan proxima. A *Th. hirsuta* dignoscitur 1) pileis membranaceis l. potius papyraceis, valde tenuibus flaccidis, saepius amplioribus et lobatis, unde sicca fere convoluta, rigida et fragilis; 2) margine acutissimo glabrescente; 3) villo brevi sericeo subadpresso, zonis primo obsoletis, dein glabrescentibus; 4) hymenio subcarnoso, unde in fungo sicco rimosissimum, magis quam in alia *Thel.* mihi cognita. Etiam exoletam Petropoli lectam misit Weinmann. Ex Helvetia *Schleicher*.

16. *Th. sanguinolenta* l. c.

(*Grav. Crypt. Scot. t. 225!* *Th. sericea* β . *Pers. Myc. Eur. p. 117.* ; *Th. crispa Pers. Syn. — Myc. Eur. I. p. 122. exoleta!* *Th. nitida Pers. disp. p. 30.* *Th. hirsuta, β . Pers. Syn. p. 570.* : 3

Species bene distincta; ex typo generis polymorpha. Junior sistit peltas orbiculares albido-glaue.

is, adpressa dein infinite mutatur, saepius reflexa; ignoscitur tamen substantia tenui, pileo adpresse sericeo substriato, hymenio nunquam lutescente, sed ex albidō cinereo, demum pruinoso, sanguinolentia etc. A *Th. rugosa* omnino distinctam habeo. *n pinetis.* (v. v.)

Transitum maxime naturalem praecedentium d sequentes, ut haec ad cartilagineas, sistit! Sanguinolentia prae ceteris posset et nomen bene meretur.

7. *Th. complicata*, resupinata, libera, pendula, papyracea, striata, fulvo-alutacea, margine crispato-lobato inflexo, subtus pallida.

Species eximie pulchra, Cantharellum crispum timo obtutu referens. Subimbricata, conrescens, postice adfixa l. ramos ambiens, ceterum fere libera, reflexa, eleganter crispato-complicata, adulta nitens, glaberrima, subazona, ad basin tantum illosula. Substantia coriaceo-membranacea, tenuis, praecipue marginis inflexi lobati. Magnitudo prioris. *Ad ramulos tenellos Americae. Greville.* (v. s.)

8. *Th. striata*, resupinata, sessilis, orbicularis, libera, papyracea, sericeo-striata, nitens, alba, subtus laevis, glaberrima pallida.

Th. sericea Schwein.! Car. n. 1016, nec Schrad., nec Pers.

Species pulcherrima, minuta, eximie distincta. Forma orbiculata, centro affixa, plana, ambitu unque libero repando. Superficies, ut in Agaricis cocybis, e fibris longitudinalibus innatis striata, mulque sulcis concentricis tenuissimis notata. *Ad ramulos emortuos juniores Carolinae.* (v. s.)

9. *Th. grisea (porrecta)*, resupinata, postice in stipitem porrecta, orbicularis, coriacea, hirsuta, azona, grisea, subtus laevis glaberrima sulcinitens. *Schwein.! Car. n. 1012.*

Certissime haec locanda; species postice portostipitatae ad Apodes ubique pertinent, et haec

quidem ad sequentem sectionem viam eximie par-
dit. Ceterum difformis, confluens, unicolor. *Ad*
ramulos Carolinae. (v. s.)

Obs. *Th. radiato-rimosa Grev.!* *Fl. Ed.* est
status resupinatus speciei cujusdam hujus I. potius
sequentis sectionis. Nescio, cum qua comparem;
sed specimina, ipso datore monente, haud completa
sed exoleta sunt. — Aliam diversam satis (*T. fibro-*
sam) misit Cel. *Desmazières.*

†† Subcartilagineae ceraceaeve.

Obs. Cartilagineae, aut ceraceae, hiemales,
vix persistentes, multo minus perennantes. Ambi-
tus determinatus, in perfectis saltem liber et mar-
ginatus. Hymenium crassiusculum, in adultis *ru-*
go-tuberculosum!, *primitus glaberrimum, simplex.*
Semper resupinatae, posticè adnatae, margine cin-
ctae, genuinae, primo cupulaeformes!, *cupulis raris-*
sime tantum peltatis, saepius e conniventi evolutis
extus villosis (omnino more *Pezizarum*, quibuscum
etiam frequenter commutatae) *disco varie-colori,*
sed obscuri aliquid rubri semper admixtum habente.

Sectio mire naturalis, species continens pulchras
easdemque inter se valde affines, sed maxime ver-
siformes, ut sine praevia typi normalis cognitione
veram formam saepe vix dignoscas. Ob hymenium
undulato-tuberculosum, quo ab omnibus recedunt,
ferè genus proprium prope *Phlebias*, quodammodo
affines; seriem tamen cum *Coriaceis* et *Suberosis*
eximie contiguam sistunt, praecipue species recedentes,
nempe *peltatae*. Forma fallacissima est;
nulla v. c. differentia formae. *T. sanguinolentae* et
Pini in statu primitivo. Substantia magis magisque
per aetatem rigescit, ut *T. Pini* jam primitus car-
tilaginea.

* *Ceraceae, molles, extus villosae pallidiores*
(*Resupinati spurii.* * S. M. 1.)

20. *Th. subzonata*, effusa, reflexa, subcarnosa, molli, pileo velutino cervino-ochraceo, hymenio subzonato rugoso pallidiori.

T. ochracea. Schwein. F. Car. n. 1017. nec Fr., Pers.

Bona hujus sectionis species, sed cupularis haud visa, sed effusa, pileo superne reflexo ibidemque margine integre instructa; inferne prorsus immarginata, ambitu byssino albo. Ex analogia tota forma immarginato-effusam etiam legi facile credendum. Substantia quoque sequentium, sed crassior, unde subcarnosa dicenda. Hymenium rugosum quidem, sed etiam concentricè subzonatum, in sicco ochraceum, laevi tinctura rubelli, et, quod huic peculiare, siccitate haud rimosum. *Ad ligna Americae borealis, rarior.* (v. v.)

21. *Th. evolvens*, resupinata, submarginata, extus (subtusve) tomento pallido floccosa, hymenio ceracea azono nudo subrugoso fusco-expallente. — S. M. 1. p. 441.

Inter marginatas haec absque comparatione maxime varia; quare genuinus ambitus diu mihi latuit et qualem tandem inveni plurimis forsitan paradoxus videbitur, nam primo obtutu variae formae huc relatae nil commune habere videntur. Ejus cognitio plena eo magis necessaria, cum sine illa Ceraceas reliquas tam Apodum quam Resupinatorum tute haud determinanter. A formis valde prominentibus ad maxime triviales et amphibolias abit; forma, effusa excepta, nulla constans; variat a) cupularis; b) effuso-reflexa, pileata; c) minuta, immarginata, sed demum involuta; d) prorsus immarginata et effusa. Notae vero constantes sunt: 1) hymenium in perfectis ceraceum, subtuberculosum, siccum rimosum, haud pulverulentum. 2) Receptaculum floccosum, unde pagina sterilis sive reflexa, sive adnata pallide-tomentosa. 3) Color hymenii subfuscus, sed varie expallens. 4) Vegetatio superficialis, quo et ambitu in perfectis marginato, potissimum hujus formae effusae a *Th. Resupinatae* dignoscuntur. Saepè

quoque etiam Th. evolvens e tuberculis Melancolii e Sphaeriarum erumpens, sed saepius marginata, saltem subtus laxa eximie floecosa, quo ab omni T fallaci analogo forma dignoscitur. *Ad truncos varios, praecipue supra cortices. Aut. seriori.* (v. v.)

Formae habitu diversissimo ita confluent, ut easdem varietales vix dicas; necesse tamen est magis recedentes seorsim notare:

a. resupinata, plus minus irregulariter cupulata undique marginata, primo connivens, demum late effusa, hymenio subfusco.

Haec est, quam in Obs. Myc. notavi, valde eminens, sed in eodem cortice alia adest forma: effusa, pallida, immarginata tamen facile confluens. Saepè per epidermidem e tuberculis Melanconi erumpens. *Ad Betulas etc.; etiam ab optimo Sommerfelt missa.* (v. v.)

b. late effusa, superne marginata, plus minus pileato-reflexa, hymenio carneo-fuscescente

T. hirsutae satis similis, sed huc certo spectat. Varie insuper variat. *Ad cortices fraxinebs etc. optima specimina misit Weinmann.* (v. v.)

c. effusa, pileolis numerosis minutis scalarireflexis albo-villosis, hymenio rugoso argillaceo-gilvo-fuscescente.

Junior maculas minutas subargillaceas sistit immarginatas, byssinas. *Ad Populos.* (v. v.)

d. exigua, orbicularis, subimmarginata, laxè adnata, extus villosa, hymenio rugoso-tuberculosa.

T. laxa. *Pers! Myc. Eur. I. p. 143. fide spec. Moen geot!*

Certissime prioris forma diminuta, vix 3 lin lata. Ambitus solutus, demum subinflexus. Hymenium a Cel. Persoonio laeve describitur, sed in vivo tuberculosum; at in siccis in omnibus formi laevigatur! — Etiam hanc in Populis legi. (v. v.)

Ut plurimas silentio omittam. Inter has praecipue eminent plurimae totae effusae, immarginatae, colore vario pallescente, saepe *Atheliae* generis Pers. Tales quoque videntur *T. fissilis* Pers. Myc. Eur. l. p. 133., *Athelia Salicum* Pers. l. c. p. 84., (certe specimina inventoris Chaillet, sed dubius ipse est de synonymo β . Persooniano) et aliae.

Sequentes duo fungit ex hac regione utique sunt, sed e paucis speciminibus, utrum varietates, an species haud dicam. Interea duobus verbis notabo:

T. populina, tuberculiformis, mox confluens effusa, demum involuta marginata, mollis, subtus tomentosa, hymenio e Sphaeriis tuberculoso cinerascens-ferrugineo. *Sommerf. ! Lapp. p. 284.*

Historia prorsus praecedentis, etiam substantia; forma fere ut in d. sed insignis colore; tamen ad varietatem c. priora satis accedit. Ad *Th. flocculentam*, cum qua specimine haud viso conjungendam putavi, omnibus hujus notis recedit. — *Ad cortices populinos e Sphaeria leucostoma erumpens Nordlandiae.* (v. s.)

T. juniperina, resupinata, margine tenui pallido inflexo pubescente cupularis, hymenio rugoso carneo-cinereo. — *Weinmann.*

T. evolventi e similis, sed major, firmior, habitu potius quam caractere recedens. *Ad ramis Juniperi Petropoli.* (v. s.)

22. *Th. amorpha*, tuberculiformis, mox e cupulari explanata confluens subcoriacea marginata, extus albedo tomentosa, hymenio rufopallescente.

Peziza amorpha. Pers. ! Myc. Eur. l. p. 269. Syn. p. 657. Dec. ! fr. 6. p. 25. *Moug. ! et Neesl. exs.*

Fungos, quos Cel. Persoon in aetate perfecta ad diversissima genera retulit, equidem ut species recipiam, tamen differentia acuta a proximis nondum proposita est. Quae de hac afferuntur non minus in proximas quadrant: „Aetate juniori tuberculiformis et tota villosa adulta expanditur in cupulam saepe irregularem et passim cum vicina confluentem, latitudine 2-3 lin. Ad caudices Abietis in alpestribus. (v. s.)

23. *Th. flocculenta*, effusa, ceracea, demum sub-
coriacea, extus byssina albida, hymenio mar-
ginato; colliculoque sanguineo-rufo e pruina cer-
vina.

s. lignicola, adnata. F. populina. Fries ined.

h. corticola, substipitata. Pez. amorph. A. S. p. 329.

Multa cum *T. evolvente* communia, v. c. forma
in genere eadem et substantia, disco in siccis laevi
et rimoso; sed eximie differre videtur *hymenio mar-*
ginato! (in prioribus receptaculum), crassiore, un-
dulato—costitulosò intenso sanguineo, sed hic color
tantum in humectata apparet; siccum enim, *hyme-*
nium laeve subcervinum! Primitus nodulos sistit
byssinos, in quorum centro adest hymenii rudimen-
tum, Pezizules mox referentes; vix 1 lin. latos, sed
jam tam marginatos ambitu breviter radiante bys-
sino. Affinium more sensim dilatatur et longitudi-
naliter confluit, 1½—2 unc. longa, sed semper
determinata. Hymenium semper marginatum, de-
mum rimosum, colore sicco cinereo—cervino me-
morabile. *Ad truncos Populi; vere. (v. v.)*

24. *Th. versiformis*, e cupulari tuberculiformis mar-
ginata, rubra, subtuberculosa, demum confluens,
sublignosa, transversim rimosa pallens.

Species eximia, optime demonstrans, quam
prava sit specierum determinatio ex inspectiõne su-
perficiale; nam junior fungus et adultus adeq. dis-
simillimi, ut nullo modo affines crederes, sed illum
inter Pezizas quaereres, huic forsàn Thelephorae
frustulatae varietatem diceres. Sequentia stadia,
eadem individua per annum persequens, observavi:
I) Cupulae minutae, vix 4 lin. latae, extus sub-
villosae (non villo matrici adnatae) disco depresso
laevi; II) Haec mox explanantur in tubercula pla-
niuscula, margine vero adhuc persistente, quare et
in hac aetate pezizoidea, 1—4 lin. lata, pluribus
stipatis repanda, disco eximie undulato—tuberculoso;
III) Porro confluent, extenuantur, superficie laeviga-
ta; demumque IV) abeunt in crustam effusam, uni-

mem, laevigatam, exsiccatione *sublignosam* et *t basin usque* (nec ut in sequentibus hymenio tantum) *in frustula transversalia fissa*. In hac aetate h. frustulatam satis refert; sed tenuior. Color sci vegeti. (I, II) ruber; siccitate pruina albidigitur; adultus (III) pallidior, minus pruitosus; coletus (IV) ligneo-pallens evadit, omnino ut h. frustulata exoleta. — *Ad cortices et ligna accura tantum legi, sed non nisi I, II. ad cortices, rines vero formas ad ligna. Inter rarissimas ut.* (v. v.)

Th. sarcoides, ex cupulari explanata, subcar-nosa, subtus libera adpresse villosa alba, hymenio obscure carneo, in centro tuberculoso, siccitate rimoso expallente.

T. cruenta. S. M. 1. p. 444. — var. β . A. S. p. 277.

Insigne generis decus! Per epidermidem erumns exacte orbicularis, jam tum in ambitu soluta, arginata, sistens cupulam explanatam, apertam, -3 lin. latam, mox vero cum proximis longe et ape late confluens, matrici magis adglutinata, deum vero ab ea secedens, subtus adpresse sericea. — Substantia vegetae carnosae, mollis, crassacula, sicca tenuis, *flaccida*, membranacea, *neo rescens*. Hymenium vegetum valde undulato-turculosum, obscure carneum, siccum vero valde pallens et rimoso-incisum. *In ramis crassioribus (tulae) albae anno praecedente ob foliorum messem sectis et ad terram prostratis, optime hieme miti, pallens et flaccida vere; minime rara.* (v. v.)

Varietas tota effusa resupinata submarginata sicilicet agnoscitur, sed certe huc pertinet.

Obs. Antecedentes quinque species valde, minus tamen quam Coriaceae, inter se affines; conngere igitur non debui, cum transitus numquam derim, singulaque licet maxime polymorpha semper a reliquis facile dignoscatur, et suo quaeque loco, a quaeque in matrice constantes redeant. Nec unam jungendae v. c. *Th. sarcoides* et *flocculenta*.

26. *Th. salicina* S. M. 1. p. 442.

Peziza sarcoides Wahl.! *Lapp.* n. 1078. *Th. salicina*, Wahl.! *Suec.* n. 2043. *Sommerf.!* *Suppl. Lapp.* p. 282. *Weinmann!* *Catal. Fung. Petrop.* — minime vero Pers.

Alia distinctissima et pulcherrima species, sed ex indole subtribus valde polymorpha. A Rev. SOMMERFELT accepi specimina undique glaberrima, exacte orbicularia, peltato-peizizoidea, substantia tenui, sed coriacea. A Cel. WEINMANN valde difformia, flexuosa, mollia, subtus villo delicato tecta.

Thelephora cruenta a. A. S. p. 277. hujus, ut certo videtur, loci tam ob colorem et fornam, quam ob locum in *Salice Capreu.*

** *Subpeltatae, cartilagineae, explanatae, hymenio demum pruinato, extus obscuriores,*

27. *Th. ciliata*, effusa, adnata, ambitu depresso nigro-strigoso, subtus umbrina, hymenio fusco-carneo.

Simillima *Th. carneae*, supra ligna effusae, sed ambitu nigro-strigoso omnino diversa. Longitudinaliter effusa, valde adpressa, sed sicca maxime convoluta. Hymenium siccum rimosum. Pagina adpressa e villo adpresso umbrina videtur, sed facies primo fere nuda. *Ad ligna faginea rarissime.* *Nov.* (v. v.)

28. *Th. quercina* S. M. 1. p. 442.

Greu. Scot. t. 142, cum analysi optima. *Lecidea Turneri Clemente.* *Gyrophora Clementei Ach. Syn.* p. 68.

Resupinatis v. c. *Th. polygoniae* valde affinis. Vegetatio peculiaris l. c. descripta; sed etiam ad lignum nudum occurrit late effusa, ambitu inflexo marginata. Junior passim renis adnata latissime ambiens. (*Th. agglutinata* Pers. ut apparet.)

Obs. Nomen antiquissimum et certe aptissimum *Th. carneae* Humb. Schrad. potius restituendum, cum in omnibus fere arboribus frondosis legitur, etiam ubi exulat *Quercus*.

1. *Th. rufa*, cartilaginea, subrotunda, peltata, marginata, fusco-rufa, subtus glabra, hymenio tuberculoso griseo-pruinato.

Auricularia cinerea Sowerb. t. 388. f. 3. *Th. rufa*, Pers.! *Myc. Eur.* I, p. 124. fide specim.

Junior per epidermidem erumpens, tuberculiformis et omnino immarginata, sensim vero dilatata, nitida omnino concolori glabro nec radiante, dein solo soluto marginato peltiformis, vix uncialis. Juniori crassior est, hymenio rugoso-tuberculoso, b. lente griseo-pruinato, ceterum rufa l. rufosca. *Ad cortices Tiliae, etiam in Suecia.* (v. s.)

1. *Th. pini*, resupinata, glabra, peltata, demum bullata, purpureo-fuscescens, hymenio subpruinato.

S. M. I. p. 443. *Sommerf.!* *Lapp.* p. 282. hanc *Th. abietina* var. *pinea* *A. S.* p. 276 certissime nostra.

Species admodum nitida gregaria, vix alii affinis. Junior sistit peltas orbiculares laeviusculas, arginatas carneo-purpurascens, dein confluentes rursusque diffractas bullatas tuberculosas subpruinatas fuscescentes. Substantia rigidiori, forma et glaucae utriusque paginae facile dignoscitur. *Ad cortices Pini sylvestris vulgatissima, hieme, vere.* (v. s.)

Fons hujus speciei est synonymon Cell. *Alberni* et *Schweinizii*, procul dubio hanc ipsam exhibens. Dein varie distortum fuit. Nomine *Th. Pini* *schleich.* ipsam *Th. abietinam* missam vidimus. *h. Pini* Dec. fide Cel. Mougeot est *Th. Piceae* Pers. nunc tamen loci videtur *Th. Pini* Pers. *Myc. Eur.* 122., quamvis et synonyma et descriptio obstant, seque synonymon primitivum excludat, cum veram mentem loco a Persoon indicato lectam ab accuratissimo CHAILLET lectam acceperim. Specimina tuberculum subrotundum referentia e *Saxonia* accepi, ustulosa e *Ruthenia* etc.

††† *Suberosae* (Resupin. spurii ** *Syst. Myc.*)

Obs., *Sphaerosae*, firmae, persistentes, haud ro. perennes. *Ambitus determinatus. haud firm-*

briatus, saepius liber et marginatus. Contextus floccosus; intus pallidiores. Hymenium tenue laeve, primo velutinum, nunquam stratosum. *Forma saepius peltata. In ligno et cortice duro, exsiccato.*

31. *Th. Mougeotii*, superosa, orbicularis, submarginata, tuberculosa, coccineo-rubra.

Moug. et Nestl.! exs. n. 581.

Color in uicis speciminibus haud cruentus. — Quid *Th. cruenta* Pers. Syn. p. 575., monentibus A. S., e tribus verbis vix dijudicandum. Ipsi huc retulerunt *Th. salicinam* et *T. sarcoidem*. Alia vidi specimina hujus nominis, quae *Phlebiam* spectant. Cel. SPRENGEL, qui forsā a LUDWIGIO habuit, ad *Th. polygoniam* refert. Ipse ducibus A. S. in S. M. *Th. sarcoidem* pro *T. cruenta* habuit. Cel. MOUGEOT dedit praesentem, cujus specimina divulgata omnem confusionem tollant, quare nomen hujus merito ferat species nitidissima! *Th. cruenta* nomen prorsus negligendum. In *Myc. Eur.* tres diversissimas species complectitur. *Ad cortices Pinus Piceae.* (v. s.)

32. *Th. abietina* S. M. 1. p. 442.

Pers. Myc. Eur. I. p. 122.

Sequenti affinis, forsā et praecedenti.

33. *Th. Chailletii*, effusa, adnata, coriacea, continua, pallide ferruginea, ambitu demum libero repando concolori, hymenio inaequali glabrescente *Pers.! Myc. Eur. I. p. 125.*

Junior maculas sistit subtundas matrici arcte adpressas, immarginatas, in ambitu puberulas, sensim confluentes et ad 2-3 unc. dilatatas. Ambitus demum a matrice solvitur. Hymenium junius utique pubescens, papillis variis, sed vagis. *Ad truncos Taxi* (v. s. ab ipso Chaillet miss.)

34. *Th. avellana* effusa; dura, ferrugineo-pallens, margine obtuso libera, hymenio laevi pruinato-velutino. S. M. 1. p. 442.

Primo peltas subrotundas praebet, dein late usa irregularis et confluens. Substantia sat crassa, suberosa, firma, certe persistens, tantum non rennis. *Th. rugosae* etiam *Coryli* incolae, admodum similis et cum eadem forsitan commutata, sed tissime differunt. Hymenium *Th. avellanae* primo lutinum, dein glabrescens; cum in *Th. rugosa* veta semper glabrum. Color quoque differt; in hac cum maturarum *Coryli avellanae*, unde nomen. *Th. sanguinolenta* longe distat. *Ad cortices et na duriora.* (v. v.)

Th. juratensis Pers.! *Myc. Eur.* I, p. 128 fide speciminum ad hanc potius, quam ad *Th. rugosam* pertinet.

Th. albobadia, subrotunda, confluens, badia, in ambitu sublibera albicans, hymenio ruguloso subvelutino. *Schwein.! Car. n. 1045.*

Effusa determinata, saepe late confluens. Junior unneo-pallens, vetusta fere umbrina. Substantia sicca, primo adnata, dein margine acuto tenuigulosa. *Ad cortices et ramos Americae, persistens.* (v. s.)

Th. disciformis S. M. 1. p. 443. *Moug.! et Nestl. exc. n. 582.*

Species Decandolleana, cujus optima et authentica specimina dedit *Chaillet*, ab omnibus praeclare versa. Hymenium affinium more pubescens, dein abruin. Margine tenui sinuosa; *Th. frustulatae* antiquam affinis; subtus pallida est. *Etiam e lekingia misit Aspegren.* (v. s.)

Obs. Incompleta ipse legi hujus speciei rudimenta, non longe a *T. dryina* distantia.

Th. candida, difformis, impressa, crassa, marginata, contigua, subpulverulenta, candida. *Schwein.! Car. n. 1061.*

Priori similis, sed valde distincta, crassior, brevior, margine obsolete adnato, colore candidissimo, non forma. Dura, sublignea, „margine duro

subinvoluta nigricante. " Est itaque exacte media inter Suberosas et Perennes, quibus facile adnumeretur! *Ad cortices Quercuum vivarum hieme, frequens in Carolina.* (v. s.)

Subtr. IV. STRATOSAE.

Char. Suberoso-lignosae, durissimae, *vere perennes*. Ambitus determinatus, glaberrimus, marginatus, concentricè sulcatus. Contextus valde compactus, floccoso-farinaceus. Hymenium tenue, laeve, pruinatum, substratosum. *Ad cortices et ligna exsiccato-durissima.*

Obs. Priores species characteri dato bene conveniunt, sed ultima recedit margine obsoleto, hymenio vix stratoso, sed affinitas eam huc revocat.

38. *Th. repanda*, resupinata, lignosa, margine undique reflexo angusto glabro concentricè sulcato spadiceo, hymenio scabro pallide cinnamomeo.

Species maxime insignis, Polyporis perennibus eximie analoga, forma *Sphaeriae repandae*. Omnium durissima, crassiuscula, continua, vix unciam longa, et adhuc angustior, forma varia, margine brevi undique reflexo undulato obtuso spadiceo-nigricante. Ob strata hymenii annotina etiam accretiones novae in margine, unde concentricè sulcatus evadit. Hymenii strata angustissima, arctissime sibi invicem innata, superficie inaequabili e cinnamomeo expalente, etiam sub forti lente haud perspicue setosa. *Ad cortices truncorum vetustarum Salicum v. c. Capreae, sed rara.* (v. v.)

39. *Th. areolata* Chaill., resupinata, brevis, lignosa, margine superne reflexo angusto spadiceo bicolori, hymenio laevi cinereo.

Perennis, ut e margine bicolore (linea inferior hymenio concolor annotina est), passim et sulcato facile concluditur. Specimina vix sursum crassiora

marginata, deorsum vero sensim extenuata, imarginata; quod vero e situ forsam pendet; ambitus nen semper determinatus, difformis, vix uscialis, ssim rimoso-partitus. Hymenium laeve, cinereum, imo obtutu pruinato-glabrum, sub lente vero foriri in conspectum veniunt setulae minimae, contactae, pellucidae. Priore, cui utique proxima, tertior, discolor, nec undique marginata. *Ad cortices vetustos exsiccatos Taxi baccatae.* (v. s.)

A Th. disciformi longe distat. Suspiciatur tamen cur. CHAILLET, qui primus speciem rite distinct, *Th. disciformem compactam* Pers. Myc. Eur. 127. huc spectare, cui sententiae ego etiam locus accedo. (Non impossibile est *Atheliam Taxi* vrs. statum elementarem exhibere.)

l. *Th. frustulata*, resupinata, effusa, lignosa, crassa, areolata, subtus et in ambitu soluto spadiceo-nigricans; hymenio laevi expallente. *S. M. 1. p. 445.*

a. *Th. frustulata Swartz!* Syst. Myc. 1. p. 445 a. *Pers. Myc. Eur. p. 134. Moug! et Nestl. exc. n. 680.*

b. *Th. frustulata var. crassa. Moug!* et *Nestl. exc. n. 681.*
Th. sinuans Pers! l. c. p. 128.

Species distinctissima, sed difficilis descriptu; gnoscutur loco natali, substantia crassa, durissima, color; strato inferiori et pagina arcte adnata glarrima, in perennibus sulcata e spadiceo nigricant. Hymenium prinitus et vegetum cinnamomeum, oridiis concoloribus passim pulverulentum) subiter pruinatum, siccum canescens, dein omnino adum, pallescens, exalbicans, imo lutescens et rufens. Memorabile porro, eam non absolute paginam feriozem truncorum incrustare, sed etiam ambire; pecunina vero superne enata, valde imperfecta, vix rtilia et vario modo irregularia, passim, Stictidis in-ar, immersa. Ceterum vegetatione plus minus intercepta quoad formam facile videtur exlex. Semper mea prinitus vidi tubercula discreta, prominula, x confluentia, dein iterum in frustula diffracta

marginæ saepe erecto undique cincta, sinuato-repanda. Est quidem margo spurius, sed ex affinitate hoc loco planta ponenda. Discus tumidus marginem obruisse videtur. *Ad ligna durissima Quercus, ubi que.* (v. v.)

Novimus, multos Auctores huc referre Thelephoras varias rimoso-partitas, huic nullo modo affines.

Trib. IV. RESUPINATUS.

Char. Semper resupinatae, effusae, immarginatae.

Obs. Tribus mere artificialis l. potius ex analogis speciebus diversorum generum conflatus primo obtutu apparet. Sed hoc loco genus Thelephorae integrum, quale in S. M. proposui, servare volui. Abeat igitur in quattuor subtribus eximie naturales:

* *Hymenio ex ascis sporidiisve erumpentibus manifeste pulveraceo.*

1. CONIOPHORAE. Mucedineae, annuae, sed reviviscentes. Hymenium subferrugineo-pulveraceum.

** *Hymenio haud manifeste pulveraceo.*

2. HIMANTIAE. Annuae, subfibrillosae, praecipue subtus, in ambitu byssino-fibrillosae.

3. CERACEAE. Arcte adnatae, contextu floccoso (haud fibrilloso), ambitu subnudo.

4. LEJOSTROMATA. Arcte adnatae, perennantes, ambitu nudo. Contextus subpulveraceus.

Obs. Omnes *Resupinatos coriaceos* in statu perfecto reflexos vidi marginatosque.

Subt. I. CONIOPHORA.

Char. Mucedineae, annuae, sed eodem loco otannis reviviscentes. Contextus floccosus, am-
 e rarius fibrosus. Hymenium interrupte fertile,
 is sporidiisve erumpentibus subferrugineis pulve-
 reum, saepe maculatum.

Analogae cum Meruliis pulveraceis; et cum
 e species a reliquis leucosporis non separantur,
 e Coniophorae, quamquam sectionem valde natu-
 rem constituunt; a reliquis Thelephoris removen-
 e. *Spongiosae aut carnosae.*

T. Helvelloides, effusa, spongiosa, radiculosa, tu-
 berculosa, olivaceo - fusca, punctato - scabra.
Schwein. Car. n. 1041.

Valde abnormis, nec vera Coniophora, sed pro-
 na; Rhizinae valde similis. Pileus spongiosus,
 6 unc. longus et latus, 4 lin. crassus, muscos
 crustans et includens, hinc inde tuberculis promi-
 lis albis bullatus; subtus radicibus dependentibus.
 Contextus totus filamentosus, albidus. Color proprie
 llescens, sed ob ascos? quaternatim connexos?
 perfcies elevato - punctata scabrosa, et color oli-
 ceo - fuscus redditur. — Harum papillarum natu-
 m satis explorare non licuit, sed cum Conio-
 phoris analogiam indicare videntur. *Ad terram de-
 ivem Carolinae. (v. s.)*

T. spongiosa, mollis, demum indurescens, um-
 brino - purpurascens, hymenio pulveraceo ra-
 muloso. — *Schwein. Car. n. 83.*

Manifesta Coniophora; Auctor ipse cum *T. Ce-
 bella* Pers. affinitatem notat. Cum sequenti, cui
 roxima, Merisma inter Coniophoras, sed ab affini-
 us suis haud removendae sunt. Ramuli ex hyme-
 io egressi in exemplari mihi praesenti apice quoque
 ilosi. Pulverem albedo - badium inspersum non
 bservo. *Ad latera rupium inter Muscos Americae
 realis. (v. s.)*

3. *T. stabularis* S. M. 1. p. 435., ubi vide. Plurima cum hac specie communia habere videtur *T. foetida* Ehrenb.

4. *T. puteana*, subrotunda, cartilagineo-carnosa, flavescens, dein fulvo-olivacea, postremo fusco-olivaceo-pulveracea, ambitu byssino albo-hymenio subundulato. — *Sommerf.!* Lapp. p. 282. fide spec.

T. puteana. Schum. Saccl. 2. — S. M. 1. p. 448. *Per Myc. Eur.* 1. p. 144.

b. tenuior. *Coniophora cuticularis*. Pers.! l. c. p. 154. fide spec. Chaill.

„Fragillima, lineam crassa. Aetate ipsa seorsum a trunco solvit. Hieme putrescit et nigrescit, sed sequente anno destructam incrustat nova.“ In optime Sommerfelt. Ceterum maxime versiformis et plurimis regionibus nobis allata. *Landae ad ligna vetusta quercina prope puteos aliaque loca aqua saepe conspersa haud rara.* Aut. (v. v.)

Species latissimo sensu a nobis sumitur. Formae a nobis infra subjunctae maxime affines, quare in genere tam proteo, ut autonomas admittere non potui. Quasdam a me ipso visas subjungam:

β. areolata, centrifugo-effusa, carnosa, succosa, concentricè tuberculosa, alutacea, ambitu determinato submucedineo.

Fungus valde insignis, domesticus, cum *Merulio* lacrimante analogus, semper vero in latere inferiori tectorum obvius, unde pulvis seminalis copiosus ferrugineus delabitur, colorque minus mutatur quam in praecedente, a quo insuper dignoscitur vegetatione crassiore, magis succosa, fere lacrymante tuberculis l. potius areolis latis concentricis. Ceterum in centro exoleta collabitur et nigrescit; ambitus mucedineus haud radians. Color vegetae semper alutaceus, sed sicus fuscescens, et in specimenibus in herbario asservatis non tantum color olivaceo-pulveraceus ut in priori, verum etiam areolae illae concentricae collabuntur. Tempestatis pluvia

in herbario uide evadit; et plantam valde hygrometricam esse, exinde optime patet, quod locis assibusve innascitur nunquam irrigatis, siccissimis, tamen nihil minus sub vegetazione valde succosa est, cum contra subaffinis *Th. arida* loco uide semper aridissima. *In tectis aedium, copiose in ar. Fensjö. (v. v.)*

γ. cerebella, undulato-gyrosa, primo albicans, pulvere rubiginoso.

Theleph. cerebella, Pers. ! syn. p. 580. Coniophora. Myc. Eur. I. p. 155. A. S. p. 282.

Hanc cum *Thelephora puteana* Pers. Myc. Eur. et *Conioph. cuticulari* Pers. l. c., collatis specimenibus authenticis conjungere non dubito; color reliquique characteres a loco in cellis pendent. Pulveris color in vegeto ferrugineus, in specimenibus siccis fusco-olivaceus apparet. Cfr. *Alb. et ichweini, l. c. Ad ligna in cellis. (v. s.)*

δ. colliculosa, undulato-colliculosa, pallescens, colliculis uno latere pulvere subumbrino adspersis.

Eximie variegata, arida; ceterum omnino cum prioribus connexa. *Sub dio lecta Petropoli ad paucos, colore oleoso oblinitos. (v. s.)*

ε. cellaris, late effusa, laevis, subtus bombycina, supra pulvere fusco-rubiginosa maculata.

Conioph. cerebella var. Chaill. ! in litt. Con. cellaris. Pers. ! ined.

Num haec varietas tantum sit, ut omnis analogia suadet, in medio relinquo, sed prioribus sane maxime affinis. Exsiccatione non olivascit. *In cellis. Chaill. (v. s.)*

5. T. eradians, carnosa, tenuis, adnata, utrinque glabra, recens olivaceo-fusca, ambitu brevi radiante albo, hymenio jugis a centro radiosus distincto.

Non longe a priori distat; tamen species majoris. Tenuior, arcte adnata, a matre laud separabilis, nisi cultro, et tunc subtile glabra. Ceterum longe et irregulariter effusa, ambitu radiante. Hymenium recens olivaceo-fuscum, jugis peculiariter modo radiosius insignitum, sed siccum jugis collapsis fere laeve, ex quo analogia cum priori quoque patet, Sporidia in hac parca. *Ad ligna putrescentia silvatica.* (v. v.)

6. *T. reticulata*, carnosa, ex aurantio l. subrubente cinerascens, pruinato-tomentosa, ambitu reticulato intricato olivaceo, papillis crassis concervatis.

T. marginata. A. S. p. 281., sed neutiquam marginata.

„Coniophora elegans, praeclare distincta, biuncialis fere, medio crassa, carnosa, succulenta, margine fibroso sicco. Marginis fibrae firmae, crassiusculae, laete olivaceae, reticuli inaequalis in speciem quaquaversus intricatae.“ — In silvis nostris adest status sterilis, quoad ambitum cum fungo descripto bene conveniens; videtur hic status luxurians cellaris, *lignis pineis putridis innascens Jan.* (v. v.?)

7. *T. byssoides* S. M. 1. p. 452.

Athelia strigosa β . Pers. Myc. Eur. 1. p. 83.

Semel legimus modo perfectam, veram Coniophoram.

** *Submembranaceae, aridae.*

8. *T. laxa*, membranacea, laxe adhaerens, olivaceo-ferruginea, subtus araneoso-tomentosa ambituque byssino albo, hymenio glabro ferrugineo-pulverulento.

Vegetatio prorsus Thelephorae cujusdam Hymantiae. Membrana laxe truncis adhaerens, 2-3 unc. circiter longa, tenuis, papillis majusculis genuinis tuberculosa, olivaceo-fuscescens, superficie laud setuloso-pulveracea, ut in plerisque hujus sectio-

, sed tantum circa papillas pulvere obscure ferrugineo adpersa. *Th. puteanae* forsitan proxima. *t truncos in silvis roridis. Aut. (v. v.)*

T. arida, effusa, membranacea, adnata, laevissima, setuloso-pulveracea, umbrino-ferruginascens, ambitu albicante.

(*Coniophora membranacea Quibusdam! vix Decand. — cfr. Mer. pulverulentum.*)

Species valde insignis, *Theleph. puteanae* quomodo affinis, licet substantia arida tenui diversissima appareat. Specimina habeo tam domestica, am silvatica; illa multo perfectiora et regularia ut, late effusa, ambitu angusto, sed distincto bo-radiante; at in silvis magis irregularis, aut determinata, aut ambitu alutaceo-furfuraceo. lor proprie pallescens, sed e pulvere setuloso con-tissimo primo umbrino-punctata, mox tota pul-raceo-velutina, sordide ferruginea. Membrana vissima, vegeta adnata, sed exoleta, qualis plu-norum fungorum epixylorum more valde fallax igitur, separabilis, tota umbrina, facie diversa. *d ligna putrescentia, saepe irrigata, l. ad terram ostrata, pinea; optime in fabrefactis. Autumno riore. (v. v.)*

Longa varietatum series adest, notanda prae-pue b) *lutescens, subglabra, ferrugineo-puncta-*, *ambitu reticulato luteo.* Ad cortices Pini de-ctos. (v. v.)

— Ex hac regione videtur *T. Betulae* Schum.

l. *T. olivacea*, effusa, adnata, subtomentosa, lae-vis, obscure olivacea, ambitu simbriato albo.

Colore insigni et eximie constanti differt. Late fusa orbicularis l. elongata, habitu semper tomen-so. Ambitus pulcher, determinatus, in vetustis anescens. Setulae sparsae, obscuriores. Priori finis videtur; hujus status junior est *Hypochnus vaceus Fries Obs. 2. p. 282.* Nobis pervulga-quare in exteris alio nomine venditur v. c.

Th. chalybaea apud A. S. p. 281., quorum fungi fere omnes in agro nostro adsunt. In silvis pineto-montanis ad truncos putridos pineos. Per totam saltem aestatem, etiam vere vegeta, lecta. (v. v.)

β. *T. botryoides*, effusa, adnata, subtomentosa, olivacea, ambitu fimbriato albescente, papillis confertis globosis „albis et cinereis.“
Schwein.! Car. n. 1050.

Sedulo collatis speciminibus americanis cum *Zuecicia*, papillis valde singularibus exceptis, nullum omnino invenio discrimen. Sed varietatem esse non absolute statuo; vidi vero in multis papillas accidentales esse. *Ad cortices Carolinae.* (v. s.)

Obs. *Thel. chalybaea* Pers. e genuinis speciminibus mihi haud cognita est. Diversam vix habeo; forsan *T. olivacea* l. potius *T. atrovirens*. Certe in his plantis periti, omnes species e descriptionibus tantum cognititas omissas esse, vitio mihi haud vertent. *T. chalybaea* papillis congestis a *T. olivacea* et *T. atrovirente* praecipue recedit.

11. *T. Sistotremoides* (Raduloides), effusa, membranacea, sulphureo-cinerea, ambitu byssine albo, papillis minutis dentiformibus pilosis. —
Schwein.! Car. n. 1053.

Papillae abnormes, distantes, fasciculatim sparsae. Inclytiss. Inventor priori affinem dicit, quare eidem subjunxi, nam specimina nostra haud omnino completa sunt. — Novi generis typus ex Auctore; bene sane, sed limites inter diversos typos generum Thelephoris subjunctorum nondum innotuerunt, quare hoc loco ambitu pristino habituali servavi. *Late expansa ad ligna Carolinae.* (v. s.)

12. *T. ferruginea*, effusa, adnata, ubique tomentosa, ferruginea, medio pulveraceo-papillosa.

Tomentella. Pers. Obs. 2. p. 18. Thelephora. Pers. Syn. p. 578. Myc. Eur. l. p. 141. Th. ferruginosa. A. S. p. 280. T. Persoonii. Der. fr. 2. p. 107. Eypochnus ferrugineus. Fr. Obs. 2. p. 280.

Colore insigni mox dignoscitur, sed status perfectior inquirendus. Nexus cum *Hydno ferruginosum* exploratus. Ingenue fateor, hujus et subimilium (si novae visae sunt, semper omissae) metamorphoses mihi haud satis cognitae, indeque eas a S. M. exclusas; sed ne frustra quaerantur, descriptas hoc loco recipere debui. *Ad truncos pasim.* (v. v.)

3. *T. punicea*, circumscripta, tomentosa, subpulverulenta, granulata, sordide punicea, demum brunnescens. *A. S. p. 278.*

Plurima cum prioribus affinitatem indicant. Color ludit interdum cinnabarrinus, sublateritius. Membrana subrotunda oblongave, $1\frac{1}{2}$ –3 unc. fere aequans, adpressa l. reflexa, subtus item tomentosa, colore erreo distincta, supra papillis minutis granuliformibus obsita l. c. *Ad cortices fagineos et abietinos, etc.* (v. s.)

Obs. *T. rosea*, infra descripta, saepe pulveracea, hoc loco citanda est, ceterum magis Himantidis similis. — Hujus vesiculae inspersionem analogiam indicant cum *Theleph. sanguinea* Swartz!, quae *Hypochnus rubrocinctus* Ehrenb.!, ejus synonyma sunt quoque *T. coccinea* Schwein.! *Car. n. 1032.* et *Spiloma roseum* Radd. — Hujus congener est *Th. albicans* Hook. — Genere removendae.

14. *T. umbrina*, effusa, mollis, umbrina, subtus villosa, ambitu brevi radiante, hymenio ferrugineo-pruinoso.

T. umbrina β lignatilis *Ab. et Schwein. p. 261* (nec *T. umbrina* Pers., quae *T. terrestris*.)

Species insignis. Haud admodum lata, sed confluens, a matre aegre secedens, ob contextuum axum mollissima, tamen glabra apparet, non rimosa, subundulata l. tuberculosa, sporidiis sordide ferrugineis circa tubercula conspersa. Hinc optima *oniophora*. Observantur insuper sub lente, setulae

fuscae; fere nigricantes. Sicca etiam configua est. Ad tigna abiecta carie paene consumpta, rara. (v. v.)

Subtrib. II. HIMANTIA. S. M. 1. p. 450.

CHAR. Effusae, subbyssinae, subtus villosae et saepius fibrillis araneosis adpressis sericeae. Ambitus fibrillosus. *Hymenium setulosum*, sed non pulvere obscuro (subferrugineo) Coniophorarum adpersum.

Obs. Multis punctis tam Coniophoras, quam Ceraceas tangunt. Limites alibi aliter forsitan ponendi, sed hoc loco ex vegetatione et facie externa, e quibus facillime, dispositi. Nam ex hymenio in praesenti nimis ambigua dispositio. Sic v. c. asci in plurimis desiderantur, quod inter subtribus characteres in S. M. laudavi, sed varias in statu perfectissimo jam ascigeras vidi, quare omnium ascos olim detegi sperare licet, quatenus hujus generis sunt. — Sed una alterave v. c. *T. pedicellata* aliorum olim omnino referenda; tamen hoc loco jam describo. — Thelephorae Himantiae in statu perfecto omnium fungorum rarissimae sunt; in centuria speciminum *Thelephora sulphureae* vix unicum normale! Perversam illam rationem considerandi quamcumque obviam formam Mycetoideam ut typicam jam per decennium plurimis locis adgressus sum; et, quamvis theoria nostra de abnormitate fungorum perfectiorum in cryptis et natorum a plerisque neglecta sit, eandem praedicare pergam, donec aut probata sit, aut solide refutata, quod vero salva integritate naturae fieri non posse censeo.

† Himantiae verae.

- (1.) *T. ? pedicellata*, effusa, byssoidea, subcompacta, fulvo-cinnamomea, ambitu undulato albo, subtus fibris fasciculatis radicata. Schwein. n. 1046.

Si Thelephoram censeas, in hac subtribu collocanda. Longe lateque effusa; ad 6 ulnarum spatium ambiens; tota e fibris *Racodiaceis!* dense intertextis compacta; tres lineas supra matrem elevata pedicellis l. potius radiculis e fibris fasciculatis contextis basi dilatatis. *Cfr. l. c. t. 2. f. 3.* Singulae radicae opponitur in superiore parte tuberculum fusco-nigrum, papillae simile, quod valde tumente substantia foveolam relinquit. *Hymenium nullum. Ramos et truncos adhuc vigentes ambit Byssus insignis in Carolina, copiose vere. (v. s.)*

2. b. *T. cinnamomea*, irregulariter effusa, adnata, cinnamomea, in ambitu fibrilloso - strigosa, setulis ferrugineis in hymenio.

Tb. cinnamomea Pers. ! Myc. Eur. 1. p. 141. (Num et Racodium aluta, subcorticale, strigosum etc. l. c.?)

Mihi non nisi byssacea obviam venit, sed specimina hymenio unito (tantum pelliculari tamen), laevi, demum rimoso, glabro, haud pulverulento, sed sub lente setuloso misit optimus CHALLET. Analogia ceterum adest cum Theleph. ferruginea et corrugata ob substantiam aridam et setularum colorem. *Ad ligna et cortices Quercus, Coryli etc. (v. s.)*

2. *T. domestica* S. M. 1. p. 431.

Vera Thelephora.

3. *T. fusca*, effusa, adnata, mollis, nuda, subfusca, ambitu tenui dilutiori subtusque tomentosa, hymenio subrugoso, setulis obscurioribus. *S. M. l. c.*

Species praeclara, in statu soluto Alytosporii species, an perfecto subcarnosa (quamquam tenuis), eximie mollis, facie glabra, quamquam e fibris omnino contexta; sicca collabescens, favuloso-rimosa, *Athelia Pers.* — Late effusa, interrupta, colore badio-umbrino aliove obscure fusco, tactu obscuriore, ambitu subpallescente. Hymenium undulatum, setulis obscuris, nunquam ferrugineo-pulveraceum ut *T. umbrina. Ad cortices Fagi, Abietis etc. (v. v.)*

4. *T. violascens*, effusa, confluens, tenuis, mollis, subcinerea, subtus araneato-tomentosa fusca, ambitu brevi villosa-radiata violaceo-albo, hymenio papilloso albido-pruinoso. *S. M. l. c.*

Pulchra atque distincta, Coniophoris variis eximie analoga. Junior sistit maculas orbiculares, dein latissimas et longissimas, saepe pedales, ambitu brevi velutino violaceo-albo. Membrana ipsa mollis, tenuis, ligno adhaerens, sed separabilis, subtus araneoso-tomentosa adpresse sericea; in rimis vero ligni laxa fit et bombycina. Superficies in vegetis eximie papillosa, papillis genuinis, passim etiam undulata; pulvere subtili adpersa albida, fere ut Coniophorae. Setulae exiles, tamen sub lente praecipue in siccis, conspicuae. *Ad ligna vetusta pinea in silvis montanis. (v. v.)*

4. b. *T. atrovirens*, irregulariter effusa, tomentosa, laevis, atrovirens, ambitu concolori, pellicula demum glabrata setulosa cinerascens.

Color valde peculiaris, difficulter describendus. Sicca sistit tomentum tenue, sed vegeta monstrat in disco pelliculam tenerrimam. Setulae gaudent colore atrocyaneo; sed pellicula laevissima his tecta cinerascens. Nisi semper laevissima esset, hanc pro *T. chalybaea* Pers. sumerem. Num varietates ejusdem speciei? *Loco cum prioribus omnino convenit, sed rarior est. (v. v.)*

4. c. *T. coerulea*, effusa, confluens, adnata, subtomentosa, amoene coerulea, setulis concoloribus.

T. coerulea. Schrad. ! Dec. fr. 2. p. 107. Pers. Myc. Eur. p. 147. T. fimbriata. Roth. Cat. Auricularia phorphorea Sowerb. t. 383. Theleph. Indigo Schwein. ! Car. n. 1028.

Colore insigni, cum nulla alia facile confundenda; sed adsunt formae variae satis discrepantes. *Primo subrotunda, undique villosa, ambitu dilutiori, demum late effusa, etiam glabrata, papillosa, hyme-*

io genuino. Setulae subconcolores, non sine forti lente dignoscendae. In lignis et corticibus putrescentibus vulgaris. (v. v.)

5. *T. rosea*, effusa, adnata, pruinata rosea, sicca eleganter rimosissimo – rivulosa, ambitu fibrillante albo. *S. M. l. c.*

T. rosea. Pers. Myc. Eur. I. p. 131, Sommerf. Lapp. p. 284.

Species, uti omnes affines, bene distincta; sed haec simul valde paradoxa. In statu adulto plura individua confluent in maculas irregulares, effusas, membranaceas, arcte adnatas; ambitu araneoso-fibrilloso candido, sensim evanescente. Superficies laeviuscula, vix papillosa; sed senio l. siccitate eleganter et frequenter in areolas minutas radiato-rimosa, unde facies valde corrugata. Color subroseus l. lateritio-roseus, siccitate expallens. Pulvere concolori (sed non setuloso Coniophorarum) demum expallente pruinosa est. *Optima legitur ad truncos populeos. Aut. (v. v.)*

5. b. *T. velutina*, effusa, cartilagineo-membranacea, adnata, laevis, carnea, velutina, ambitu fibrillis rectis divergentibus.

T. velutina. Dec.! Athelia velutina. Pers. Myc. Eur. I. p. 35, fide spec. Chaill.!

Species praeclara, hymenio distincto crassiusculo carneo-ceraceo, pellicula tenerrima velutina tecto, ex quo emergunt setulae tenellae confertae, elabentes superficiem sub lente foraminulosam reddentes. Hinc color hymenii carneus l. rufocarneus in siccis cinerascens. Hymenium omnino laeve et ne siccitate quidem rimosum, inpositum strato albofloccoso, subtus in pagina adnata fibrilloso – adpresso. Ambitus distincte fibrillosus, fibrillis ramosis, divergentibus radians, quo ab aliis mox diguoscitur. *Ad cortices et ligna vetusta Europae australis. (v. s.)*

5. c. *T. sanguinea*, effusa, laevis, glabra, incarnata, ambitu hyssino fibrilloso, subtus araneosa sanguinea.

Cum *T. sulphurea* et *T. lactea* peculiarem fermentationem constituit, sed colore optimae ceterum species, nec aliae desunt notae valde insignes. Hymenium prorsus laeve, glabrum, ceraceum, primo sanguineum, dein incarnatum in luce magis magisque albescit, ut *Pezizae veruginosae*. Subtus vero et mycelia hujus speciei semper sanguinea sunt. Omnes Byssi fibrillaeformes sanguineae in agro nostro *T. sanguineae* ortum suum debent. Innumeras habemus formas *Ozonium*, *Himantiam*, *Fibrillariam*, *Atheliam* etc. referentes, quas ab Auctoribus non notatas miror. Nec ab exteris terris hanc speciem umquam accepimus. Sitne vero *Rhizomorpha fontigena* Rehbent. hujus status? Sed huic speciei insuper peculiare, quo ab omnibus fungis dignoscitur, quod lignum, cui innascitur, colore sanguineo, ut *Peziza aeruginosa* aerugineo, satiat. Lignum mucedineum intus simul flocculosum evadit, sed lignum durius lineolis sanguineis, fere ut nigris a *Sphaeria spinosa*, decussatur. Color locis suffocatis insuper intensior (sistit his locis telam tenuissimam glabrata, fibras discretas etc.); quo magis vero in luce crescit, eo magis albescit. Paucis; species maxime insignis! *Ad ligna pinea et juniperina, nec alia, vulgata in pinetis Sueciae; per annum lignum sanguineum reddens, sed hymenium perfectum autumnio edens.* (v. v.)

6. *T. sulphurea*, effusa, fibrilloso-byssina, laete sulphurea, hymenio subfulvo, setulis albidis. *S. M.* 1. p. 452.

Species vulgatissima; cuique Mycelogo obviae fuerunt infinitae ejus mycelii formae, supra jam enumeratae; sed statum perfectum hymenio genuino ascigero crasso cerateo papilloso, setulis minutis albidis obsesso solus vidisse videor. Huic formae proxime affinis *Athelia citrina* Pers., sed in hac hymenium tenue, submembranaceum, laeve, siccitate in areolas polygonas distantes diffractum. Magis incompletum tantum sistit pelliculam cinerascen-

em. Reliquae formae, ad degeneraciones pertinentes mycelii, ad singulam speciem non enume-
andae, cum plurimis affinibus ei communes sint.
Innes fibrae sulphureae lignis et corticibus inna-
centes in Suecia saltem huic speciei ortum debent.
Etiam lignum mucidum flocculoso-sulphureum tin-
git; sed numquam lignum, ut prius liquore quasi
anguineo, colore suo satiat. *Ad truncos frequens,
formae fibrillosae per totum annum; fertilis supra
ligna et folia faginea aut.* (v. v.)

Obs. Unica planta, quaecum commutari posset
haec species, est *Phlebia vaga*, sed in statu perfe-
ctissimo diversissimae sunt huiusque Mycelia minus
laete sulphurea.

6. b. *T. viticola*, effusa, confluens, adnata, auran-
tiaca, ambitu byssino laetiori, hymenio conti-
guo nudo. — *Schwein.! Car. n. 1037.*

Species pulchra, sed minuta tenuis. Hyme-
nium, quod laevissimum, contiguum, et glabrum
apparet, sub lente fortissima tantum setulosum.
Maculae hujus primordiales et historia Theleph. coe-
ruleae; hoc loco ob colorem inserui. Color variare
videtur. Specimina a Cel. SCHWEINIZ missa ful-
vo-ferruginea, medio subcanescentia (et revera in
statu pelliculari lecta videntur, in quo plurimorum
hymenium cinerascit); alia a Cel. Schwaegrichen
data hymenio sulphureo genuino gaudent. *Ad sar-
menta Vitis, Americae.* (v. s.)

7. *T. lactea*, effusa, membranacea, tenuis, lactea,
subtus fibrosa, ambitu fibrilloso. *S. M. 1. p. 452.*

Colore lacteo, in hymenio praesertim sicco
passim flavescente, notisque Himantiarum dignosci-
tur protea species. Omnes ejus formas non sine
multorum annorum usu ad typum suum referas.
Late effusa, libera, mollis, stramineo-alba, am-
bitu fibrilloso, hymenio rugoso genuino—est inter
status *rite evolutos.* b) late effusa, subadnata, con-
igua, lactea, sicca alutaceo-lutescens, hymenio

laevi contiguo, setulis minutis velutino, jam imperfectior, saltem vix explicata. c) discreta, subtus et in ambitu fibrillosa, hymenio laevi stramineo, siccitate in frustula a se invicem distantia partita. (Th. cariota. *β. Pers. Myc. Eur. I. p. 151.* et var. *α.* ad *b.* circiter spectat, d) membranacea, laxe adhaerens, costata, subcontigua, ambitu fimbriata, radicibus validis (Rhizomorphoides) sub cortice repentibus. e) pellicula tenerrima, laevigata, alba et plurimae inter has prorsus mediae. Ob mycelia ejusdem coloris multarum Thelephorarum, Hydnorum, et Polyporum synonyma difficile indicantur, plurimis enim communia sunt, tamen optima *Himantia candida β. Pers. syn. p. 704.*, *H. subcorticalis Pers. Myc. Eur. I. p. 92.* Fibrillaria implexa *Pers. Myc. l. c. p. 52.* Rhizomorpha fibrillosa *Ach. aliaeque huc potissimum referendae. Vulgaris. (v. v.)*

(8.) *T. laevis. S. M. I. p. 451.*

Transit ad sequentes, tamen omnino hujus sectionis. Tenuis plerumque et humida; color variat etiam lividus. Bona et late effusa species, sed characteres parum, nec ut in prioribus; prominent. In fibrillas numquam solutam vidi, sed pagina inferior bonam Himantiam indicat. — Ceterum *Theleph. laevis* Auct. est titulus valde vagus, sub quo varie comprehenduntur Apodes ceraceae effusae.

Multas in super locis suffocatis tantum lectas inter species praecedentes certas immiscere nolui. *Athelium melinam Pers.* inaed., apud nos vulgarem, *Th. sulphureae* subjunxi, donec perfectior forma innotuerit e. s. p. — Duae vero restant insignes, paucis verbis notandae: *T.* — membrana, tenuissima, laxe adhaerens, laete ochracea, subtus fibrillis adpressis reticulatis sericea, ambitu byssino aureo-crocato, hymenio pelliculari expallente laevissimo pruinoso. — *Himantia ochracea Obs. Myc. I.* — forsitan *T. sulphureae* filia. — *Ad ligna pinea, carie plane conumta suffocata.*

T. radiosa, effusa, mollis, adnata, subtus adpresse albido-fibrillosa, ambitu albo fimbriata, hymenio perfecto aspigero laevi glabro alutaceo-pallido,

T. radiosa, *Fries Obs.* 2. p. 277, *Pers. Myc. Eur.* p. 130. *Athelia ochracea*. *Pers. Myc. l. c.* p. 84.

Passim ad ligna, sed versiformis, nunc *T. lacteae*, nunc *T. laevis* filia videtur, hinc omisi.

Soboles Thelephorarum floccosae saepe supra muscos, filia, caules herbarum etc. dispersae raro perfectam evolutionem attingunt.

**** Species desciscentes.**

Obs. Species quasdam maxime insignes, ad utram subtribum stricte referendas hoc loco addenda, cum Himantiis proximae videantur. A Ceteis, quibus facie externa proximae, hymenio nudo ceraceo et laxiori contextu recedunt.

T. anthochroa, effusa, subadnata, ambitu byssino, supra laevis velutina lateritio-rosea pallescens.

Color fere *Hydni fimbriati*; subtus quoque ramulis Rhizomorphoideis sub cortice serpit. A *Th. lutina* et *Th. rosea* longe distat. Specimina spei distinctissimae loco remoto servo, quare descriptionem completam alio loco tradam. *Ad cortices Betulae.* (v. v.)

Videtur *Th. anthochroa* *A. S.* p. 278.; forsitan *Pers. syn.* p. 576., sed nostra late effusa, vera thelephora, nec *Sporotrichum* (sp. *anthochroum*. *Pers. Myc. Eur.* I. p. 79.), multo minus *Hydnum* (*Pers. l. c.* 2. p. 190.), ad quae genera nuperius ab eo allegata est.

T. odorata, maxima, suberosa, rigida contigua, laevis, utrinque glabra, pallida. *S. M.* 1. p. 445.

Affinitas cum *Suberosis* in priori tribu adesse detur proxima, tamen utpote semper effusa, demum ad plures ulnas truncos ambiens in hac tribu locanda. Junior arcte adnata, tota flocculoso-llosa, valde *Xylostromea*, sed perfecta admodum compacta, subgrumosa, rigida, numquam rimosissima, demum tota ut corium a truncis solubilis. *c. respectu T. albae* proxima, sed substantia huius

numquam carnosae l. ceraceae. Superficies inferior glabrescit, a trunco videtur colore alutaceo tincta superior primo velutina, dein glabrescens, sub lente vero semper, Suberosarum more, velutina, laeviuscula a matre noduloso-tuberculosa. Color primo albus, mox pallescit, vetustus alutaceus l. rufescens — *T. alutacea* Schwein.! in litt. hujus formae floccosae prorsus similis est. *Ad truncos pineos, ubi adest copiosissima. Perennis. (v. v.)*

Obs. Odor haud omnino constans, tam saepe notabilis. Cum idem observetur in varietate Polyporis, eodem loco nascentibus, loco natali a scribendo videtur. Monendum vero, sequenti speciem, observante Cel. MOUGEOT, etiam odor pollere fragranti et loco diversissimo occurrere. Omnium Thelephorarum haec in statu normali *Xylostromati* maxime accedit — *Theleph. croceae* Schrad. equidem quoque legi in truncis Fagi; sustantia vero et facies omnino prioris, quare distinguere non ausus sum. Interea *Xylostroma giganteum* non ex hac tantum oritur, verum etiam ex sequente, *Th. gigantea*, *Th. setigera* etc. pluribusque Polyporis et Daedaleis.

11. *T. suaveolens*, magna, effusa, suberoso-mollis contigua, laevis, albida, hymenio glabriusculo

Xylostroma suaveolens. Moug.! in litt.

Inter copiosa specimina *Xylostromatis*, a giganteo odore grato tantum diversi, unicum repertum Thelephoreum, priori sat simile, sed substantia molli, pagina inferiori minus adnata velutina, hymenioque satis discrepans. Odor fragrans. Ceterum denique observanda species. Num *Th. laevi* valde affinis? *Ad truncos Populi pyramidatae. (v. s.)*

12. *T. setigera*, irregulariter effusa, crassa, carnosae, undulata, lactea, intus flocculosa, subsericea, setulis sparsis hyalinis obsessa.

Species ab omnibus, sequenti excepta, valde remota, sed simul omnium mihi cognitorum fr

maxime versiformis. Quanquam ejus formae confluant, plures seorsim enumerare necesse in communi descriptione non facile comprehenditur. Notae primariae sunt: 1) color candidus, dein in lutescentes maculas hinc inde. 2) contextus valde laxus, mollis, facile colens, parum cohaerens. 3) Vegetatio irregulari membranaceo-expansa, sed ubi vegetiorimas crassas undulatas abiens, sed incrustando, sinuam faciem induens. 4) Hymenium autem in perfectis tenue glabrum, ascis destitutum, laticis maxime apricis. 5) Setulae sparsim, pellucidae, satis conspicuae. 6) Locus. In regionibus montano-silvestribus, in a hieme, perfecta vere. (v. v.)

formalis. Supra corticem *Betulae albae* scrupet et inaequabilem prodeunt tubercula carnosae rimis profluentia; haec sensim dilatantur, ue corticis rimas sequentes, versus ambitum entia, extenuata, confluentia et irregularia. perficiem undulatam et tuberculosam valde losa et passim quasi pileolos fornat. Submollis, spongiosa, 2 lin. et multo ultra in centro. Matrīci adnata; sed centrum crastim facile secedit. Hymenium recens et venitum, glabrum, exceptis setulis hyalinis ade prominulis, sed sicca rimosa et superoculoso-villosa. — *Primo vere.*

ultis formis cum priori connectitur alia multo tubercula hemisphaerica, parvi magnitudinis compacta, subelastica sistens. Color suifrequentius lutescit. Praecipue vero melis est superficie valde inaequabili, frequentita setis (non setulis tantum) brevibus, subminorum referentibus, saepius fasciculatis, quae a *Hydn. barbae Jovis* refert. Singularis haec ra facile observatur, aegre vero vivo modo itur.

lusa, tenuis, rimosa, scabra, ambitu substriviscoso, in nigra macula lutescente, cincto;

quae macula in multis formis depauperatis hujus speciei valde insignis est et vere diagnostica; tenuis et arcte adnata, nunc epidermidi tenuiori Betulae, nunc cortici interiori epidermide destituto. Ad hanc formam spectat *T. aspera* Pers Myc. Eur. I. p. 153, sed icon t. 6. f. 1. haud bona ob colorem cinerascentem.

d. vage effusa, pruinato - subtomentosa, tenuis, haud cohaerens, *Sporotrichum* referens; saepius vero ostiola *Sphaeriarum*, imprimis *S. ciliatulae*, incrustant, unde facies prorsus *Hydni* subulis fasciculatis villosis. A plurimis Auctoribus pro *Hydno paradoxo* l. *Sistotremate digitato* accepimus. Huic formae debemus cognitionem aculeorum, ut in aliis papillarum, e Sphaeriis incrustatis ortorum.

e. subrotunda, pulvinata, villosa, tuberculo subcorticali sphaerico insidens, subulis elongatis glabrescentibus e tuberculis villosis fasciculatim erumpentibus. Ens mirabile, jam verum Hydnum, tamen subulis setaceis diversum; haec non ut in prioribus Sphaeriis incrustatis ortae sunt, sed omnino propriae cum setis formae b., analogae. Sub epidermide latet tuberculum hemisphaericum, flocculosum, sed compactum, omnino fungo privum, nec e conceptaculo *Sphaeriae* cujusdam *Circumscriptae* ortum, ut primo inventionis momento credidi ob formam prorsus simillimam. E tuberculo excrescit pulvinar hemisphaericum, exsiccatum macula lutescente cinctum, 3-4 lin. latum primo undique villosum, mox tuberculosum, demum e tuberculis exserens subulas fasciculatas, graciles, primo villosas, dein glabras, acutissimas, luteofuscescentes, undique divergentes. — Forma haec posterosa ortum suum debet *Picis!*, constanter enim in foraminibus ab *Pico viridi*, *medio* etc. tornatis nidulatur. *Arbores integras emortuas adhuc stantes hieme exasperat* (omnes formas vidi vivas).

Obs. Hactenus de formis Thelephoreis; pauca de byssaceis addendum, quarum series, si plene

poneretur, haud minus longa. Omne *Sporotrichium* in cortice Betulae dejecto obvium in agrosidneusi huc etiam spectat. *Fibrillarins* vero et *Rhizomortheoideas* formas numquam sinit, sed per corticem et lignum, vel in ipso ligno carioso dimum *Xylostroma giganteum*, et, quod mirum ne, valde compactum exhibet.

T. bombycina, irregulariter effusa, tenuis, incrustans, recens carnosa, pruinosa, sicca flocculoso-faliscens, alba, papillis rotundatis congestis.

T. sera. *Pers. Myc. Eur. l. p. 154.* (hujus aut prioris flocculoso-solutus), *Alb. et Schwein. p. 283.* ob locum in Alno. *Hypochnus serus, Obs. Myc. 2. p. 276.* *Theleph. bombycina. Sommerf. Lapp. p. 284.* status perfectissimus; nomen certissimum.

Hactenus prioris varietatem habui ob contextum et colorem similem, quibus notis utraque a liquidis longe distat, tamen inter se optimis notis nstanter differunt. Papillas in priori, aetas in hac, getatione singulari insuper distincta, haud vidi. Quotis mihi obviam venit, describam; Supra ramos arborum, hactenus tantum Alni, quos tota binde ambit, praecipue supra thallum Lichenum liaceorum latissime et longissime effusa, interrupta. Praecipue appetit *Parmeliam saxatilem* ejusque cinias sequitur, mox ambit, dein in suam substantiam convertit et verbotenus devorat (quare nonymo Sommerfeldiano haud cognito *Thelephora voracissimam* dixi), unde varie effigurata; deum vero in crustam cõstiguam undulatam abit. mile quid, nec in priori, neque in alio fungo observatum novimus. Tamen etiam simpliciter supra rices effusa legitur. Ambitu, prorsus sine malla lutescente, glabra, etiam subtile, ubi effunder eccis contexta subnuda, arcte adnata, (tamen fructula latiuscula cultro saltim separari possunt) ipsa mper tenuis, sed voracitate sua crassiuscula evat. *Recens omnino carnosa, humida, hyalio-l. seq-albida et papillis genuinis, regularibus,*

tundatis congestis instructa. Siccæ vero alba et floccos pulveraceos (Sporotrichum) tota collabunt. Asci nulli. In silvis udis, perfecta Febr. Martii (v. v.)

14. *T. papillosa*, membranacea, secedens, rimosis silva, lactea, subtus glabra, ambitu furfuraceo papillis minimis confertissimis regularibus.

Fungus a ceteris valde discrepans, si rite examinetur, sed aptiorem locum non video, nisi Hydnium malles. Pars inferior membranacea est, cortice quasi adglutinata, alba aut lutea, sed facile integris solubilis; primo sistit orbes aliquot linearum, mox verò in crustas latas indeterminatas confluit. Supra hanc membranam semper contiguam impositum est stratum, etiam in recente fungo rimosissimum!, quod undique tegitur papillis minimis confertissimis regularibus. Qualem structuram in alia hâc vidimus. Ambitus, quod singulare, non cum membrana inferiori homogæus est, sed potius cum strato hymenino; minime radians, sed flocculoso-furfuraceus. *Species rarior, ad cortices prostratos pineos hieme.* (v. v.)

Obs. *Th. cretacea* Pers. Myc. Eur. I. p. 150. cum nostra non male convenit; tamen notæ essentialia quaedam desunt et forsân ad speciem magis trivialem spectat.

Subtrib. III. CERACEAE.

Char. Ceraceae, arcte adnatae, fere ignatae, ambitu determinato, saepius nudo, haud fibrilloso, fimbriato. Contextus aegre conspicuus, sed flocculosus est. Hymenium ceraceum, primitus subprunosum, sed non pulveraceum, (siccum subprunosum) setulis pellucidis aut inconspicuis.

Obs. Sectio naturalissima; species pervulgatae, versatiles, paucas notas acutas offerentes. *Formas*, quae multorum annorum serie constantes apparuerunt, distinguo; quævis multas colore

Pro natali constanter diverso tantum differant. Aberrationes praecipuae sunt: 1) *individua sterilia, macularia*, ob vegetationem depauperatam, assis delimitata. Cir. S. M. 1. p. 453, obs. 2) *individua articola*, per epidermidem erumpentia, pseudo-spillis magnis e Sphaeriis orta. Hae valde fallacem formam multas subministrant species; papillam formam ad species distinguendas nunquam adhibenda. 3) *Xylostromea* priusam speciem haecetantum vidi. 4) Status floccosi, setulis obditi. — Species nobiliores sunt *T. gigantea, ulnea, stracea, granulosa*, quarum singula uno caractere subtribus typo deflectit, sed reliquis notis et affinitate hoc loco optime retinentur.

T. gigantea, cartilagineo-ceracea, latissima, hyalina, mucosae confusa sublibera papyracea lactea, ambitu primo strigoso-radiato. S. M. 1. p. 448.

T. gigantea, Pers. Myc. Eur. 1. p. 150. *T. pergamenea*, Pers. l. c. Moug. et Nestl. exsicc. — *T. fimbriata*, Sammerf. l. Lapp. p. 282. — (*T. lactea* Pers. Myc. Eur. 1. p. 161. *infans*.)

Maxime insignis, merito, ut perfectissime evoluta, in hac subtribu agmen ducens. Recens et vegeta omnino carnosa. l. cartilagineo-ceracea (nit pergamenei offerens, quare hoc nomen recentius valde incongruum), humida, hyalina l. glauca, subadnata; sicca vero papyracea, a matrice secedens, subinvoluta, lactea, semper confusa; nec infimum more rimoso-incisa. Tota glaberrima est; habitus peculiari modo spinuloso-radiatus, quo ab omnibus Thelephoris recedit, minime byssinus, in adultis vix conspicuus. Forma maxime difformis est. Hymenium recens analytice examinavi, et Thelephoram versissimam sistit. Sub lente forti quoque conspiciuntur setulae pellucidae. — Haec species, quae primo obtutu a reliquis longe distare videtur, variis formis cum sequentibus bene coniungitur. Praecipue memorabilis est forma *Xylostromea*, sub ortico frequenter obvia, crassa, laxo floccoso-con-

texta, qualem ex hac specie vix suspicatus sui
Vulgaris in Pino silvestri. (v. v.)

β. latissima, adnata, tuberculosa, glauca, sic
lutescens, ambitu spinuloso-radiato.

Color, recens quidem, albido-hyalinus, sic
vero subgitus evadit. Superficies tuberculosa,
siccis subvillosa; ceterum in latas plagas diffra
et revoluta. Descriptione exactissime congrua, r
possum, non pro *T. grisea* Pers. Myc. Eur. I, p. 1
habere. *Ad ligna et cortices abiernos, hieme.* (v.

γ. minuta, subinnata, subrotunda, albida, de
lorans, ambitu spinuloso.

Certissime ad priorem pertinet, ut ex amb
patet, qui vero si deesset, ad *T. lividam* referre
Sicca lutescens, carnea, sed numquam rimosa,
ligna pinea. (v. v.)

1. b. *Th. incrustans* S. M. 1. p. 448.

T. incrustans, asbacea, *Merisma serratum*. Pers.
p. 577, 583. *Myc. Eur.* I. p. 135, 156, 159.

Priori affinis est, substantia fere eadem, tu
tum paulo magis carnosa, sed sicca etiam omni
contigua, nec rimosa. Ambitus quoque convenit,
in priori magis strigosus, in hac membranaceo
fibrosus. *T. incrustans* vero minor est, autumnu
varie incrustans, unde forma passim Merismoid
L. saltim tuberculosa. Sed haec tubercula, ut eti
papillae, e quibus subinde ut ex ambitu fibrae er
scuntur, accidentaliter sunt. Color pallide rufes
e setulis albis emersis sicca saepe albido-pruina
apparet. — Inter *Merisma serratum*, a matrice
crustata ortum et *Th. penicillatam*, quae etiam eff
laevigata reperitur, magna intercedit analogia.
Varios fungos pileatos hoc modo ramulosos evad
non rarum est v. c. *Phlebia Merismoides*; exi
vero ne specie, multo minus genere distingi
Illustr. Sprengelio M. serratum cum *Clavaria*
mosis juncti assentiri equidem non possum.

erismatis genere limitando analogiam pro affinitate
re amplexus est.

T. calcea, effusa, ceracea, arcte adnata, glaber-
rima, laevis, sicca rimosa, albida, ambitu
similari.

a. lactea.

b. argillacea.

c. albido-fuscescens. *T. calcea*, *Peri. Myc. Eur. I.*
p. 153.

* *glabulosa*, exsiccata in glébulas minimas partita.

a. lactea.

b. argillacea.

Thelophorae incarnatae, cinereae etc. saepe
n similibus, ut colore excepto haud distingui pos-
sunt. Color tamen satis constans est, ambitus num-
quam radians. Nunc elongata, nunc late effusa;
seta contigua, sed siccitate more plurimarum
disso-rimosa; vero, quae status praecipitatus appa-
ret, tota in glébulas minimas solvitur. Individua
lactea et argillacea utriusque mixta legimus. *Vul-*
neris ad ligna putrida pinea, per annum. (v. v.)

T. pubera, effusa, ceracea, arcte adnata, hyme-
nio laevi velutino.

a. lactea.

b. argillacea.

Valde tenuis, ceraceo-membranacea, latissime
usa, indeterminata, subtus et in ambitu perfecte
solubilis. A matre tantum frustulatim solubilis. Hy-
menium laeve, siccum pro more rimoso-incisum,
setulis minutis punctiformi-prominulis velutina.
Color argillaceus aut isabellinus. *Supra lignum mu-*
lum Fagi. (v. v.)

T. mollis, ceraceo-mollis, effusa, subsecedens,
glaberrima, subtus flocculoso-villosa, rube-
scenti-pallida, papillis prominulis majusculis.
S. M. I. p. 443.

Species insignis, rara; ut hujus status minus
notus forsitan consideranda:

β. *T. pellicula*, subadnata, candida, pallida aut alutacea.

Facies a priori valde diversa, trivialis; forsas characteres distinctivi olim detegentur, sed *T. mollem* ipsam ultimis annis vivam comparare non licuit. Specimina hujus colore vario pallescente certe non differunt. Quamquam hymenio et ambitu glaberrima, tamen inquit evidentius floccosa, quam alii hujus sectionis et pagina inferior villosa est, si matre solvitur. Sicca pro more rimoso — incisi Papillae demum prominent, irregulariter sparsae. *Ad ligna praecipue pinea, sed etiam ad cortice etc.* (v. v.)

Utrum ad hanc, an potius ad sequentem referenda sit *T. salicina* Pers. l. c. p. 132, sine specimen haud dicam.

5. *T. alnea*. S. M. 1. p. 446.

De hac specie conferendum *Sammerf. Suppl. Lapp. p. 282.*

6. *T. ochracea*, effusa, adnata, ceracea, glabr subochracea, ambitu albo subradiante evanescente. S. M. 1. p. 446.

Species pulcherrima atque distinctissima, pro more maxime varia; sed de genuino ambitu haud dubitamus. Praecipue ex aetate et loco adeo mutatur, ut species diversas facile statuas. A reliquis hujus sectionis optime dignoscitur *ambitu radiante albo, saepe fibrilloso, sed adpresso* (ut certe non Himantia), *colorisque mutationibus.* In media aetate quoque viva atque raris aureo-micantibus adpersa, quales in alia non vidimus. Ambitus albus nunc fibrillosus, nunc unitus, in vetusta evanescit. Color primo albidus, mox alutaceus, dein subochraceus, demum rubens. Junior tenuis, laevissima, papillae tantum spuris, adulta crassior tuberculosa. Hujus loci *T. ochracea* Pers. Myc. Eur. I. p. 137., *T. alutacea* cr. Pers. l. c. p. 128. (var. mihi haud cognita). — *Vulgaris ad ligna pinea.* (v. v.)

β. crassior, e luteo-rubens, sicca areolato-rimosa, papillis geminis. ...

T. concentrica. A. S. p. 279.

Prioris status perfectissimus, rarior, vere observandus. Serò autumno sistit maculas parvas aere alutaceas, dein late confluentes, ad spithamum neque extensas, opacas, aurantiacas, siccas immixtissimas insigniter rubentes. In silvis abiegnis vntosis roridis. Optima martio. (v. v.)

T. granulosa S. M. 1. p. 446.

Ambitu determinato, glaberrimo, colore alutaceo, papillis confertis granulosis persistentibus, vegetatione adnata facillime dignoscitur *Hydri alutici* affinis. Ligna pinea etc.

T. mucida, effusa, subinnata, ceraceo-gelatinosa, gilva, papillis confertis inaequalibus hemisphaericis mollibus.

Junior subrotunda, mox latissime conflens, terminata, humida mollis mucida. Papillae geminae, sed inaequales, demum confertae, hemisphaericae, molles, unde vetusta rugosissima evadit. Ambitus tenuis pallidior subradians, sed neutriam byssinus. Nescio, cui affinis, tamen minus orta species, cum semel tantum, at copiose in truncis *Betulae prostratis lecta*, Aut. (v. v.)

Obs. T. mucida Pers. Myc. Eur. I. p. 135. huc dari potest. Forsan vero praecedentium status e co carioso, in quo saepe Thelephorae mucidae cadunt.

T. serialis S. M. 1. p. 445.

Statum perfectissimum l. c. descripsi. Species t e vulgatissimis in silvis pineto-montanis, seculenti proxima. Sed huic accedunt formae imperitiores numerosissimae, minus evolutae. Harum ultae tenuissimae, laevissimae, ligno fere innatae c. b) testacea. c) lilacino-carnea etc. characteris agis recedunt aliae pubescentes colore gilvo-palae, carneo-testaceae, e tota facie vix distinctae.

10. *T. livida*. S. M. 1. p. 448.

Species valde versiformis, sed optime disti-
Colorem species non distinguere; eo certius
quum specimina variegata saepe occurrant; an-
vero constantius livescit. Tenuior ceracea, et
sicca contigua; crassior subgelatinosa, siccitate
sa; colore saepe etiam fusco-purpureo. Pa-
nullas. Superficie subviscosa et coloris habitu
dignoscitur species ubiquitaria.

11. *T. viscosa* S. M. l. c.

A praecedente omnino diversa, licet saepe
fundi videatur. *T. viscosa* Schum.!, Pers.
Eur. etiam hujus lucif. nec non *T. hyalina* Sc
status sterilior. Facile cognoscitur colore al-
caesio aut hyalino, ambitu concolori glaber
substantia tenui, molli, superficie uda etc. In-
quoque saepe vidimus papillas nigrescentes, se-
regraesae prorsus videntur. Prior ligna pinea,
ramos dejectos arborum frondosarum deligit. (

β. uvula, innata, tenuissima, uda, glaber
trita fugax, laevis, lilacino-pallens.

Tenuissima, in ambitu perfecte glaber
uda, sed vix viscosa. *Ad ramos dejectos Fag-*
garis, hieme. (v. v.)

12. *T. confluens*, subrotunda, confluens, ac
ambiens, submembranacea, recens hyalina
bitu albo, hymenio nudo pallido. S. M. 1. p.

Ad varias *T. incarnatae* formas accedere
tur, sed omnino diversa est ob ambitum a
hymenium nunquam pruinosum (primitus
glandulosum) atque coloris mutationes. Qu-
supra cortices praecipue nascatur, nunquam e-
pens l. tubercularioidea, nec Sphaerias, potius
grapham macularem Ach. incrustat. Ambitus
delicatus, albidior, non byssinus. Papillae in-
tice prorsus nullae, sed in ramis decorticati-
more perfectior; crassior, papillis distinctis
confortis. Color peculiaris, hyalinus in planta

da, in sicca albus, dein in flavescentem et rufescentem abiens. *Optima legitur hieme in ramis v. gr. Fagi.* (v. v.)

Obs. Th. confluent. *Pers.!* *Myc. I. p. 136.*, Th. citrina *L. c.!* et, e descriptione, *T. epidermea* *L. c.* hujus loci,

13. *T. comedens* *S. M. 1. p. 447.*

Ab omnibus dignoscitur *crescendi modo*; numquam supra lignum decorticatum l. supra epidermidem furari potest; *Sphaeriae stigmatis* instar cortici interiori constanter innata, epidermidem solvens. Caveat, ne juniores incarnatas *Sph. stigmatis* plagas pro hac l. affini Thelephora habeas. *Hymanium* per se laevissimum, sed a *Sphaeria epimyce* passim papillosum, quam tenuissimum, sub ferti lente eximie setulosum. Color multam intensitatem variat. — A *Persoonio* bene dicitur *T. decorticans*. *Myc. Eur. I. p. 137.* — Sequens similis subinde evadit, sed epidermidem tum forte soluta est.

14. *T. incarnata*, ceracea, adnata, confluent, ambuens, hymenio laete colorato pruina subcarnea tenuissima adperso. *S. M. 1. p. 444.*

Formae innumerae, quas oppido confluere numerosissimis specimenibus facile evincam. Ad hanc pertinent: *T. incarnata* *Pers. Myc. Eur. I. p. 130.* (forma truncicola, perfectissima) *T. aurantia. a. β. Pers. L. c. p. 138. S. M. 1. p. 445.* (colore tantum diversa; var. β . in transitu esse, *Cel. Persoon* quoque observat) *T. lateritia. Pers.!* *L. c. p. 139.* (sive spec. *Chaill.* (tubercula primordialia per epidermidem erumpentia) *T. holaris Pers. l. c. p. 138.* ex *Auricul. aurantiaca Sowerb. t. 291* quoad descriptionem, iconem non vidi. *T. fallax. Pers. l. c. p. 139.* (forma supra epidermidem nata, imperfectior) *S. M. 1. p. 454.* *T. fimbriata Schwein.!* in *litt.* — ut plura ignobilis reticeam.

De illinitibus hujus speciei, latius forsitan extendendis, dubia quaedam adhuc restant, sed omnes allatas formas huc spectare certissimum habeo. A proximis dignoscitur *substantia ceracea* (nec grumosa), *hymenio laete et persistenter colorato, pruina carnea tenuissima adperso.* Omnes aliae differentiae e forma; papillis etc. incertae sunt. Inter co-

lorem testaceum, croceum, incarnatum, alutace flavum nulli limites. Ceterum in quavis arbore quovis cortice obvia et varia. In ligno carnos in cortice tenuior. In lignis siccis et cortici crassioribus magis irregularis, saepius longitudinaliter effusa, laevis, siccitate rimosa; in ligno hunc vero subundulata, papillosa, a ligno fere secedit. In corticibus aliis, v. gr. *Alni*, circa tubercula rimas prominentes radiat, valde tuberculosa, tenuis. In *Pino silvestri*, tenerrima epidermidis pellicula secedente, primitus nodulos minutos, mox planatos, laevigatos, subradiantes sistit. Sed et Sphaeria nascentis infinite, habitu praecipue pseudopapillarum, variat. Juvabit unius alteriusve hirciam exponere. In ramis Betulae et tuberculis *Lanconii* hinc erumpunt tubercula rubra, facie *berulariae* v. gr. *T. velutipedis*, quae circa bimox flocculosa evadunt, sensim explicantur in ciculis orbiculares flocculoso-radiatas, demum confluentes glaberrimas, pseudopapillis magnis; quidem individuis laevigatis in ramo decorticato scintibus prorsus similes sunt. Aliter in *Tilia* scintem observavi. Tubercula jam primitus superficialia, proprio tantum maculas orbiculares sistendo centro a Sphaeria *Tiliae* umbonatas, ambitu subdo, porro confluunt e. sp. In *Quercu* etiam non obvia per epidermidem erumpens, diffracto-tuberculosa etc. (*Sph. lateritia* Pers.); papillae et Sphaerophæmia demum polygonae. In cortice *S.* prorsus laevis et superficialis visa. In *Salice* praeter fallax est, serpit in rimis crassioris corticis magis flocculosa, quam in alia arbore, subgingi. Subsimitis colore crocato in *S. alba*. In *Acere* a bitus distincte byssinus (*Th. fimbriata* Schwë. Confer quoque *S. M.* 1. p. 454. — Iterum testas et plures consimiles formas distingui non potest — Pruina non nisi lente dignoscitur; subfortissima etiam setulae in hymenio conspiciuntur. *Uque.* (v. v.)

5. *T. nuda*, ceracea, adnata, confluenta, ambiens, carneo-expallens, ambitu glabro, hymenio pruina albida fugaci adperso. — *S. M.* 1. p. 447.

T. dichroa. *Pers. Myc. Eur. I. p.* 133; *T. Castaneae*. *Pers. l. c.* 1. p. 132., sunt hujus formae epispheariae cum *T. fallaci* analogae.

Priori et sequenti nimis affinis, forsitan non satis distincta. Vegetatio prorsus eadem; perfectior effusa in ramis decorticatis; per epidermidem erumpens sit tubercula difformia, Sphaeriis utique innata, sine expansa in maculas irregulares confluentes; saepius rimosas. Notae praecipuae sunt *glabrities*, *color expallens* et *pruina albida*, vix conspicua. (ad ramos *Betulae*, *Aesculi*, *Castaneae*. (v. v.))

6. *T. cinerea*, subceracea, adnata, confluenta, ambiens, sublurida, ambitu subradiante, hymenio pruina cinerascens tenuissima fugaci adperso. — *S. M.* 1. p. 453.

Formae numerosissimae, plurimae diversis Sphaeriis in crustatis ortum suum debent: *T. nigrescens*. *Schrad.!* (*faginea* *Pers. Myc. Eur. I. p.* 146. sub *T.*; *pithya* *Pers.!*, stirps prorsus dubia). *T. cinerea* *Pers. l. c.* p. 145. *T. fraxinea*. *Pers.!* *l. c.* p. 145. *T. Tiliae*. *Pers.!* *l. c.* p. 147. *T. Piceae*. *Pers.!* *l. c.* p. 123. *Moug.!* et *Nestl. exs.* — *T. Pini*. *Dec. fr.* 6. p. 31. *T. purpureo-violacea*. *Schwein.!* in *litt.*

Colore sublurido ambituque haud circumscripto omnibus dignoscitur; reliqua omnia affinium, praecipue *T. incarnatae*; nec minus varia. Specimina perfectissima observantur in ramis decorticatis *alicis*, *Tiliae*, *Fraxini* etc. late effusa; ambientia, umido obscuriora, sicca rimoso expallentia; ceterum color valde variat quoad intensitatem. Papillae in his rarissimae. Magis supra cortices omnium re arborum frondosarum mutatur; *papillae* in his nunquam genuinae. Maximae omnium, polygonae in *Ribis*; tuberculosae in *Pino picea*; quadricoccae supra Sph. quaternatam in *Fago*; parvae, regulares in *Fraxino* supra S. pruinosa; nullae in cortice *alicio*. Forma *Betulae* singula verbo cum forma *T. incarnatae* convenit. — Hinc totidem spe-

cies distinctae. Qui formas hujus diversas comparat, alias glabratas, alias flocculoso-radiatas distinguendas, facile credit, sed oppido confluent, etiam in eadem arbore. *T. Tiliae* a Cel. Mougout missa glabra est; in his regionibus in *Tilia subfloccosa*. Plurimae formae demum expallent, simillimae priori. In *Betula* ob epidermidem arboris rigidam sicca magis rimosa et subsoluta; quo transitus ad *T. Piceae* facilis. Haec cum *T. Pini* perperam comparata, procul dubio etiam ad *T. cineream* pertinet; nam pro more a *Sphaeria*, unde tuberculosa oritur, dein diffracta, subsoluta, nec regulariter reflexa ut *T. quercina*, cujus vegetatio in prima aetate *Ceracearum* simillima est. Magis abnormalia sunt specimina *T. fraxineae* a Cel. Greville data; crassiuscula, expallentia, rimoso-diffracta, subtus fere soluta, nigricantia. *Ubique.* (v. v.)

Obs. *T. violaceo-livida* *Sommerf.!* *Lapp.* p. 283. ad *T. polygoniam* substantia magis grumosa deflectit, sed amicissimi inventoris specimina a *T. cinerea* tute distinguere non valeo.

17. *T. limitata*, grumoso-cartilaginea, adnata, confluens, ambiens, lurida, expallens, ambitu nigricante limitato hymenioque nudo. — *Chaill.*

A prioribus differt *ambitu* nudo *nigro-marginato*, hymenio vix pruinoso et substantia fere *T. polygoniae*, tamen forsitan priori nimis affinis; color fere idem. Pagina inferior arcte adnata, fusco-nigra. Hactenus tantum corticola lecta, unde e *Sphaeriis*, affinium more, papillosa. Junior sistit tuberculum subtrotundum, jam tum limitatum nec flocculoso-radians, mox longitudinaliter confluens, siccitate varie rimosum. *Ad ramos Ligustri.* (v. v.)

Obs. *T. leucocoma* *Pers. Myc. Eur.* videtur status expallens. *T. Lycii* L. c. potius ad praecedentem referenda.

18. *T. polygonia*, grumoso-cartilaginea, adnata, ambiens, incarnata, sub pruina copiosa pallida carneo-rubra, — *S. M.* 1. p. 444.

Notis datis a prioribus facile distincta; historiam c. jam exposui. Etiam hujus *forma normalis*, illicet supra lignum nudum l. corticem epidermide ivatam nascens, *laevissima* est. Nomen igitur ecificum, ut plurima in hoc genere, valde incon-
uum, utpote ad statura atypicum spectans, sed
cinde mutare non licuit! Pseudopapillae adsunt
sem simplices in individuis supra *S. corticis* na-
s. Specimina helvetica nostris multo tenuiora.
ec nobis rara est illa forma ab *Alb.* et *Schwein.*
consp. p. 276.) notata, Cel. Persoonio vero dubia,
abtus soluta et nigricans. Certe fallax est, sed
ropius examinata parum utique notabilis. Latus
nim inferius nigricans vix ad Thelephoram perti-
et, *sed ad epidermidem corticis innatam*, quam
cum solutam avellit!— Tandem et hano loco suffo-
ito flocculosam vidi, quod alias vix credidissem
b substantiam sequentis subtribus.

Hae sunt species, quae labore et studio sane
incredibili limitare potui. Plura utique vidi speci-
mina, sed aut ad praecedentes pertinent, aut status
imperfecte cogniti specierum hactenus ignotarum,
uales sunt:

T. pithya, Pers.! *Myc. Eur.*, p. 146.

T. obscura, Pers.! *Myc. Eur.*, l. c.

T. porioides, Pers.! l. c. p. 134.

Quarum quidem vidi specimina authentica; prorsus tam
incognitae mihi videntur.

T. Lycii Pers. l. c. p. 148.

Cfr. supra.

T. agglutinata, Pers. l. c. p. 134. (Quae vidi speci-
mina, *T. quercinam* adhuc effuso-adnatam spectant;
descriptio quoque optime quadrat.)

T. cyclothelis, Pers.! *Myc. Eur.*, l. p. 49.

Speciem in statu tantum exoleto lectam esse, e specimi-
nibus mecum communicatis palam est. Proxima *T. gi-
gantiae* et *alveae* videtur, et ulteriori examine di-
gnissima. Tubercula inflata l. inania vidi. *Ad cor-
tices Juglandis*, (v. s.)

T. fuliginosa, magna, coriacea, fuliginosa S. nigre-
scenti-spadicea, setulis densis obrita, Pers. *Myc.*
Eur., l. p. 145. Videtur bona *Lajstromatis* species.

Subtrib. IV. LEJOSTROMA. S. M. 1. p. 452.

Obs. Facile a prioribus dignoscitur habitu substantia subfarinacea, vita perenni. Superficies setulosa, sed asci non observati. — Cum statibus abortivis priorum multum conveniunt, et, quae c. in observatione ut vero-similia attuli, jam quae no certus statuo. Multae vero species, praecipue cum *Th. Apod. stereis* analogae, eximiae sunt; aliae magis dubiae. (*Th. Himantiae desciscentes*.)

1. *T. acerina*. S. M. 1. c. p. 453.

2. *T. corrugata*, effusa, arcte adnata, immarginata, tenuis, rimosissima, rugoso-plicata, pallide cinnamomea, setulis ferrugineis.

T. corrugata. Fries Obs. Myc. 1. p. 134. Pers. Myc. Eur. 1. p. 134. T. Padi. Pers. l. c. p. 142. si specim. Mougeot. Grevill. Crypt. Scot. 1. 234. bona.

Ceteris major et crassior, 2-3 unc. longa, habitu subfarinaceo et uniformi, nunquam marginata sed hinc inde plicata. Plicae accidentales videntur adsunt vero simillimae et in nostro et in Mougeoti no fungo. Hymenium frequenter rimosum, etiam vegetum, inaequabile, aliarum more primo obtusum, sed revera setulis valde conspicuis ferrugineis subseptatis adpersum. Color primo sublucida, dein cinnamomeus expallens. Substantia tenuis, arida, trita subfarinacea ferruginea. Ad ligna et cortices Tiliae, Mali, „Padi, Coryli, Quercus etc. Perennis. (v. v.)

Cel. GREVILLE suspicatur, *Th. fusco-purpuream* Pers. Myc. Eur. 1. p. 142. etiam hujus est varietatem. In statum juniorem bene quadrat descriptio. Saltim valde affinis est.

3. *T. laevigata*, effusa, subinnata, tenuissima, laevis, indeterminata, ferrugineo-cinnamomea, setulis obscurioribus.

a. annotina, continua, velutina, ferruginea.

b. bicinnis, rimosa, glabra, cinnamomea.

Priori proxima; cum eadem optima et certissima subtribus speciés. Signo notavi specimina rmae a, quae sequente anno formam b. exhibuerunt. Tenuissima, subfarinacea; nil floccosi in contactu adest. Superficies velutina ut in proximis a talis oritur; adsunt quoque setulae in forma b., d rariores, breviores, quam in *Th. corrugata*.

b. *T. episphaeria*, effusa, tenuissima, subpulveracea, helvola.

H. episphaerium. *Schwein.!* in litt.

Longitudinaliter effusa, indeterminata, adhuc maior, laevissima, sed ex ostioliis Sphaeriae stigmati γ . minute et acute papillosa, unde facies prorsus Hydni minutuli. *Supra Sphaeriam stigma.* (v. v.)

Obs. *Th. cinerea* et *fallax* sunt status abnormes *Th. Ceracearum*; forsán item nonnullae sequentes, sed ad speciem quandam descriptam referre non ideo, hinc descriptas tantum synonymorum causa tabimus.

T. maculaeformis S. M. 1. p. 454.

Vegetatio sequentis.

b. *T. bufonia*, arcte adnata, orbicularis, confluens, flocculoso-furfuracea, umbrina, expallens.

T. bufonia. *Pers. syn. 1. p. 578. Myc. Eur. I. p. 144.* ipsi jam dubia, sed status normalis videtur. *T. pusilla.* *Pers.!* l. c. p. 145. *T. monothelia* l. c.!

evidentissime status incompleti, papillis e Sphaeris procul dubio ortis!

In statu quo hactenus observata, *Thelephora* non est, sed ex habitu facile metamorphosin *Thelephorae* conjicies. Substantia a *Th. Ceraceis* sphaerigenis recedit et *Lejostromati* proxima. Mirum sine Sphaeris oculatissimo *Persoonio* latuisse. *Supra ortices Fagi aliarumque arborum.* (v. s.)

T. amphibolia l. c.

Color intensitate variat. Setulae adsunt.

6. *T. sterilis*. S. M. 1. p. 454.

Etiam setulosa est, unde facies pubescens. H accedunt, inter alias dubias :

T. Taxi, irregulariter effusa, tenerrima, farinacea, tulosa, pallescens. *Pers.!* *Myc. Eur.* I. p. 84.

Taxi cortice. *Chaillet*, qui specimina misit. (

T. roseo-carnea, effusa, tenerrima, subpubescens, demum carnea. *Schwein.!* *Car.* n. 1031. (q specimina, descriptio vero fere *Himantiae.*) — *In mis et foliis suffocatis Carolinae.* (v. s.)

7. *T.?* *circinata*, effusa, carnosa (sed vesicul cellulosa, nec floccosa) flavo-carnea, setis a incurvis circinatis obtusis.

Sarcopodium circinatum. *Ehrenb.!* *silv. Ber.* p. 23. f. 4.

Flocci, qui sporidia ab Auctore dicuntur, si limi setis septatis plurimarum *Thelephorarum*. *caules aridos herbarum.* (v. s.)

8. *T. Typhae*, longitudinaliter effusa, tennis, lousa, demum tota glabra subfarinacea alute *Pers. Myc. Eur.* I. p. 84. (*Athelia.*)

Ab initio orbicularis, byssina, alba. *In Ty latifoliae culmis exsiccatis.*

9. *T. epiphylla*, tenuissima, glabra, cinerascens, l l. c. (*Athelia.*)

Haud dissimilis *Th. dryinae*. *In foliis Q cus.* (v. v.)

Plurimas ex hac regione omisi; satis enim q quiliarum. De autonomia multa dubia. Veris: *Hydna*, *Polypori* etc. *epiphylla* et *caulicola*, quadre etiam *Thelephorae?*

Restant duae *Thelephorae*, quarum nec Specimina nec e descriptione in *Myc. Eur.* data ad certan ctionem referre valeo, nempe :

T. Leproides. *Pers. Myc. Eur.* I. p. 140.

T. ericetorum. *Pers. Myc. Eur.* I. p. 135.

Ex *Atheliis* mihi incognita est: *Ath. epidermea*, *Myc. Eur.* I. p. 84. (descriptio in variorum status *dentares quadrat.*)

Ozonis, Himantiae, Xylostromata; Racodia etc. non tantum ad Thelephoras, sed et ad Pileatos varios, immo ad veros Byssaceos spectant. Cfr. S. O. V. I. 1. p. 214 — 217. Horum plenior disquisitio a scopo nostro in praesenti nimis aliena est.

Quamvis per ultima lustra omnes nervos in Thelephorae genus illustrandum intenderim, quamplurima dubia restare, facile video. Indigent sane adhuc sui WALLROTHII, qui metamorphoses systematicae exponat. Quo magis fructificatio a generis typo delectit, eo magis dubia est ipsa planta.

ORDO II.

C L A V A T I .

XIII. SPARASSIS.

S. M. 1. p. 464.

Obs. Genus distinctissimum, Clavariis vix aequale. Nec cum Thelephoris jungendum; mihi, tunc primo inventori Schaeffero, cum Elvellaceis, forsitan neglecta, potissimum comparandum videtur. hujus speciei detector Schweiniz Spathulariae analogiam indicavit.

S. crispa, ramosissima, fragilis, albida, ramis intricatis apice azonis serratis. S. M. 1. c.

Theleph. frondosa. Pers. Myc. Eur. p. 110. eadem autem maxime affinis. Clav. crispa. Wahl. Succ. p. 970, 1076.

S. spathulata, caespitosa, tenax, pallide rufescens, ramis erectis spathulatis, apicibus rotundatis zonatis.

Merisma? spathulatum. Schwein. ! Car. n. 1070.

Caespitosa, vix ramosa, 6 unc. alta, zonis concentricis horizontalibus. Ad genus Sparassis referendum Auctor ipse per litt. monuit. *Locis graminosis in Georgia et Carolina.* (v. s.)

XIV. CLAVARIA.

Obs. 1. Clavariae diu neglectae, tandem monographia Cel. Persoonii bene illustratae fuerunt. Ut formae rite dignoscerentur, necessarium factum fuit, ut multae postea conjungendae distinguerentur. Multas harum ad typos suos in S. M. referre studui, sed admisi alias, ulterius reducendas, partim a me non lectas, de quibus iudicium temerarium ferre nolui, partim oppido confluentes non visas etsi differentia dubia mihi videbatur. In speciebus distinguendis cauti sumus, sed in distinctis conjungendis adhuc cautiore h. e. nil confundamus, quae non aperte confluere vidimus. *Priores a me susceptas reductiones omnes confirmans*, ulterius jam sine tenebitate progredior.

Obs. 2. Etiam in dispositione Cel. Monographum secutus sum, cum propriam, in *Stirpibus ag Fensjonensis* propositam, ad omnes species extendere nondum possim. Sectio *Crassicaulium* si Botryoidearum haud constans et limitabilis; speciei ramosae in Leucosporas et Ochrosporas distribuetur. Caespitosae vero (*Cl. gigantea, anomala, purpurea, rosea, inaequalis, argillacea, fragilissima*) bonam sectionem, inter ramosas et simplices in diastem, constituunt; omnes Leucosporae sunt. Quae restant vere *Simplices* et solitariae peculiari omnino gaudent habitu. Cfr. *Stirp. agr. Fensj.*

4. *C. Coralloides.* S. M. 1. p. 467.

Wahl. Succ. n. 2053. Clav. alba. Pers. Myc. 1. p. 1
Meriana Holmsköldii, Spreng. S. V. IV., qui
 hoc genere conjungit *Hydnum ramosum, Thelephoramosum, Clavarias ramosas.*

b. grisea. — Grav. Crypt. Scot. 1. 64. et, ut verisimile est, Cl. grisea Auct., tamen Bull. icon minus convenit.

Ubi hanc annis pluviosis legitimus, ambis sit tantum invenimus *Cl. cristatam*. Inter *Clav. cristatam* et *Clav. rugosam* limites certos non invenimus. *Cl. cristata* locis udis magis tamen et sub saxa praedit. Omnibus substantia tenax, spo-

ba, asci et externa facies eadem. Equidem conjunctas credo, Omnium quoque occurrit forma duobus ex colore simillimo, altera alba; altera grisea. Praeter formas allatas etiam hoc referre in animo est sequentes species in Pers. Myc. Eur. receptas: *Cl. albam*, *Cl. fimbriatam*, *C. digitatam*, *Cl. grossam*, *Cl. fuligineam*, *C. trichopodem*, *C. macroporum* etc. — Sed plerisque forsitan insanire videor!

Cl. cinerea l. c.

Vix nisi prioris forma grisea, cum *Cl. rugosa* analogae, non identica. — *Clav. grisea* vero, vulgo hanc citata, longe recedit sporidiis subferrugineis ad aliam seriem pertinet.

C. stricta l. c.

C. muscoides. Sowerb. t. 157.

b. *C. tubulosa*, dense caespitosa, lutea, ramosissima, ramis confertis fastigiatis acuminatis fistulosis.

Primo ad aspectum media inter *Cl. flavam* et *atensem* apparet, sed cum speciebus Europaeis illa adest affinitas spectatior. Substantia fere alutacea, fragillima. In caespites valde condensatos scitur, stipite crasso in terram demerso, mox in rymbum ramorum numerosissimorum diviso. Rami acti, confertissimi, sibi invicem adpressi, fastigiati, uninati, fere simplices, eximie fistulosi. Color tenses luteus, sed opacus, e superficie sub lente lutino-pruinata. *Ad terram arenosam Brasiliac.* (s. Lund. invenit, Hornemann communicavit.)

C. palmata l. c.

Cel. Persoon, qui solus legit, *Cl. flavae* varietatem suspicatur et, ut videtur, merito. Ob substantiam carnosam, ramorum formam et locum cum *Succica* non conjungenda.

c. *C. apiculata* l. c.

A *Cl. abietina* (Grevill. Crypt. Scot. t. 117.) is differt; sed coeli plus minus pluviosae recreationem.

- γ. *C. angustata*. Ehrh.! — *Pers. syn.* — *S. M. n.* 44. *C. helvola*. γ. *Pers. Myc. Eur. Cl. flava*. Müll. *Gesellsch. Naturf. Freund.* 3. p. 352. t. 9. f. 1–3. *C. fragilis*. *Grev. Crypt. Scot.* t. 37.
- δ. *C. aurantiaca*. *Pers. Syn.* — *Syst. Myc. n.* 46. *Cl. helvola*. δ. *Pers. Myc. Eur. Clav. bulbosa* Schum. — *Myc. Eur. I.* p. 176.
- ε. *C. helvola*. *Pers. Syn.* — *Myc. Eur. excl. β. et * silvatica*. *S. M. n.* 47.
- ζ. ? *C. rufa*. *Fl. Dan. t.* 775. f. 1. huc potissimum referenda.

45. *C. rosea* l. c.

Colore constanter roseo, basi alba, a priori dignoscenda, ceterum ejusdem naturæ et varietatum seriei.

53. *C. fragilis*, caespitosa, fragillima, varia, (albida, versicolor), deorsum contigua alba.

Cl. eburnea, *C. pistilliformis*, *C. varicolaris*. *Pers. Myc. Eur.* — *C. helvola*. β. dispar. l. c.

Numquam vere lutea, tantum ætate lutescens, basi vero constanter alba; potius *Cl. striata*, *C. fumosa* et *C. nigrita* hujus varietates sunt. — *Cl. inaequali* multo fragilior est.

58. *C. uncialis*, gregaria, tenax, laevis, obtusa, alba, deorsum attenuata glabra.

C. uncialis. *Grev. ! Scot. t.* 98. *Edin. p.* 415. *C. obtusa*. *Pers. Myc. Eur. p.* 190. exclus. syn. Fries et ut verosimile, Sowerb. — *Moug. et Nees. ! exc. n.* 683.

Magnitudo variat, sed unciam vix superat. Erecta crescit, sed non stricta, saepe flexuosa. Superficies prorsus glabra. Siccitate pallescit. Bona et verissima Clavaria. A *Pistillariis* meis longissimo distat, *ascis perfectis* etc. Specimina fungi Persooniani minora sunt, $\frac{1}{2}$ unc. tantum longa, sed non differunt. Ad caules herbarum in regionibus rupestribus. (v. s.)

36. *C. fistulosa* L. c.

Wahl. Suec. n. 2064. Sommerf. Lapp. p. 285. Clav. juncea. b., C. fistulosa et C. strigosa, Pers. Myc. Eur. p. 176, 177.

7. *C. juncea* L. c.

C. juncea a., Cl. pilosa et C. virgultorum. Pers. Myc. Eur. p. 179, 177, 186. Cl. fistulosa Bullé, absque dubio est nostra var. β. et hanc speciem absque dubio spectat. Cfr. S. M. l. c.

). a. *C. gigantea*, caespitosa, fibroso - carnosa, clavis inaximis difformibus compressis contortis albotestaceis. *Schwein. Car. n. 1112.*

Caespites magnitudine capitis humani, 6 unc. etque lati, basi radiculosa. Clavae regulares aut saepius regulares, 1-3 unc. altae, 1 unc. usque crassae, eorum attenuatae magis liberae, quam in sequente millima, a qua praecipue substantia fibrosa dignoscitur. Passim pulvere albo, sporidiis forsan, tecta icitur. Exsiccata ab insectis magis corroditur, quam liae species. *Ad radices arborum et in terra in Carolina, Sept. Oct. meteorica. (v. s.)*

0. *C. anomala* L. c.

Inter species maxime insignes numeranda. Haec prior sunt quasi crassicaules Caespitosarum; *Cl. stillaris simplicium.*

3. *C. inaequalis*, subcaespitosa, subfragilis, deorsum contigua attenuata lutea.

Dignoscitur basi lutea, vegetatione laxa caespitosa, substantia minus fragili. Sequentes colligit species, ut varietates:

a. *C. fusiformis. Sow. — Pers. Syn. — Myc. Eur. — S. M. l. c. n. 41.*

β. *C. inaequalis. Fl. Dan. — Pers. Comm. — Myc. Eur. — S. M. n. 43. C. bifida. Chevall. par. p. 110.*

- γ. *C. angustata*. Ehrh.! — *Pers. syn.* — S. M. n. 44. *C. helvola*. γ. *Pers. Myc. Eur.* Cl. flava. Müll. *Gesellsch. Naturf. Freund.* 3 p. 352. t. 9. f. 1–3. *C. fragilis*. Grev. *Crypt. Scot.* t. 37.
- δ. *C. aurantiaca*. *Pers. Syn.* — *Syst. Myc.* n. 4. Cl. *helvola*. δ. *Pers. Myc. Eur. Clav. bulbos.* Schum. — *Myc. Eur.* I. p. 176.
- ε. *C. helvola*. *Pers. Syn.* — *Myc. Eur. excl.* et * *silvatica*. S. M. n. 47.
- ζ. ? *C. rufa*. *Fl. Dan.* t. 775. f. 1. huc potissimum referenda.

45. *C. rosea* l. c.

Colore constanter roseo, basi alba, a priori dignoscenda, ceterum ejusdem naturæ et varietatu seriei.

53. *C. fragilis*, caespitosa, fragillima, varia, (alba, versicolor), deorsum contigua alba.

Cl. eburnea, *C. pistilliformis*, *C. vermicularis*. *Pers. Myc. Eur.* — *C. helvola*. β. *dispar*. l. c.

Numquam vere lutea, tantum aetate lutesceri basi vero constanter alba; potius *Cl. striata*, *C. fimbriosa* et *C. nigrita* hujus varietates sunt. — *Cl. iaequali* multo fragilior est.

58. *C. uncialis*, gregaria, tenax, laevis, obtusa alba, deorsum attenuata glabra.

C. uncialis. Grev. ! *Scot.* t. 98. *Edin.* p. 415. *C. tusa*. *Pers. Myc. Eur.* p. 190. *exclus. syn.* Fries et verosimile, Sowerb. — *Moug. et Nesl. ! exs.* n. 6

Magnitudo variat, sed unciam vix super erecta crescit, sed non stricta, saepe flexuosa. Superficies prorsus glabra. Siccitate pallescit. Brevitas et verissima *Clavaria*. A *Pistillariis* meis longissimi distat, *ascis perfectis* etc. Specimina fungi *P. sooniani* minora sunt, $\frac{1}{4}$ unc. tantum longa, non differunt. *Ad caules herbarum in regionibus rupestribus.* (v. 8.)

XIV. CALOCERA.

S. M. 1. p. 485. S. O. F. p. 91.

Obs. Merito proprium genus, monentibus quod Cell. ESCHWEILER, DESMAZIERES, CHE-ALLIER etc. Species intima affinitate nexae; arte contra naturam in diversa genera collocata in Pers. Myc. Eur., Spreng. Syst. Veg. IV.

C. viscosa. l. c. p. 486.

C. brachyorrhiza. Scop. ann. Bot. IV. p. 150. t. 1. f. 10.

C. corticalis, subcaespitosa, mollis, subuliformis, pellucida, carneo-pallida.

Cl. corticalis. Batsch Cont. 1. p. 221. t. 26. f. 162. —
Chail. ! in litt.

Species elegans, delicata, reliquis minor, cum alla alia confluens, ne comparanda quidem. Forma varia, sed a basi constanter attenuata, nunc equaliter, nunc deorsum incrassata, saepe incurva, x lineam longa. Substantia mollis, fere C. tor-nae. Species diu neglecta indefesso Cel. CHAIL-ETII studio iterum emersit. Ad cortices arborum jectos. Nov. (v. s.)

Dantur hujus ut aliarum specierum formae Hydrum referentes aculeos, sed sursum nec deorsum ectant.

XV. GEOGLOSSUM.

S. M. 1. p. 487. S. O. F. 1. p. 89. !

b. G. cucullatum, subferrugineum, clavula ovata, stipite capillari.

Elvella cucullata. Batsch! nomen antiquissimum, Leocilia Mitrula. Grev. Scot. t. 81.

α. M. Heyderia Abietis. S. M. 1. p. 492.

β. M. H. psilla. S. M. 1. t. 1.

Nullam omnino genericam differentiam inter hoc v. c. G. atropurpureum, nec in hymenio, nec in

receptaculo. — *Leotia pusillam*, maxime affinem, tantum ut varietatem considerandam esse, amicissimo GREVILLEO lubentissime concedo, cum hoc iudicium, revera etiam nostrum fuit.

S. e. *G. globosum*, spadiceum, clavula globosa laevi, stipite deorsum attenuato.

Mitrula globosa. *Sommerf. Lapp. p. 287. t. 3. f. 3.*

Disperse crescit species tenella, 1–2 unc. alta, unicolor, spadicea. Stipes sursum incrassatus, hymenio clavulam efficiente circumcinctus. *In terra arenosa Saltdalen Nordlandiae parce, Oct. (v. s.)*

Prioris congenerem esse, etiam Cel. SOMMERFELT l. c. observavit.

XVI. SPATHULARIA.

Ehrh. Beitr. VI. p. 47. n. 191. — S. M. 1. p. 490.

Obs. Nomen potius in *Spathulea* mutandum. *S. O. V. 1. p. 89.* — Videmus insuper clavula inflata capitata, ut cum *Mitruis* conjungi possent. Nulla in fructificatione differentia.

XVII. MITRULA.

S. M. 1. p. 491. excl. Heyderia. Wahl. Succ. p. 975. Chev. par. p. 114.

Obs. *Spathulariae*, nec *Leotiae* propinquum genus. Clavula inflata, inanis. — *Mitruae* parasitae sunt.

1. *M. paludosa* l. c.

M. Phallobides. Chev. l. c. Leotia uliginosa. Pers. Myc. Eur. p. 200.

(3.) *M. inflata*, albida, capitulo subgloboso inflato, stipite filiformi elongato.

M. inflata. Schwein. in litt.

Spécies fere paradoxa ob capitulum maxime inflatum, fere membranaceum. Stipites unciales cititer, saepe geminatim l. ternatim juncto; valde raciles, aequales terminati capitulo subfloccido. *Ad ortices in America septentrionali.* (v. s.)

Obs. Postquam *Clav. mucerdæ* Schum. vidi, tibi speciem esse intellexi.

M. exigua, minuta, candida, capitulo mitraefor-
mi inflato, stipite brevissimo basi nigro.

Leotia exigua, Schwein. Car. n. 1119.

Minuta, sparsa, simplex. Stipes subpellucidus, unam altus. Capitulum $\frac{1}{2}$ –2 lin. altum. Speciem non vidi, sed insignis videtur. *In caulibus dejectis Carolinae.*

XVIII. CRINULA.

S. M. 1. p. 393.

Obs. Genus ob hymenium discretum, facie litrulae l. potius Geoglossi ad Clavatos relatum, sed era affinitate, ut analogæ *Ditiola*, cum Tremellinis otius conjunctum. Et cum affinitas at fructificatio omnibus characteribus e forma receptaculi validior sit, ad Tremellinas ablegandum puto.

C. Caliciiformis l. c.

Etiam Petropoli lecta est ab indefesso *Weinmann*, Mycologo acutissimo.

XIX. TYPHULA.

S. M. 1. p. 494. *S. O. V.* 1. p. 90.

Obs. Genus Clavariis valde affine, tamen magis in natura differt, quam primo obtutu apparet. *distinctionem quidem absolute non urgeo, tamen ne servari potest. Numerosae enim speciae, huc*

referendae, non tantum artificiali caractere a Clavariis semoventur, sed et arctissimo affinitatis vinculo inter se connectuntur. Praecipue species ramosas, cum simplicibus ictime intime affines, nunquam inter Clavarias ramosas immiscere licet. *Typhulis et Clavariis conjunctis*, generum caractere in hoc ordine aegre stabilientur. — *Clav. mucida* potissimum Typhula est, nam inter Clavarias nullum aptum sibi vindicat locum.

1. *T. Todei* l. c.

Cl. chordostyla. Pers. Myc. Eur. l. p. 189. Cl. filicina l. c. p. 190. fide spec. inventoris Mougout!

Tuberculum in hoc, sequenti perquam affinumquam vidimus.

2. *T. gyrans* l. c.

Duplex occurrit stirps, altera tuberculo innata altera tuberculo destituta (*Cl. setipes Grev. Cr. Scot. t. 49. nitide*), ceterum prorsus simillima. Utrum distinctae sint, an varietates, aliis dijudicandum relinquo. Prius in S. M. recepi, cum *Ag. tuberosus* etiam absque tuberculo legatur.

3. *T. phacorrhiza* l. c. p. 495.

Phacorrhiza filiformis. Grev. Scot. t. 93. Clav. Rhacorrhica. Pers. Myc. Eur. l. p. 192.

Tuberculo, quod deficit, excepto prorsus eadem est *Cl. filata. Pers. l. c. p. 187. Cfr. praecedentem.*

Non a me visae sunt *Clav. peronata Pers. Myc. Eur. l. p. 190., Cl. fuscipes l. c., C. tortilis l. c. p. 187.*, quae Typhulae apparent.

XX. PISTILLARIA.

S. M. l. p. 496. Phacorrhiza. Pers. Myc. Eur. l. p. 192. Clavariae, Stilbi, Xyloglossi spec. l. c.

Obs. Ob externam faciem cum reliquis *Clavariis comparatum*, sed ceterum vix affine, potius

erotiaceum genus. Nam analysis, ad genera certa tinguenta ubique consulenda, structuram prorsus eam aperte demonstrat. Etiam in statu perfectissimo *P. micans*; *phacorrhiza*; omnes analytice uninatae ascis plae destitutae sunt. Cel. Persoon, *ugeot* etc. eandem structuram observarunt. Certum mino habeo Pistillariis tantum affinia esse Sclerom, a quo genere status steriles distingui nequeat, et Acrospermum, quamvis ob substantiam carso-cellulosam ad eundem ordinem aegre referantur.

P. micans l. c. p. 497.

Diversissimam esse a Clavariis, optime demonstrant *Pers. Myc. Eur. I. p. 355, 356.* (*Stilbum micans*) et Ehrenberg *Ber. p. 27. t. 3. f. 2.*, nam *lerotium laetum* l. c. idem omnino videtur.

P. ovata l. c.

Structuram omnino prioris invenio. Cfr. A. S. 292.

P. quisquiliaris l. c.

A *Cl. obtusa* Pers. longe diversa. — *Sowerv. 334. f. 2.* ad meum fungum pertinere nequit.

P. Sclerotioides, clavula oblonga, obtusa, deorsum in stipitem attenuata rufescenti-badia, tuberculo lenticulari nigricanti innata. *Pers. Myc. Eur. t. XI. f. 3.* (haud bona.)

Teste Cel. PERSOONIO ad Acrospermum (*S. I. 2. p. 245.*) retuli, sed postquam plurima specimina examinare licuit, hujus eam esse generis et quenti nimis affinem, certus sum. Tubercula in traque fere eadem; etiam in hac clavula dilutius lorata a tuberculo discreta, nec tuberculum in ipsam avulam contigue abit et homogoneum, ut in icona tata. Stipes in hac specie potius magis distinctus et et clavula magis dilatata. Clavula carso-cellulosa et fructificatio prorsus hujus generis. Ascilli, nec formari possunt. *In caulibus exsiccatis intianae luteae. Chaillet. (v. s.)*

Tubercula sterilia, prorsus Sclerotii (*S. semen* generis, ex Helvetia Schleicher; e Norvegia ad caule *Gentinae purpureae* Ahnfelt miserunt. — Haec e plurima analogia exempla multa dubia de genere Sclerotio, quatenus non fructificante, movent. Sed ultra experiam in his progredi non licet.

4. b. *P. Phacorrhiza*, clavula lanceolata deorsum attenuata albida, e tuberculo nigricante erumpente.

Phacorrhiza Sclerotioidea. *Pers. Myc. Eur.* I. p. 190.

(... t. 11. f. 1, 2, non ad hunc fungum pertinent, sed enim figuras delineavi ad exempl. sicca *Clav. Sclerotioidea* ab Amico Chaillet acceptis. "Moug. in lib.

Tuberculum radicale omnino Sclerotii generis (ne dicam *Sclerotium semen* primo rotundatum, sensim magis depressum corrugatum et nigrum, intus album; saepe in hoc statu persistens, nullas clavulas emittens. Locis vero faventibus nunc e centro, nunc e latere tuberculi enascuntur clavulae solitariae l. plures, primo laeves lineares, dein sursum incrassatae lanceolatae, laeves, albidae, unciam vix attingentes. In vivo, ne sub vitris maxime argentibus, ascorum vestigia vidit oculatissimus sane Mougeot. *Ad caules exsiccatos Sonchi alpinae et Cacaliae albifrontis in montibus Vogesiis*. Mougeot. (v. s.)

Forsan ab antecedente non satis diversa. Num omne *Sclerot. semen* regionum campestrium ut hujus sterilis censendus? *Socia! Sphaeria Patella* in regionibus campestribus semper sterilis et clausa, sed in subalpinis fructificat! et discoideo-aperta. — Num idem *Sclerotii seminis* et *Pistilliarum* nexus, ac *Tuberculariae* et *Sphaeriae cinnabarrinae*?

5. *P. muscicola* l. c. p. 498.

Analyses hujus et *P. pusillae* adhuc desunt; et analogia tantum huc relatae.

6. *P. diaphana* l. c. p. 498.

Bulbus omnino Sclerotium, ut in *P. Sclerotioidea* et *Phacorrhiza*, videtur.

Tantum.

ELENCHUS FUNGORUM,

SISTENS

COMMENTARIUM

IN

SYSTEMA MYCOLOGICUM

VOLUMEN II.

AUCTORE

ELLIA FRIES,

ACAD. CAROL. ADJUNTO, ACAD. CAESAR. LEOPOLD. CAROL.
NAT. CURIOSORUM, REG. SOC. NAT. CURIOS. LIPS., BOTAN.
RATISBOE., PHYSIOGR. LUND. MEMBRO.

GRYPHISWALDIAE,

SUMTIBUS ERNESTI MAURITII,

MDCCLXXXVIII.

1

2

3

4

COMMENTARIUS
IN SYSTEMATIS MYCOLOGICI
VOLUMEN II.

ELVELLACEAE.

Syst. Myc. 2. p. 1. *Syst. Orb. veg.* 1. p. 84.

Obs. Hymenomycetes *Mitratos* et *Cupulatos* eodem sistere ordinem naturalem extra dubium certum est. Genera *Helvella*, *Leotia*, *Peziza*, *Rhizina* etc. ubique confluunt. Permultae *Pezizae* adulte convexae evadunt; ab hoc genere tamen minime separandae. Verae *Elvellaceae* ascis gaudent distinctis paraphysibus intermixtis, sporidiis elastice olantibus; hinc genera *Ditiola*, *Cyphella*, *Solenia*, cum reliquis subinde perperam juncta, diversissima sunt et inelius, neglecta forma cupulata, ad alios ordines naturales revocanda. De nexu generum nonnullorum cum Pyrenomycetibus jam II. cc. disputamus.

MORCHELLA.

S. M. 2. p. 5.

Morch. esculenta l. c. p. 6.

Hujus varietates, quales mihi quidem videntur, peculiare species a variis mecum communicatae sunt. Si distinguendae, synonymon Linnaeanum adnotandum. Eadem est *M. ** pubescens. *myc.*, t. p. 207, fide spec. Cel. CHAILLET.

A

6. *M. Tremelloides*. l. c. p. 10.

Specimina e Gallia hauc ad *Helvellam esculentam* trahunt. Eandem pro *M. Tremelloide* vendit Cel. *Schleicher*!

7 *M. semilibera*. l. c. — *Chev. par.* p. 118.

M. hybrida *Grev. Crypt. Scot.* t. 89. bona. — *M. crassipes. Pers. Myc. Eur.* p. 206 (nov. p. 209.)

 HELVELLA.

s. M. 2. p. 13.

9. *H. Pezizoides* l. c. p. 20.

Specimina, huic accedentia, sub *Peziza aterrima* misit optimus *Weinmann*. Recedunt stipite $\frac{1}{2}$ unc. tantum longo, pileique reflexi margine inflexo, unde forma magis *Pezizoidea*. — De *H. pygmaea*, nova specie, *Sommerf. Suppl. Lapp.* p. 288. cfr. l. c.

11. *H. elastica* l. c. p. 21.

Plures vidimus colorum varietates. *Niveam*, misit *Weinmann*. Cfr. *Sylog. Pl. 2.* p. 109; Admodum bellam *pileo spadiceo* *Schleicher*. Stipes subvillosus. Pileus subtus laevissimus, glabriusculus.

 VERPA.

s. M. 2. p. 23.

2. *V. digitaliformis*. l. c. p. 24.

Speciem eximiam, optime conservatam, misit Cel. *Chaillet*. Stipes usque triuncialis, deorsum leviter attenuatus, ob substantiam laxam, generis sollemnem, siccus corrugatus. Pileus $\frac{3}{4}$ unc. latus, obtusus; subtus pallidior, floccis pulveraceis, *Helvellis* communibus, vestitus. Asci amplii, omnino in pagina superiori.

5. *V. patula* l. c. p. 15.

Vera *Verpa*, saltim nulla affinitas adest cum *Diatiolis* *Pezizis*ve convexis, cum quibus sub genere *H.*

tio procul dubio delendo, jungit Cel. Sprengel.
yst. Veg. IV. p. 48

LEOTIA.

S. M. 2. p. 25.

1. *L. circinans* l. c. p. 27.

*L. * gracilis Pers.!* *Myc. Eur. 1. p. 198.* status elongatior, junior decerptus, pagina inferiori laevi.

6. *L. marcida.* l. c. p. 28.

Ad Cucullarias pertinet et praecedenti proxima est, optime observante *Sommerf. Lapp. p. 287.!* „Coriaceo-carnosa, fulva, opaca, pileo tenui repando laevi, subtus *substupposo* albicante stipite longo deorsum attenuato. Substantia marcida, corio praeparato similis, imprimis in pagina inferiori, ubi nullae adsunt venae, sed tomentulum.“

11. *L. atra*, minima, subcarnosa, nigricans, pileo hemisphaerico pubescente, stipite subaequali. *Weinm.!* in *Syll. 1. c. p. 109.*

Species perquam distincta, gregaria, tota 2-3 lin. alta. Pileus hemisphaericus, subtomentosus, sub lente minute foveolatus. Caro atra, Stipes sere filiformis, laevis, fuliginus. *In terra arenosa ad fossarum latera Petropoli, autumno.* Weinmann, qui rara sollertia hujus regionis fungos illustravit. (v. s.)

Obs. Ultimam *Leotiarum* tribum, quae certe generis centrum constituit optimasque species colligit, ad *Helvellas* transtulit Cel. Sprengel; equidem priorem potius tribum, tam habitu quam characteribus, *Helvellis* propiorem habeo, licet certum sit has genere numquam esse separandas.

V. VIBRISSEA.

S. M. 2. p. 31.

Obs. Cum omnes differentiae genericae e fructificatione longe praestent superficialibus ab externa

forma desumtis, hoc genus inter Mitratos distinctissimum manet; potius sane Pezizae et Helvellae jungendae, quam Vibrisseae et Leotiae.

2. *V. rimarum*. l. c. p. 32.

Non *V. ramorum* dicenda! Qui vidit, non facile cum *V. truncorum* junget.

VI. RHIZINA.

S. M. 2. p. 32.

Obs. Pezizis proximum genus! Alteram speciem ad Helvellas, alteram (potius forsán prioris verietatem) ad Ascobolos retulit Cel. Sprengel. Hujus assertionis ansam dedit icon Hedwigii, in qua asci supra receptaculum picti, sed in natura miime Ascobolorum more dissiliunt. — Utramque speciem e Germania, *R. undulatam* tantum e Ruthenia vidi.

VII. PEZIZA.

S. M. p. 40.

Obs. 1. *Helotium* Auctórum recent. certe numerandum est inter genera maxime erronea, quae in Mycologia introducta fuerunt. Ejus centrum constituunt Pezizae quaedam convexae, sed ex cupula concava, plana vel disco convexo genera haud distinguenda esse neminem in natura observantem latere credidi. In singula sectione occurrunt Pezizae disco plano et convexo, v. c. *P. perlata*, *clypeata* etc. inter Helvelloideas; *Helvella plana* (*P. macropus*), *P. umbrosa* etc. inter Geopyxides; *P. convexula*, *haemastigma* inter Humarias; *P. tiliacea* inter Eucelias; *P. pithya fibulaeformis* etc. inter Lachneas; sed praecipue inter Phiales limites ita oblitterantur, ut singula fere species in statu vetusto aut abnormis *Helotii* species evadat. Vidimus quoque eosdem Auctores sub utroque genere easdem species citare,

v. c. *Helotium nigripes* Pers. Myc. Eur. 1. p. 314. procul dubio *Pez. lenticularis* Ejusd; — *Hel. flavescens* l. c. est *Pez. fructigena*; immo Auctor ipse Fölnskjöldii iconem ad utramque citat, *Helot. umbelliforme* l. c. vera *Peziza*; ill. Sprengel et sub *Helotio* et sub *Pez. serotina* citat. Et sic in ceteris. Singula species *Pezizae* novam *Helotii* hac ratione subministrabit. Habitu a *Pezizis* deflectit *Hel. aciculare* Pers., sed quibus in natura observare non contigit, consulant bonam iconem (*Pers. Obs. Myc.* 2. t. 5. fol. 1.), ut primitus *Pezizoideum* videant. Non igitur temere, ut quibusdam visum est, haec genera conjunxi, in eo tantum errans, quod ut peculiarem sectionem servavi. Sunt utique melius juxta suas affines, ut in *Stirp. agr. Fems.* videre liceat, userenda! — Ceterum ab Auctoribus sub *Helotio* comprehenduntur *fungi remotissimi*, tantum externa acie convenientes, v. c. monstrositas *Tremellae sarcoïdis* sive *Acrospermum unguinosum* Tod. (lapsu alami procul dubio sub *Ditiola radicata* nuperius citatum), *Ditiola radicata*, *Helotia* vera! Tod. — Si vid preces meae valeant, Mycologos oro rogoque, elint ad essentielles differentias attendere nec in externa forma acquiescere. Nam ex altera parte ad *pezizas* ob formam cupulatam *fungi* tota vegetatio et fructificatione diversissimi trahuntur, eadem tione, ac si omnes plantas phanerogamas corolla impanulata in unum genus colligas. — *Solenia*, *sphella* etc. ne remotam quidem cum *Pezizis* affinitatem habent.

Obs. 2. Vix ex ullo genere tot mihi novae species, quam *Pezizarum*, communicatae sunt. Nec sum, qui has omnes rejiciam, licet hoc loco, ut isti saltem non satis perspicuas et evidentes, reverere non potuerim. Meam sententiam cum invenientibus communicavi eorumque judicio subjeci. Cfr. *M.* 2. p. 41. Ceterum nimis longum foret omnes sentiores mutationes aliorum in hoc genere repetere. Quae experientiae conciliare licuit, suo loco tabo: *Reductiones* specierum in diversis tribubus

collocatarum, *Sprengelii Syst. Veg. IV.* ad formas alienas omnino spectare videntur. Sub *P. cerina*, *virginica*, *hemisphaerica* etc. etc. conjunguntur species, quae ad mea specimina non facile comparantur. De aliis v. c. *P. Diadema*, *Urceolo*, *pinicola* etc. judicium variat, ut vera Illustrissimi Viri sententia anceps mihi sit. — Visis jam speciminibus specierum in *Pers. Myc. Eur.*, varias ad suos typos referre licuit.

ALEURIA. S. M., p. 42.

2. *P. ancilis* l. c. p. 43. e *Pers. Myc. Eur.*!

Variat stipitata et sessilis. Cupula extus tota albicat, valde incisa et demum undulato-lobata, disco badio-umbrino. Hinc potius ut *P. venosae* varietas consideranda. (v. s.)

4. *P. Acetabulum*. l. c.

Specimina eximia Ruthenica, a Cel. *Weinmann* data, cum Gallicis conveniunt. — Optime, fide spec. *Schweini-zii*! differunt *P. cinnamomeo-lutescens* et *P. Mitrula*, quae etsi habitum gerit *Helvellae*, tamen ob hymenium marginatum et marginem inflexum sub *Peziza* maneat. (v. s.)

9. *P. clypeata* l. c.

Matrici valde adpressa, sicca nigra. (v. s.)

15. b. *P. fulgens*, subsessilis, excentrica, contorta, undulata subaurantia, subtus subgranulosa concolor.

P. fulgens, *Chaillot* (inventor) in litt. eoque teste *Pers. Myc. Eur.* p. 67. S. M. 1. p. 67.

b. *auricovirens*, substipitata, intus virenti-aurea, extus subvirens. *Moug.*! in litt.

P. chrysoeoris. *Pers.*!

Ad *Cochleatas* evidenter pertinet secundum nostra specimina. In magna copia unicum tantum vidi subcentrale et satis regulare, reliquae valde excentricae, expansae, undulato-contortae, repandae et ob sinus profundos fere lobatae, 1 — $\frac{1}{2}$ unc. latae. Viva tota unicolor; „couleur de jaune d'oeuf un peu foncé“ *Chaill.*, sicca expallens, praecipue in

agina inferiori granulosa, indeque a *P. purantiaca* reversa. — „Cupula globosa, irregularis, intus urea cum macula viridi in fundo, extus subvirens. Stipes brevis. Substantia fragilis.“ *Moug. in litt. In silvis abiegnis elatis Europae mediae. Lecta ad pedes alpium!*, *jugis Jurae!* et *b. in Vogesis.* (v. s.)

84. *P. Catinus* l. c. p. 61.

Obs. Optimus Chaillet *P. ceream* Bull. t. 44. f. 6. a *P. cerea* Sowerb. differre me edocuit. Specimina illius mecum communicata *Pezizam Catinum* spectant.

85. *P. furfuracea* l. c. p. 75.

Sommerf. Lapp. p. 291. *P. Coryli. Dec. Fr.* 6. p. 21. sec. spec. Chaillet! *P. fascicularis* β . *Wahl. Succ.* n. 2102.

85. b. *P. tegularis*, sessilis, carnosocoriacea, brunnea, demum explanata, margine repando, extus pruinosa. *Weinm.!* *Sylog.* l. c. p. 112.

Species luculenter distincta; ex habitu et loco inter *Coecelias* recensenda. Solitaria aut subcaespitosa, tenax, sicca saltem subcoriacea; junior subglobosa, mox campanulata, demum explanata, $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ unc. et ultra lata, dilute brunnea aut olivascens, sicca obscure brunnea. Margo patens, repandus, non quidem lacero-fissus, sed sub lente crenulatus. *In virgultis putrescentibus locis umbrosis silvaticis. Augusto. Petropoli.* *Weinmann.* (v. s.)

87. *P. cinnamomea*. l. c. p. 77.

Et hujus specimina, at minus completa, Chailletio debemus. Certe propria manet species; affinitas vero dubia.

89. *P. rubiginosa*, subcarnosa, persistens, turbinato-sessilis, extus purpurea pruinosa, margine tumido integro, disco urceolato nigro.

Disci colore praecipue a *P. purpurea* recedit; a *P. melastoma* veli indole et defectu stipitis *tonentique radicans*. Elevato-sessilis, basi haud ap-

planata, 1 — 2 lin. alta et lata, regularis, marg
subinflexo integro. Sub disco nigro conspicitur st
tum ascorum amplorum albicans. *Ad ligna putri
Petropolì nuperius lecta a Weinmann. (v. s.)*

LACHNEA. p. 77.

4. *P. melastoma*. l. c. p. 80.

Collatis variis speciminibus, etiam e jugis V
gesorum, de veritate omnium synonymorum cer
sum. Huc porro spectat *Sphaeria monocarpa*. Schu
Saell. 2.

Obs. *P. aterrima*. *Weinm. Syll.* l. c. p. 1
certe non inepte hoc loco inseritur, at varietat
minorem *Helv. Pezizoidis* suspicor.

14. *P. hirta*. l. c.

P. vitellina, var. *sabulosa*. *Pers. Myc. Eur.* p. 1
ex spec. Mongool!

Discus in siccis expallens. — *P. hybrida*!
verb. potius est *Pez. brunnea*. Cfr. *Stirp. Fem*
ubi variae de syn. rec. observationes.

29. *P. diversicolor*. l. c. p. 88.

Formas omnes a me huc relatas genuinas e
repetito examine confirmare liceat. — Formam
quae omnino *P. domestica* Sowerb. t. 351.! cup
et c. mixtam legi, immo cupulae in eodem indi
duo diversi colores.

38. *P. calycina*. l. c. p. 91.

γ. Laricis, albido-testacea. *Chaill.!*

E cupulis vetustis exoletis, ut in *P. albovio
scente*, novae cupulae, quasi proliferae, enituntur.
γ. amis Pini Laricis. *Chaill.!*, *P. balsameae*. *We
mann!* (v. s.)

48. *P. Acuum* l. c. *A. S.* p. 330.

P. perpusilla. *Pers. (Myc. Eur.)* p. 317. Cum reli
misit *Cel. inventor Chaill.!*

Obs. Prorsus differt *P. Acium* Pers.! l. c. sed speciminibus a me visis ne genus quidem certe ui potest.

1. *P. alboviolascens*. l. c. p. 96.

b. alba, Pez. velutina, Desmaz! Cat. omis. p. 14. exs!
n. 17. Ascobolus Vitis Wallr.! ined.

2. *P. Schumacheri* b. l. c. p. 98.

Fl. Dan. t. 1755. Sommerf. Lapp. p. 293. P. plumbea.
Grev. Scot. t. 11. (Systematis Myc. Vol. 11. Aucto-
ri tum ignotum.)

3. *P. barbata*. l. c. p. 99.

P. rufolivacea. Dec. fr. 6. p. 25. P. Xylostei. Qui-
busd.! (P. pellita, Pers.! varietas.)

4. *P. varicolor*. l. c. p. 100.

P. minuta. Schwein.! in litt.

Obs. Specimina nostra a *Pez. sulphurea* cer-
ssime distincta; neququam strigoso-tomentosa,
ad flocculosa, demum fere nulla. — Praeter colorem
signem similis *P. fulvo-cana* S. M. 2. p. 101.
nam cum reliquis Schweinizianis speciebus siccam
dere licuit.

5. *P. strigosa*. l. c. p. 103.

Huic simillimam plantam, sed superficiale ad
ules herbarum majorum, v. c. *Sonchi alpini*, legit
el. Mougéot in praeruptis Vogesorum. — Idem mi-
t var. β. disco pallide coeruleo, e caulibus Urticae
opullantem.

6. b. *P. Dentariae*, minima, libera, subsphaerica,
abrescens, badio-fusca, disco aperto concolori. —
hall!.

Punctiformis, globularis, adulta fere libera et
obilis, inde a *P. nidulo* distinguenda et *P. arenu-
e* accedit. Saepe prorsus glabra, sed individua ma-
ra setulis patulis teguntur. Margo persistens, ob-
sus. In caulibus *Dentariae*, *Majo*, Chaillet. (v. s.)

7. *P. aurelia*. l. c. p. 107.

Subiculum delicatum magis fibrilloso-radians
um in ceteris, quare et ob substantiam molliorem

e tribus genuino habitu deliquescit. Cupulae juniores extus eximie tomentosae. *Non tantum in foliis, sed et in ramulis, pericarpis Fagi, Sphagno aliisque quisquiliis terrestribus.* Mougeot!, primus inventor. (v. s.)

Obs. 1. *P. Vauchii*. Grev. *Crypt. Scot.* t. 139. maxime affinis est et ipse ingenuus Auctor synonymam habet. Cfr. *Alphab. Irid.*

Obs. 2. *P. domestica* Sowerb.! a *P. diversicolori* non differt.

96. *P. pruinata*. l. c. p. 109.

Postquam hujus specimina Schweiniziana cum *Pez. conspersae* Chailletii! scrupulose comparare licuit, utramque plantam conjungo. Ceterum paene certum mihi videtur hanc plantam cum Ill. DECA-DOLLE optime pro *Theleboli* specie haberi.

97. *P. Rosae*. l. c. p. 109.

In *Rosa alpina* cupulae niveae. *Mougeot!*

106. b. *P. Riederi*, substipitata, infundibuliformis, dilute fuliginea, margine crenato, extus costato-sulcata, stipite subfloccoso. *Weinm.!*

Affinitas distinctissimae speciei proxima difficilis extricatu. Characteribus quibusdam ad Helvelloideas accedit, habitu ad Hymenoscyphas majores. Stipes, si adest, 2 — 6 lineas altus, 1 — 2 lin. crassus, „suberosus ramosusque“ *Weinm. in litt.*, sulcatus, villosus aut albofarinaceus. Cupulae extus striatae, in speciminibus visis glabrae, sed primitus, ex obs. *Weinmanni*, velatae; margine nunc integro, nunc lobato. „In memoriam diligentissimi alumni *J. G. Rieder*, qui diligenter agrum Pawlowskiensem perlustravit, memorabilem hanc speciem dixit *Weinmann*. *Gregaria ad terram, stipulis, ut videtur, innata.* (v. s.)

PHIALEA. S. M. 2. p. 116.

- P. fructigena*. l. c. p. 118.
Helotium flavescens. *Pers. Myc. Eur.* 1. p. 346.
- P. serotina*. l. c. p. 119.
Hel. umbelliforme. *Pers.* 1. c.
Ab hac diversissima *P. chryso stigma*.
- P. Buccina* l. c. p. 129.
Etiam in Suecia legi. *Stirp. Fems.* p. 69.
- P. citrina* l. c. p. 131.
Huc pertinet *P. citrina*. Sowerb. t. 130, *P. au-*
tem Sowerb. est *P. lenticularis*.
- P. Mougeotii*. l. c. p. 135.
Ex speciminibus inventoris Lichenem esse vi-
do et quidem Biatorae speciem, ut jam l. c. suspica-
sum. (*B. campestris* Fries Lich. Suec. exs.) —
us loco inserenda.
- Z. merdaria*, sessilis, carnosa, glaberrima, ba-
dia, margine nigrescente, disco plano-umbilicato.
Insignis species, conferta, vix lineam lata,
in medio depresso minuto umbilicato, limbo patente
exuoso. Substantia tenuis, unde sicca varie torta.
Color in exsiccatis purpureo-rufus. *In merda circa*
tropolin. Detexit Weinmann, (v. s.)
- P. cupressina*. l. c.
Ad folia putrescentia Juniperi in Suecia, nive
pucescente, legi. *P. pithyae* et *calycinæ* proxima et
potius forsitan inter Lachneas inserenda.
- P. chrysocoma*. l. c. p. 140.
Bulgaria. *Sommerf.!* *Lapp.* p. 299. *optime!*
- P. testacea*, ceraceo-gelatinosa, sessilis, inae-
qualis, glabra, subdepressa, testacea. — *Moug.*
Gregaria, gelatinosa, firmula, inaequalis, $\frac{1}{2}$ - 1
linea lata, centro depressa, sed haud distincte margi-
nata. Color humidæ plantæ testaceus, siccae rufe-

scens. *Discus subpunctulatus. In tela lacerata miputrida vere lecta a Mougeot. (v. s.)*

71. *P. atrovirens. β. l. c. p. 142.*

Misit inventor, saepius laudatus Chaillet *atrovirente ipsa non distinguo; situs serialis constans, plurima enim individua dispersa et mis ligni tantum seriata. Apothecia Coll omnino refert.*

73. *P. Olivacea. l. c. p. 142.*

Color subinde lutescens, flavovirens. *Ins formam, forsan distinguendam (P. lentiform. I tori), e Thuringia misit Cel. Wallroth, at dilias eruere nequeo certas. Ad Tiliam, in quibore et ipse legi. β. tepidariorum, minor, srens. — Weinm.!*

Fungillus vix ultra lineam latus. *Recedit cipe loco, in ollis valde irrigatis tepidariorumio et Julio. (v. s.)*

78. *P. Chailletii l. c. p. 144.*

Quamquam descriptio recedat, specimina *Chaillet, Mougeot, Nestler, Schleicher* etc. *misiam cum Sph. Peziza Tod.,* *cujus statum persinum exhibent, indicant affinitatem. Cfr. Som Lapp. p. 302. optime.*

83. b. *P. Marchantiae, sessilis, infundibulifiglabra, albida, margine ciliata, ciliis erectstinctis. Sommerf.! Lapp. p. 295.*

„Magnitudine seminis sinapeos et mino defectum stipitis et minutiem cum *P. radiata* fundi non potest.“ *In Marchantia polymorphacescente ad rivulos subalpinos Nordlandiae ac (v. s.)*

86. a. *P. coccinella, sessilis, submembranacea, niuscula, glabra, saturato rosea, sicca pellu coccinea, margine tenui subrepando. Somn Lapp. p. 276.*

P. diluta. 7. fungorum. *A. S.* p. 338! *P. dispersa*. *Wallr.!*
taed. (libro Sommerfeltii nondum edito.)

Conferta, minuta, lineam vix attingens, sub-
 ia admotum tenui, unde facile difformis, sub-
 nga, sicca, repanda. Colore omnino a *P. xan-*
tigma differt. *Ad Polyporos putrescentes Sue-*
; supra Sphaeriam stigma in Thuringia (Wall-
); ad cortices Betulae et Populi in Nordlandia.
nmerfelt.) (v. v.)

P. chrysostigma. l. c. p. 146.

P. mellina, *Pers. Myc. Eur.* 1. p. 290. — paulo major,
 fide specim. Mougeot!, inventoris.

P. vulgaris l. c.

Undique missa! Conferenda *P. erumpens* *Grev!*
Cr. Scot. t. 99. — Specimina ab aestumatissimo
 ico utique situ et habitu recedunt, at difficile fuit
 minentes eruere differentias.

P. dilutella l. c. p. 147.

Facilis cum *P. cinerea* et *atrata*, passim con-
 tribus, commutatu. Color vero junior *glauco-ae-*
linosus, margine albicante, demum etiam expal-
 et cinereo-fuscus, siccus olivaceo-nigrescens.
 ris minor, conferta, confluens; junior sphaerica
 equalis, villosula. Item *ad ligna*.

P. minima, minima, globosa, laevissima, gla-
 berrima, firmula, spadicea, ore connivente al-
 bido.

Species bella, eximia, omnino libera, fere ino-
 , intense spadicea, paene nigrescens, *nitida!*,
 colata persistens. Nudo oculo inconspicua. *Hyd-*
urinaeo copiose innascitur hieme primoque vere.
 v.)

P. Resinae. l. c. p. 149.

Sommerf. Lapp. p. 297. exclus. *Sph. Resinae*.

Facillime sane cum *Sph. Resinae* confunditur,
 junior sphaeralis sit, disco punctiformi ostiolum
 tiente, sed *certissime* differunt! *P. Resinae in-*
semper solida, sub disco alba, in omni aetate fir-

mior; in *Sphaeria Resinae* autem adest tantum perithecium tenue, membranaceum, molle, subim-papillatum semperque gelatina fluxili hyalina. *C. Meyero* Biatorae vernalis videtur varietas, at cre-sta prorsus nulla, stipitis adest rudimentum, sub-stantia multo firmior et contextus alius.

96. *P. Abbotiana*. l. c.

Quidquid de Sowerbyana censendam, bona ex-stat species, a Cel. *Weinmann* missa, in quam defi-nitio data prorsus cadit.

106. *P. inclusa*. l. c. p. 152.

Stictis inclusa potius dicenda, monente quoque optimo *Mougeot* in litt.

VII — VIII. SAREA. Fries.

Syst. Orb. Veg. 1. p. 86. Helotil spec. *Wormsk. Sprucei*

CHAR. Receptaculum sublenticulare, supra sub-tusque hymenio tectum ascigerum. Asci fixi, per-sistentes. — Difformes, firmas, persistentes, laevi-gatae. Velum nullum. Substantia corneo-coriacea. Color aterrimus in specc. cognitis.

HISTOR. Fungi parasitici, longaevi, affinitate prorsus dubia. Ob receptaculum depressum *Elvellae* ceas potissimum refert; ob hymenium amphigenum *Clavatis* accedit. Et habitu et characteribus bene di-stinctum genus. Species duae cognitae differentia Pezizarum et Helotiorum Auct. vilipendunt.

1. *S. complanata*, atra, capitulo convexo compresso, stipite inferne dilatato. — *S. M.* 2. p. 158.

Postquam specimina examinare licuit, diffe-rentiam mox perspexi. Capitulum usque ad stipitem ascigerum est. (v. s.)

2. *S. difformis*, atra, sessilis, applanata, subirregu-laris obsolete marginata. *S. M.* 2. p. 151. sub *Peziza*. — *Scler. Succ. exsic. fasc. XXXVII.*

Cfr. eximiam analysin Rev. *Sommerf. Lapp.* p. 97. „Memorable, inquit, quod hymenium latus asperius usque ad basin quoque occupat. Stratum yalinum ascigerum receptaculum obscurum quasi nucleum stipitatum includit.“ Haec, ut et habitus, genericam cum priori indentitatem utique probant. *n resina et ligno resinoso Abietis Europae Borealis non rara. Perennis.* (v. v.)

VIII. PATELLARIA.

Fahl. Suec. p. 988. *Patella. Chev. par.* p. 302. non Linn., cui *Concharum* genus.

Obs. 1. Hoc genus, etsi in statu praesenti facile dignoscatur, in duo dividendum censeo; alterum typo *P. atrata*, quod ob perithecium inferum cupulare ad *Pyrenomycetes* facile referas; alterum typo *P. (Lemali) pulla*, Tremellinis accedente. Ascigerum quidem est ultimum, formaque *Pezizae* gaudet; verum sporidia pulveracea ut in Tremellis, nec elastica ut in *Elvellaceis* veris. Cfr. *Syst. Orb. Veg.* Interea hoc loco immutatum servo. *P. (Lemalis) pullae* congener est *Pez. tumida* Pers.! ex spec. Chaill. vid. *S. M.* p. 97.

Obs. 2. *Patellariae* nomen summo jure huc retulisse videor, auctoritate quoque *Hedwigii* nisus. Quare cum *Cel. Meyer* ad *Biatoras* non referam, in *Sched. crit. de Lich. Suec. fasc. XIII.* exposui.

1. *P. atrata. S. M. 2.* p. 160.

P. difformis. Chev. par. l. c. (Occurrit enim, bene observante Auctore, etiam altera forma habitu prorsus *Hysterii* et ab hoc genere cautiissime distinguenda. Tertiam *difformem* ipse addo.)

Obs. Si quid in *Lecidea parasitica*, qualem equalem servo, distincti, non multum a priori differat. Vereor autem ne plurimi et forsan ipse *Cel. Flörke* ita dicant specimina acrustacea *Lecideae* cujusdam *v. c. L. parasemae*. Est haec *judiciosi Wallrothii sententia!* — *Plures species* alio loco proponam.

IX. ASCOBOLUS.

S. M. 2. p. 161.

Obs. Duas species hujus generis mecum ab amicis ut novas communicatas ab *A. furfuraceo* et *A. aeruginco*, generis *Proteis*, separare non potui. — Accuratissimus *Wallroth* huc quoque trahit *Pez. alboboviolascentem*, procul dubio ascos erumpentes observans, ex quo *Patellariae* species fit, eximie confirmantibus reliquis a *Pezizis* veris differentiis. Haec observatio magni momenti est; ipse repetere nondum potui. A *Cel. Schweiniz* quoque recepi eximia specimina, *Ascob. conglomeratus* dicta, at haec stirps tam insignis est, ut ad hoc genus haud referam. De ista plura sub *Hyst. rufescente* disseram. — *Ascobolus rhizophorus* *Spreng.* e genere excludendus; certissime specie differunt *Ascobolus pilosus* et *ciliatus*. Hic ciliatus est, ceterum glaber; ille nunquam ciliatus, sed pilis basi insidens. In habitu ceterum et statura nil commune.

X. BULGARIA.

Wahl. Succ. p. 989. *Sommerf. Lapp.* p. 298! *Chevall. par.* p. 304.

4. *B. pura.* S. M. p. 168.

Forma prorsus *B. inquinantis*. A *B. sarcoide* toto coelo diversa est species. Cfr. *Sommerf.* l. c.

6. *B. nigrita*, sessilis, scutellato-explanata, subgelatinosa, atra, subtus umbrino-uberula.

Recens carnosogelatinosa, orbicularis, tota nigra, intus nitida!; sicca inflexo-repanda; intus opaca, atra; extus uberula, umbrina, circa margines striatula. A reliquis sui generis eximie differt cupula sessili, late expansa, tenuiori; nec facile cum ulla *Peziza* comparanda. Hymenium *B. inquinantis*. Ad truncos abiernos in *Rutheniae silvis*. *Novembri Weinmann.* (v. s.)

XI. DITIOLA.

S. M. 2. p. 169. *Wahl. Succ.* p. 890. *Sommerf. Lapp.* p. 300.

Obs. Inopinato certe hoc genus iterum cum elotiis conjunctum vidimus; potius sane Dacryycen aut Tuberculariam dicas. Nimis forsani ipse habitui obtemperans ad Elvellaceas retuli. Postquam in expertus sum, characterem Tremellinarum non substantia gelatinosa positum esse et *Ditiolam* et analogam *Crinulam* Tremellinis addere vix amplius libitem.

D. radicata. H. cc.

Helot. radicatum. *Spreng. Syst. Veg. IV.* — exclus. syn. *Acrospirmi unguinosi* Fl. Dan., quod certissime Tremella sarcoides.

XII. TYMPANIS.

S. M. 2. p. 173. *Wahl. Succ.* p. 991. *Sommerf. Lapp.* p. 300. *Chevall. par.* p. 305.

Obs. Inter eminentissima genera certe nomenclandum, sed singula species, ut rite cognoscatur, et totam evolutionis seriem persequenda est. — Omnes, quas mihi a primis statibus observare licuit, primitus vere Sphaeriae sunt, etiam gelatinosae — farctae, dein globiferae! (velo spororum instructae), demumque l. Pezizoideo — apertae l. colpidae, *exacte ut historiam Sphaeriae versiformis narrat Alb. et Schwein.!*, qui et analogiam cum helebolo observant. Cum Pezizis certe non comparandae, potius sane Sphaeriis subjungendae! traque sectio tam intime cohaeret ut e disco manso aperto vel clauso in plura genera divelli nequeat. — Praeter fructificationem diversissimam *vera Cenangia numquam globifera sunt!* jam habitus: excipulo corneo, primitus nudo, mox aterreo, disco laud urceolato etc., a Cenangiis recedunt.

II.

quorum excipulum coriaceo-membranceum pulverulentum vix primitus nigrum, discus urceolatus pallescens etc. Sunt enim Tympanis species Sphaeriae Pezizoidae, Cenangii Pezizae Phacidiaceae aut potius Phacidiaceae Pezizoideae. — Utpote naturalissimum genus et specierum dives, harum limitatione difficillimum. Singulae arbori et frutici privatae adesse videtur species, at tot distinguere non ausim. Plurimas ab amicis mecum communicatas, nec vivas mihi obvias, omitto, orans inventores, integram singulae historiam in vivo observent. *Tympanis conspersa* tamen in plerisque arboribus observatur. — De loco in Systemate cfr. *S. M.* 2. pag. 204. 36 — et infra sub *Pyrenomycetibus*.

1. *T. Frangulae*. l. c. p. 174. *Wahl* l. c.

Pez. Frangulae, *Pers.!* *Myc. Eur.* p. 305. ab ipso Montegotti missa. *Tubercularia nigra* *Schum.!* *Saell.* 2. p. 184. (Etiam revera structura *Tubercularia* reperitur!)

In statu vetusto adsunt tantum asci vacui!

2. *T. alba* l. c.

Chroall. par. l. c. *Sommers!* *Lapp.* p. 300.

Species a priori distincta. Opinione nostram, *Syst. M.* 2. p. 415. *Sphaeria conspersa* l. c. hucus esse statum, primordiale, vim in natura conservatam vidimus. (N. S.)

3. *T. Fagae* l. c.

Obs. *Sphaeria Fagae*, *S. M.* 2. p. 493 hucusque in statu primordiali conservata. *Sphaeria Fagae* videtur a *Sphaeria conspersa* differre et a *Sphaeria Americana* differre.

4. *T. conspersa* *S. M.* 2. p. 173.

Sphaeria conspersa *S. M.* 2. p. 173. et speciem hucusque in statu primordiali conservatam videtur. et a *Sphaeria Fagae* differre et a *Sphaeria Americana* differre. *Sphaeria conspersa* *S. M.* 2. p. 173. et speciem hucusque in statu primordiali conservatam videtur. et a *Sphaeria Fagae* differre et a *Sphaeria Americana* differre.

inconstantis! missa. *Vulgatissima ad cortices Sorborum* (sensu nostro l. potius *Cranzii*) et *Mespilorum.*! (v. v.)

Obs. 1. Bis in S. M. hanc et *T. alneam* attuli, cum nulla tum exemplaria genuina specierum *Persoonii* videre licuisset et descriptiones difficile esset conciliare. Licet affinitatem divinarem, temere forsitan diversa confundere nolui, cum singularis hujus generis metamorphosin in paucis speciebus observassem. Hae vero metamorphoses *Tympanis* genus ita confirmant, ut vix aliud speciosius. A *Pezizis* quam evidentissime differunt.

Obs. 2. Priori simillimum Fungum, in ramis *quercinis* lectum, misit *Cel. Mougeot*. Forsan vero in vivo comparatus distingui potest.

6. *T. conspersa*. l. c.

Wahl! *Suec.* l. c. *Sommerf!* *Lapp.* p. 306.

Chev. par. p. 306.

Etiam hanc speciem globulo coronatam vidimus!

7. *T. saligna* l. c.

Wahl! *Suec.* l. c. (e *Lapponia!*) *Chev. par.*

t. 9. f. 11. Ulterius conferenda est *Sph. palina*.

7. b. *T. Andromedae*. S. M. 2. p. 282. sub *Cenangio*.

Affinitatem cum *Tympani*, jam loco citato divinatam, specimina optima *cel. Schweinizii* extra dubium posuerunt. Priori affinis est.

8. *T. Viticola*. l. c.

Etiam e *Gallia* habeo. In disco aperto structuram potius *Dacrymycis*, quam *Pezizae* video. Vera hujus generis species.

9. T. LONICERAE.

Priori structura similis, sed minutie et forma subcylindrica certe diversa. *Ad ramos Lonicerae Periclymeni in Vogesis.* *Mougeot.* (v. s.)

XIII. CENANGIUM.

S. M. 2. p. 177. Cfr. Wahl. Suec., Sommerf. Lapp. Chev. par. — *de variis speciebus*. — Icones analyticae: Schwcin. Car. t. f. 7 — 11. Grev. Crypt. Scot. t. 197.

CHAR. Cupula coriaceo-membranacea, primo arcte clausa (Sphaeriae aut Hysterii instar), demum ore integro labiatoque aperta, undique intus hymenio persistente, ceraceo, urceolato numquam globifero! tecta. Asci fixi, tenelli, filiformes, convergentes, persistentes. — *Cupula primitus extus furfuracea, rite explicata suborbicularis, sed loco vel siccitate facile compressa, passim irregularis, laciniatofissa, sed laciniis semper simul hymenio tectis, nec a disco placentaeformi discretis ut in Phacidius! Color primitus non ater, demum vero saepius nigrescit; discus cupula dilutior, cum in Pezizis plerumque saturatior.*

Aberrat. Cupula suberosa, discus plus nigrescens etc. in *C. Cerasi*, quod facile novi generis typus (*Dermea* S. O. V.), sed in praesenti distinguere superfluum duxi.

Obs. Angustius, quam hoc loco, numquam constringendum puto naturalissimum genus. Species ore integro orbiculari (v. c. *C. Ribis*), laciniato (*C. repandum* etc), compresso (*C. ferruginosum*) numquam separari possunt. Nec iis assentimur, qui tribus tres priores *S. M.* ut totidem genera proponunt. Inter species citatas affinitas luculentissima!; differentiae trium in eadem specie passim variant v. c. in *C. ferruginoso*. — Illas vero Triblidii species, quarum excipulum est corneum, primitus nudum, atrum, valvatin a nucleo placentaeformi discedens (h. e. *perithecium* verum!) ad Phacidia absque haesitatione iterum refero, ut olim in *Scler. Suec. exsicc.*, quam sententiam aliorum ob judicium non sine reservatione in *S. M.* supprimebam. — Hoc modo *Cenangii* genus optime limitatum; minime ulterius subdividen

um nec e forma, nec e situ solitario l. caespitoso, nec e cupulis stipitatis aut sessilibus, quae omnia in dem specie varia sunt.

Trib. I. SUPERFICIALIA.

a. *C. Craterium*, maximum, subcaespitosum, nigro-badium, subclausum, intus cavum, subiculo tomentoso.

Peziz. *Craterium*. *Schwein. ! Car.* p. 91 t. 1. f. 7 — 11. bene (Auctor quoque Cenangii genus ibidem accurate indicat.)

Cfr. *S. M.* 2. p. 74. — Postquam eximia ejus speciei specimina examinare licuit, de genere inime dubitamus. Vegetatione superficiali ab omnibus cognitis speciebus differt; velum vero pulverum idem ac sequentium. Simillimum est *Sphaeriae lymorphae*, sed intus cavum, undique hymenio actum. Et haec species passim laciniatim dehiscit!

Trib. II. ERUMPENTIA.

* *ore orbiculari, saepius constricto*. *Scleroderma Pers.* — *S. M.* 2. p. 278.

C. Ribis. l. c.

Variat sparsum, simplex!

C. Cerasi. l. c.

Tubercularia Cerasi. *Schum. ! Saell.* 2. — ex ipsius *Mycophylacio*, adhuc servato, cujus plurimae icones ultimos Fl. Dan. fasciculos ornant.

.) *C. chlorellum*, caespitosum, minutum, sessile, cupulare, aeruginoso-pulverulentum, ore collabente.

Facillime dignoscitur pulchella haec et distinctissima species cupulis, ut *Calicii chlorelli*, aeruginoso-pulverulentis, quo color interior nigrescens obli-ratur. Individua 5 — 8 e cortice caespitosim erumpunt, sed basi non in corpus solidum connata, ut

in *C. Ribis* etc. Discus nigrescere videtur; equidem rite explicatum observare non potui. *Ad cortices Pinus Piceae in subalpinis Europae mediae.* Moug. (v. s.)

Obs. Hujus generis quoque videtur *Pez. Piceae* Pers.! Myc. Eur. 1. p. 269 fide spec. inventoris Chaillot. Idem fungus, *C. regulare* a me in Mscr. dictus, a Cel. Mougeot missus videtur, sed turbinate stipitatus, extus nudus, adultioris quidem aetatis. *Uterque in foliis Pinus piceae lectus.*

9. *P. Urceolus* l. c. p. 282.

E plurimis regionibus missus fungus! Cl. *Aspergren* ad ramos *Ericae* quoque observavit. — *P. globularis* Pers.! Myc. Eur. 1. p. 326, cujus specimina ab inventore, ubique laudato *Mougeot*, accēpi, varietas minor mihi videtur. — Denique suspicor, *Pez. Urceolum* Alb. et *Schwein.* Consp. p. 113 huc quoque pertinere. Utique recedit icon, sed Cel. *Schweiniz* ad hoc genus referendum monuit et characteres aegre proponuntur.

**ore angulato repando lobatoque. Triblidium *Auct.* ex parte.

10. *C. triangulare.* l. c.

Plurima eximia specimina dedit *Schweiniz*, quae fungum hujus esse generis confirmant simulque affinitatem summam cum *C. quercino* confirmant. Tribus *Cenangiorum* eximie conjungit.

(11.) *C. repandum*, gregarium, turbinatum, fusco — pruinatum, demum nudum laeve cervino — nigrescens, ore repando laciniatoque inflexo, disco fusco.

Medium inter *C. Ribis* et *ferruginosum*, ut cui propius vix dicas; puto posteriori. Ab illo differt cupulis tenuioribus, magis explicatis, ore repando laciniatoque in velum haud continuato; ab hoc forma haud compressa, laevitate; ab utroque cupula demum nuda, trita subuitente discoque fuscescente.

ramis caesicatis *Ribis petraei* in *Vogesis*. Mougeot. r. s.)

15.) *C. fuliginosum*, cupulis in plagas latas effusas stipatis difformibus fuliginosis, disco pallido, subiculo late ambiente-effuso innatis.

Stromate, loco et habitu *Sph. fuliginosae* Pers. deo simile, ut, pluribus licet differentiis recedat, ubi videatur, num perfectior ejusdem sit status. Verum autem *Cenaugium* (plures enim *Sphaeriae* erumpentes *astomae* sensim huc migrabunt) et h. omnibus, etiam sequente, cum quo bene comparavit *Sommerfelt* in litt., affinis luculenter differens. Optime dignoscitur stromate sub epidermide cortici interiori innato, late ambiente effuso, umido nigrescente, sicco superne lutescente aut livaceo. Cupulae simplices, nec caespitosae ut in *Sph. fuliginosa*, per epidermidem erumpentes, liberae, difformes; in perfectissimis tenues, coriaceo-membranaceae, sublaciniatae, pruinosae, ferruginosae, disco sublutescentes; in imperfectis minores, nigrescentes etc. Legi ad pedes *Hollandjâs* ad *Donestorp*. *Sommerfelt* in *Norvegia*. *Nestler* circa *Argentoratum* ubique in ramis *salicum*, v. c. *capreae*. v. v.)

6. *C. turgidum*. l. c. p. 286.

C. fuliginoso utique affine, sed tubercula, cui assident cupulae, multo minora magis prominent, subhemisphaerica, intus tota lignosa (nec fungosa) corticis colore; cupulae minores minus prominent. *Lichaena* facile dicendum.

Cfr. obs. ad *Sphaerius confluentes*.

** ore compresso *Clithris* S. M. l. c.

8. *C. ferruginosum*. l. c. p. 287.

Grev. Cr. Scot. 197. *Sommerf. Lapp.* p. 301 *Fahl. Suec.*

Neutiquam *Phacidii* species; a *C. Ribis, triangulari*, etc. nunquam genere divellendum.

4. *C. quereinum*. l. c. p. 289.

C. ferruginosi absolute congener! Eadem prorsus cupulae substantia et indoles; eadem exacte disci structura immo color; idem velum pulverulentum, in *Hysteriis* desideratum! Nulla labia perithecii, ne dicam nullum perithecium verum! Utpote ceteris magis inclusum nascens, etiam magis compressum; qui ad *Hysterium* referre malunt, explicatum vix viderunt. Vidimus specimina maxime liberata etiam disco explanato orbiculari!

Sic *Cenangii* genus ut naturalissimum vindicatum nec cum *Tympani*, *Phacidio* et *Hysterio* amplius commutandum puto.

STICTIS.

S. M. 2. p. 191.

1. b. *Stictis coccinea*, erumpens, ceracea, coccinea, primo tuberculariaeformis, demum urceolata, margine proprio obtuso.

Splendidus fungus, admodum versiformis. Junior *Fusidium*, adultior *Tuberculariam*, perfectus *Pezizam* refert. Colore nitido optime dignoscitur. Cortici innatus, per epidermidem erumpens, saepius non prominens, passim vero emergens. Forma nulla constans; passim linearis, valde elongata, *Hysterium* referens; saepius orbicularis in speciminibus magis prominulis. Margo interdum fere nullus, sed in speciminibus primitus *Tubercularioideis* disco primo porosus, dein dilatatus, margine crasso obtuso. Rarius plura tubercula *Sphaeriae coccineae* facie conglomerata. In ramis emortuis *Mori albae Junio*. Chaillet. (v. s.)

3. *S. Lecanora*. l. c. p. 193.

Cfr. de hac specie *Sommerf. ! Lapp. 303. Peziza ocellata Pers.*, mihi non obvia, sed valde affinis visa, ex Auctore cit. varietas.

3. b. *S. nigrella*, erumpens, orbicularis, ceraceo-mollis, patellaeformis, disco nigro convexius-

culo, margine tenuifarinoso albicante. *Sommerf.!*

Lapp. p. 303.

Similis priori; differt vero colore, disco plano-convexo, ex ascis prominulis punctato. *Inter membranas epidermidis Salicis phylicae foliae in Nordlandia Lapponica. Sommerfelt.!* *In Populo. Chaillet! (v. s.)*

4. *S. Pupula. l. c.*

Stictis radiata. Alb. et Schwein. p. 346? *Urceolaria monocarpa. Dufour! ined.* *Stictis mollis. Pers. Myc. Eur. 1. p. 337.* *Sphaeria venusta. Sommerf.!* *in litt.* *Stictis mollis. Sommerf.!* *Lapp. p. 303.* *optime.* (*Agyrium atrovirens. S. M. 2. p. 232.* *status abortivus. Tubercularia atrovirens. Spreng. Syst. Veg. IV.*)

Junior sistit globulos, minutos, erumpentes, farinaceo-floccosos, albos, disco punctiformi nigrescente impresso, intus ceraceos pallidos, in quo statu *Sphaeriae cubiculari* adeo similis, ut externa facie vix distinguas. Sensim vero dilatatur optimaque evadit *Stictis, S. radiatae* haud absimilis, sed discus minus immersus est, limbusque niveus haud prominet. Discus primitus inclusus pallidus, sensim exsertus, convexus, immarginatus, solutus et elabens, atrovirens; contextu grumoso-gelatinoso, floccis raris. Passim quoque limbi plures confluent in crustam niveam, unde facies *Urceolariae* Achar. — Exstat quoque forma macrior, limbo nullo, habitu *Agyrii. Vulgaris et ad ligna Tiliae, Mali, Populi, Salicis etc. Sueciae, Lapponiae! Rutheniae! Germaniae! Pyrenaeorum!* etc. (v. v.)

10. *S. pelvicula. l. c. p. 196.*

Primo sub epidermide bullas sistit, dein erumpens *Tuberculariae pallidae* facie, demum dilatata, excipulo oblitterato; tamen hymenium marginatum, ex ascis punctulatum, tandemque elabens foveolam tantum relinquens. *Et hanc optimo Chailletio deo.* (v. s.)

16 *S farinosa* l. c. p. 198.

Hysterium cinereum. Schwein. ! *Car. n.* 245. fide spec. Auctoris.

Simillima sane *St. versicolori*, at perithecii veri nigri rudimento magisque disco umbonato, quasi perithecio incluso!, maxime abnormis, genere fere dubia. Primo clausa, dein late aperta subelliptica, disco etiam cinerascete. *Etiam in Suecia in ligno putrido Populi tremulae. — In Liquidambare Carolinae (v. v.)*

17. *S. versicolor*. l. c.

Formae sane innumerae; allatis plures facile adderem. Forma a. et d. evidenter confluant; b. et c. aliaeque constantes quidem sunt, tamen vix distinguam ob staturam et vegetationem prorsus consimilem, praecipue cum species reliquae hujus generis acutis differentiis dignoscantur. Asci longi, sporidiis elongatis sed vix didymis. *Undique!*

17. b. *S. rhodoleuca*, erumpens, ovata, majuscula, plana roseo-alba pruinosa intus flava, margine spurio cincta. *Sommerf. ! Lapp. p. 198.*

Historia omnino prioris, cujus forsitan filia est. Junior ligno prorsus innata, mox vero hoc lineari plaga rumpit marginem formans et demum discus prominens convexo-planus, 1—2 lin. longus. Praecipuam differentiam offert color roseus apparens e substrato flavo, per pruinam albam translucete. Asci longi, sporidiis 6—7 oblongis didymis. *In truncis decorticatis Populi; inque ramis et strobilibus Pinuum Europae borealis et australioris. (v. s.)*

Obs. Primus inventor est amiciss. Prevost, qui plurimos ante annos ad strobilos *Pini silvestris* in Normannia Galliae legit. Jam 1823 quoque pro nova specie misit accurat. Mousseot; nomen tamen Cel. *Sommerfeltii*, utpote publicatum, recepi. Tot observatorum fide non amplius, ut olim, ad priorem rejicio.

c. *S. alba*, erumpens, prominens, elongata, immarginata, constanter nivea, disco convexo farinaceo.

Sclerotium album. Dec! *Fl. Franc. et in Mem. Mus. d'Hist. Nat.* 1816. p. 411. *Chaillet!* in litt. (Quod alii, v. c. ob auctoritatem *Wallroth*, sub hoc nomine miserunt, est. *St. versicolor*). *Stictis alba*, *Fries exs. fasc. IX.*

Et hujus cum *S. versicolori* affinitas perspicua tamen species luculenter diversa et insignis, habitu fere *Sclerotii*, praecipue in statu vetusto *super-ziali*. Farinacea apparet tota, tamen contextus adest recessus et primitus adsunt asci amplii genuini. Imbus nullus adest. Color constanter albus et senescens magis niveus, numquam nigrescens. *Ad ma quercina Europae tam borealis, quam australis.* (v.)

Obs. 1. Cel. *WEINMANN* e Ruthenia ens, copiose in *fimo vaccino* lectum, quod quid sit, merito obigitur, aliquoties misit; tam mirabile est, ut sintio non omnino praetermittendum. Ex habitu fictis species, *immersa, ovata, lutescenti - pallida, nbo primo tegente clauso, dein in alas duas obliuas dehiscente*. Forma, licet irregularis, adeo commans, ut inter centena individua ne unicum quidem vel magnitudine levissime varians videre liceat. rinde animalis exuvias credidi, sed Entomologi nostri Ineluctissimi haud noscunt. Ulteriori examine gnissimum.

Ops. 2. *Stictis Betuli* *S. M.* 2. p. 193 ad novum generis, *CRYPTOMYCES Greville!* *Crypt. Scot.* t. 206. pertinet. aeter *Cr. Betuli* et *Vauchii*, a Cel. *Greville* misum! aliae mihi innotuerunt species, quibus connotatis genus monographice tractare in animo est.

XV. SOLENIA.

S. M. 2. p. 200.

S. ochracea. l. c. p. 201.

Abundantem legi in truncis putrescentibus l
autumno. Eximia planta et valde apud nos greg
stipata omnino, speciminibusque exoticis m
In paroecia Lidhult Smolandiae. (v. v.) Varieta
cylindricam misit *Wallroth.*

5. *S. pallens*, clavato-cylindrica, glabra, hyali
palescens, ore contracto subpruinoso albica
Situs admodum gregarius, sed non fascicu
tus l. stipatus. Substantia tenuis, sed siccata r
scens, a prioris subtomentosa admodum diversa;
tus quoque glaberrima est, colore peculiari subpel
cido pallescente, tantum ad apicem subclausum p
na obsolata alba micante. *Ad ligna Rutheniae*
ca Petropolin. Weinmann. (v. s.)

6. *S. Urceolata*, sessilis, urceolata, cinerea, ex
farinacea. — Wallr. ! in litt. — Cfr. *S. M.* 2. p. 2

A reliquis sui generis utique distinctissima
de genere fere dubitetur. Tamen ob substantiam
lam membranaceam vix ac ne vix quidem Peziza
potest. Situs gregarius, irregulariter stipatus. F
ma exacte urceolata, in siccis ob tenuitatem irre
lariter contrahitur. Discus glaber, sed ascos
perire non potui. — Verosimile est *P. urceola*
Fl. Dan. t. 1077. f. 1. huc pertinere quae vero
tus pilosiuscula, cum nostra specimina floccul
farinacea. *In sarmentis Clematidum.* Wallroth (v.

Obs. Aliae species, a variis ut novae com
nicatae, haud ita evidentes sunt, ut inter meas
cipere potuerim. — Novo scrupuloso examine in
vo genus Isariis proximum vidi.

XVI. CYPHELLA.

S. M. 2. p. 201. *Syst. Orb. Veg.* 1.

Obs. Eximium hoc genus, utpote hymenio in
ascis privo instructum, cum *Cantharello*, *Theleph*
Tremella etc. vix comparandum, tamen melius

n his, quam cum Pezizis, jungitur. — Nulla *C. muscolae* cum *P. axillari* affinitas.

b. *C. Cupressi*, membranaceo — scariosa, cupula vertice porrecto stipitata fusca, margine inciso — repando, disco subrugoso.

Merulius *Cupressi*, *Schwein. ! Car. n. 835.*

Eximium generis decus. Substantia admodum scularis, vere scariosa, contextu vesiculari. Est quæ diversissima planta, quamquam *C. Digitalis* forma subsimilis. Minuta (nostra spec. 3 — 4 lin. ta limboque aperto aequè lata), imbricata, una cum stipite brevi dorsali subcentrali continuo deorsum angustato subcampanulata, pruina alba densa cta, qua detersa nitens. Cupula subrotunda, margine tantum inciso — lobata, disco „plicis pectinatis infertissimis anastomosi junctis“, sed omnino microscopicis, ut ad genus distinguendum haud vaant; interea affinitatem generis, quam l. c. notat, cum *Cantharellis* eximie confirmant. In hymenio equidem ascos non reperi. *In ramis Cupressi arolinae.* (v. s. a Cel. Schweiniz miss.)

Pone genus *Cyphellae*, quod olim procul duobus aptiorem locum (cfr. S. O. V. l. c.) sibi vindicabit, in serere liceat descriptionem fungi maxime insignis et rarissimi, forma quodammodo *Cyphellae*, sed Pezizae, at *hymenio infero laevi Auriculariarum* distincti.

MIDOTIS. Fries.

Syst. Orb. Veg. p. 363.

CHAR. Hymenium inferum ! laevissimum (exsiccatione rimosum) a pileo discretum et separabile. Asci immersi, longi. — Receptaculum cartilagineum, forma omnino peculiari distinctum.

Obs. *Forma longe aurita Midae aures in mentem revocavit indeque nomen desumsi. Hymenium*

Pezizarum quarundam, v. c. P. vesiculosae, s. sed ob hymenium inferum ad Auricularinos renda.

1. *M. Lingua*.

Solitaria, suberecta, obovato-oblonga, que plana, margine leviter deflexo, 2 unc. alta, stipite brevissimo laterali instructa. 1 — 2 lin. longus, glaber, sublaccato — nitentibus, margine receptaculi rufobadio ab hypharum distinctus, sed in pileum abiens. Pileus sive peridium sterilis laevis, glabra, azona, badiofusca, subsericea; in alio specimine laccatonitens visa. Textus floccosus, albus; recens mollis videtur, cartilagineus. Hymenium molle, absque larum vestigio, nigricans; siccitate rimoso-foliatum, sub lente subpruinose, unde sporidia elasticè explodi videntur. Affinem nullum novimus; fungus *Pezizam leporinam* resupinatam ejus habebis ideam. *Ad bases truncorum in Va* Schleicher. (v. s.)

Obs. Quod Boletus inter Polyporeos, Fistula inter Hydneos, id Midotis inter Auricularinos videtur. A *Guepinia* ascis differt.

ORDO V.

TREMELLINI.

Obs. In hoc ordine, aut genere aliis, nihil substantiae gelatinosae tribuitur. Genera ista nunc me insignia *Ditiola* et *Prinula* * huc referenda: neglecta forma et substantia receptaculi. Daedalei myci certe proxima sunt. Alia genera alibi ad hoc loco insero maxime insigne sequens.

1. A. GUEPINIA. Fries.

Syst. Orb. Veg. p. 92. (non Bost., quae *Tresdulia* Br.

* Obs. *Tubercularia sulcata*, Schum! *Sacch. Crinulæ* Schum. et altera forsitan species.

CHAR. Receptaculum cartilagineo-gelatinosum, pileatum, forma varium. Hymenium gelatinosum, inferum, persistens (haud diffluens) intus subtuberosum.

HIST. Summum atque elegantissimum hujus ordinis genus, a sequentibus omnibus *hymenio infero* distinctissimum, nexum cum *Pileatis* luculenter demonstrans. Exidiis et Ditiolae vero hymenii ructura proximum. Vide optimam Cel. Schwaeichenii iconem analyticam in *Schwein. Fung. Car. 2. I. f. 3.* — Ob elegantiam insignem dicavi ornatissimo Botanico Cel. *Guepin*, totius rei herbae peritissimo, qui rarissimos Fungos detexit; haerogamis, Muscis, Lichenibus et Fungis herbarum meum insigniter auxit.

G. Helvelloides.

Tremella Helvelloides. Dec. Fl. Fr. 2. p. 93. secundum specimina inventoris Chaillet! — *Syst. Myc.* 2. p. 211., quod conf. — *Pers. Eur.* 1. p. 100.

Obs. 1. Fungus tam versiformis, ut ad specimina, copiosissima licet, sicca aegre describam. unc stipite longo sursum attenuato instructus; nunc sessilis, caespitosus, infundibuliformis; integer et dimidiatus; varie contortus et lobatus; sed hymenium semper inferum, laeve, glabrum, laetoloratum. Paginam sterilem etiam leviter albidoluculentam vidi. *Tam ad terram, quam frustulignea putrescentia* etc. (v. s.)

Obs. 2. Hujus quoque generis est *Trem. rufa*, cujus *Misc. Austr.* 1. p. 143. t. 14), *Schwein. Syn. nr. n.* 1140, (qui etiam a reliquis *Tremellis* distinctissimam observat,) *Pers. Myc. Eur.* 1. p. 103, ut jam ex icone sui esse generis observat); ipse libii loci "fungum in *S. Myc.*, genere ignoto, nisi Specimina vero, quae jam mihi adsunt, praedenti speciei adeo simillima sunt, ut equidem has *intus specie distinguere non ausim.*

2. *G. Spathularia*, suberecta, pileo dimidiato spathulato stipiteque pubesc. nitibus glaucis, hymenio aurantiaco plicato.

Merulius Spathularia, Schwein. / *Car. n.* 834. t. 2. f. 1—3. optime.

Fungus caespitosus, more Ditiolae (certe affinis, etiam coloribus) radicans, 2. unc. usque longus, sed valde delicatus, tremellosus; forma ad generis typum maxime varia, saepe Cladoniae scyphiferae cujusdam, linguae etc. Villus pilei et stipitis ejusdem fere indolis ac Ditiolae. Hymenium eleganter aurantiacum, tenue, nervis plicisve tenellis in stipitem decurrentibus ornatum; hae vero a plicis Ditiolae prorsus diversae sunt, genuinae nec ab hymenio diffluente ortae. *In ramis putridis Carolinae, omni tempore, frequens.* (v. s. a Schwaegrich, Schweiniz communic.)

Obs. 1. Licet forma diversissima sit; fructificatioque differat, fungos tam affines, quam *Guepinia Spathularia*, *Ditiola radicata*, *Naematelia rubiformis* et *Dacrymyces stillatus* revera sunt, in diversos ordines collocare non possum.

Obs. 2. Plures hujus generis, in frigidis regionibus non observati, in tropicis adesse videntur. Vidi e *Brasilia* speciem rubram, stipiteque quoque laterali, sed ex unico specimine describere non decuit.

I. TREMELLA.

3. *M.* 2. p. 210. exclus. Trib. 1. (quae Guepinia).
 3. *T. frondosa*. l. c. p. 212.
 Varietatem colore obscuriore, huc tamen potissimum spectantem, misit Cel. *Wallroth*. — Sic et *Mougeot* misit formam *T. foliaceae* l. c. colore badio lectam in *Vogesis ad truncos Fagi*.
 5. *T. lutescens*. l. c. p. 213.

Caveas, ne plurimorum more cum *Tr. mesenterica* commutes! — *Nostoc luteum mesentrii forma* Will. par. t. 14. f. 4 huc utique pertinet indeque hoc nomen revera *Tr. lutescentem* primitus spectat. — Retzius, qui primus *Tr. mesentericam* descripsit, hanc *mesentericam* hodiernam ante oculos habuit. — h. *aurantiam* Schwein.! inter utramque mediam, *Atropoli* legit Weinmann!

l. b. *T. indecorata*, sessilis, rotunda, tumida, convexa, plicata, opaca, sordida, sicca, nigrofusca.

T. ephisphaeria, Chaill.! in litt. *T. populina*, Moug. f. in litt. *T. indecorata*, Sommerf.! Lapp. p. 306. (A tribus hujus aevi inclytissimas Mycologis distincta est; nomen Cel. Sommerfeltii, cujus descriptione utor, utpote publicatum recepi.)

E cortice ramorum rotunda erumpit, primo exa epidermidem vix excedit et tunc aspero-corrugata, dura; madefacta tumet, superficie convexa, laevigata, opaca ob sporidia pulveracea, e livido olivaceoque fuscescens, intus concolor, quasi e plurimis lobis connatis composita, 2 — 4 lin. lata, 2 lin. alta. Substantia satis firma. In alpibus Norvegiae ad ramos *Salicis phylicaeifoliae*; in montanis Europae mediae ad *Populos* etc. (v. s.)

Obs. Tremell. dubia Spreng. Syst. Veg. IV. est una Gasteromycetis, forsitan *Physari hyalini* Pers. — *T. vesicaria* L. c. certe non Fungus. Cfr. S. M. 2. p. 235.

II. EXIDIA.

S. M. 2. p. 220. Nees. officin. Plant. cum analysi examinata! Sommerf. Lapp. p. 307. Auricularia, Wahl. Succ. Exidia et Spicularia. Chevall. Par.

Obs. Plurimae formae nuperius examinatae de naturali nexu omnium specierum me certiozem redderunt. Possunt tamen, ut vult Cel. Chevallier, tribus nostrae ut genera considerari. Equidem tamen
l.

potius conjunctim tracto. Cel. *Sprengel* a Tre non distinguit.

2. b. *E. lobata*, effusa, tumida, plicato-c fuscescenti-livida, margine lobato, subtus tosa zonata fulvescenti-albida. *Sommer Tidsk., natur.* (Christiania 1827) cum

En descriptionem accuratam inventoris: „(ria subimbricata. Basis tenuis inter strata corti dulatur. Junior subapplanata, sed ubi liber evolvit, perfecte dimidiata, margine lobato, lol tundatis. Hymenium laeve, sine papillis, sed dum rore caesio tenuissimo (sporidiis forsar spersum, ceterum plicato-costatum, tenax, in ribus fulvescenti-lividum, in maturis fusces l. brunneo-lividum, sub lente fulvescens, gel lacteo-hyalinam includens. Pagina inferior tomentosa, tomento molli subfasciculato tenaci zonis nunc strigoso-tomentosis, nunc brevissi. nuissimeque tomentosis, nunc glabris hymeni coloribus ornata sub lente fila singula e p conflata apparent. Substantia interna pulposi et vesiculis subtilibus repleta (iconi *Exid. rec Dittmar. datae simillima!*); tubuli adeo tenu ut sub vitris quam maxime augmentibus striatum appareant! Sicca membranam rigidam nigram sistit.“ — Per plures dies inadefacta spe ab inventore data demum perfecte revivis Maxima generis, usque ad 7 unc. longa, 2 — lata, 1 — 2 lin. crassa. Affinis *Phlebiae? mescae* et cum eadem forsar passim commutata. *Itice truncorum vetustorum Fraxini. Perennis.*

5. *E. recisa*, Syst. Myc. 2. p. 223.

Speciem affinem, sessilem, subtus costatam pulo fustigiata legit *Mougeot*. Viva describer

7. *E. glandulosa*. l. c. p. 224. *Sommerf.:* (spiculosa.)

Tr. glandulosa, Spreng. *S. V.* ex parte. *Auricularia*.
Wahl. Succ. n. 2149. *Spicularia*. *Chev. Par.* p. 94.
 (Tr. atra t. *Dan. Fl.* 884. certe hujus loci.)

Obs. E. repandam et E. saccharinam etiam in
 pponia *Sommerfelt!* (Cfr. l. c.), *Ruthenia Wein-*
inn! Germania. *Schubert!*

III. NAEMATELIA.

Obs. Nomen genericum, quod Cel. *Sprengel* dis-
 licuit, sub *Sphaeronaemate* vindicabo.

N. encephala. l. c.

Sommerf. Lapp. p. 227. Tr. encephaloides. *Spreng.*
Syst. IV. p. 534., sed *N. nucleata* *Schwein.*, ex au-
 thenticis speciminibus!, eximia distincta.

N. rubiformis. l. c.

Speciminibus forsitan perperam determinatis dece-
 as ad *T. lutescentem* retulit *Spreng. l. c.*; inter ge-
 nas stirpes affinitas vix adest. — Affinitas potius
 est cum *Ditiola* et hoc genus aptissime inter *Na-*
eteliam et *Dacrymycen* inserendum!

IV. DACRYMYCES.

S. M. 2. p. 228. Cfr. *Wahl.*, *Sommerf.*, *Grev. Fl. Crypt.*
Scot. t. 159. cum eximia analysi.

b. *D. roseus*, minutus, cupulaeformis, mollis, roseus.

Pezizulam plane refert, novumque offert exem-
 um, quam erroneum sit omne cupulare ad illud ge-
 us rejicere; nam analytice examinatus verissimus
acrymyces, insignis *fibris flexuosis* contextis, qui-
 us interspersa sporidia globosa. Puncto vix major.
Jungermannia byssacea *Vogesorum*. *Mougeot.* (v. s.)

Obs. Forma similis *Pez. Jungermanniae* ascos
 bet distinctos clavatos octosporos.

3. c. *D. caesius*, rotundatus, convexus, deius irregularis, centro depressus, sordide lacteus et hyalinus. *Sommerf. Lapp. p. 309.*

Pezizulam difformem hic quoque sistit; sem cannabino vix major occurrit, siccus paene evascit, at madefactus iterum reviviscit. Omnino superficialis. *In parietibus putridis Saltdalen Nordd. diac. (v. s.)*

3. d. *D. tortus*, subrotundus, radicans, convexo disco depresso immarginatus, laevis, lutescens demum tortus hyalinus.

Tremella torta. *Willd. in Bot. Mag. p. 18. Dacr. criminalis. Sommerf. Lapp. n. 1753.*

Pezizam l. potius Helotium Auctorum refertur findatur lignum, inter cujus rimas stipes eximie, tiolae instar, radicans delitescit. Hic si e crypta solvitur, admodum distinctus, teres, sursum dilatatus in cupulam primo late turbinatam, demum lenticulari-reflexam et subtus excavatam (*Helot. Auct.*); at supra lignum sessilis apparet, laesero diffluens. Color sordide lutescens, demum bus, hyalinus; siccior vero luteo-squalidus; vultus exsiccatus luteo-fuscus, *Ad ligna putrida ni frequens, praecipue exeunte hieme. (v. v.)*

Obs. Nomen triviale antiquissimum et omnium recepi, cum recentius *lacrimalis* cum genere identicum variisque dubiis prematur. Alii sub *Peziz. chrysocomam*, alii vere distinctum *D. stitum* vendunt. E specimine mecum benevole communicato hunc praecipue sub *Dacr. stillato* intergit illustr. *Nees ab Esenbeck*, at cum et hujus synonyma allegarit, nomen jam ubique receptum serva-

7. *D. Urticae*. l. c. p. 231.

De genere hujus speciei, *Fusario*, cfr. eximiam analysin *Cel. Greville! Fl. Crypt. Scot. t. 10.*

V. AGYRIUM.

Obs. Vix credam hoc genus cum Tremellis Clavatis aut Tuberculariis conjungendum. Membrana legitur hymenina; sporidia minime pulveraceo-nula, ut Tuberculariae. Bene Cel. *Wahlenberg* typice lixit „*Dacrymycen maxime marcescentem*“.

A. rufum. S. M. p. 231.

Lichen hyloicus. *Achar. ! Prodr. p. 16.* — *Agyrium rufum*. *Grev. Crypt. Scot. t. 232.* optime! *Wahl. Suec. n. 2154.* *Chevall. par. p. 99.* *Sommerf. Lapp. p. 309.* *Tremella sarcoides infans.* *Spreng. Syst. IV. p. 536.* *Tubercularia rufa.* *Spreng. l. c. p. 564.*

β. A. pallidum. *Chevall. l. c.* (et mihi constans visum, at simul nimis affine.)

Obs. *Agyr. atrovirens* jam supra inter *Stictes latum*.

VI. HYMENULA.

S. M. 2. p. 233. (Hymenella.)

Obs. Non potest non vitium typhothetae esse, quando hoc genus in *Spreng. Syst. Veg. IV.* ad remotissimam *Thel. odoratam* citatur.

b. H. umblicata, orbicularis, submarginata, atra, centro umbilicata.

Peziza umbilicata. *Pers. ! Myc. Eur. p. 323.*

Fungillus minutus, orbicularis, lineam vix attingens, ater, opacus, pellicula epidermidis (ut apparet) latus. Discus tremellosus, haud ascigerus. Benebitum et characteres generis servat, in statu quo *Persoonio* observata et a me visa; at inquirendum, um in umbilico centrali perfectior fructificatio latu-
git. *In caulibus siccis Gentianae luteae in jugis gesorum.* (Mougeot. v. s.)

H. Arundinis, l. c. p. 254.

Ad litora lacus Ringsjön Scaniae abunde; in *olandia* vero non obvia. — *Tremella Arundinis*

Pers.! quoad specimina inventoris *Chailletii*, potius est *Leptostroma*, at mire convenit descriptio.

5. *H. rubella*, seriato-elongata, immarginata, laevis, fulvo-coccinea.

Habitus *Leptostromatis*, at colore nitidissime absque perithecii vestigio facillime dignoscitur. Varietate elongata, confluens, in plures series parallelas disposita, tenuissima et tota arcte adglutinata. Substantia *H. vulgaris*. Ad culmos *Typhae latifoliae* circa Angers Galliae occidentalis. Guepin! (v. s.)

SCLEROTIACEAE.

Syst. Myc. 2. p. 239. Cfr. *S. Orb. Veg.* 1. p. 153.

Obs. Genus *Sclerotium* Auctt. hunc ordinem constituit. De eodem in plura genera disponendo non omne dubium sublatum videtur. Non loquor hoc loco de portentoso *Pachymate*, quod adeo diversissimum, ut cum reliquis haud comparari debeat, potius cum Tubere aut *Sclerodermate*; sed de Europaeis, facie saltem congruis. Sed eadem accuratius inquirenti valde diversam eorum esse naturam et indolem videre liceat. Veniet forsitan dies, qui eadem in Systemate longe semoveat. Nam *Pyrenium* (saltem species a me lecta) et *Periola* structura a ceteris multum recedunt, ut prius saltem, licet non gelatinosum, *Tremellinam* formam facile dicas. *Acrospermum*, inepte cum Clavatis comparatum, non minus insigne ob substantiam internam tubuloso-fibrosam, sporulis distinctis primum in tubulis inclusis. Cfr. optimam iconem analyticam *Grev. Crypt. Scot.* t. 182! — *Rhizoctonia* Dec. vix minus insignis, tam vegetatione, quam sporangiolis compressis angulatisque. Cfr. analysis speciei optime evolutae *Chevall. Par.* t. 10. f. 8. c. Major sane cum *Erysiphis* affinitas, quibus a *Cel. Link* quoque associantur. — *Acinulae* limites ad *Sclerotia* quaedam torsam extendendi, sed

mus a veris Sclerotiiis differre testatur omnis Gaeromycetum analogia. Velum prorsus diversam inecat vegetationem. Varia ceterum genera, inter quae versus nova *Cenococcum*, *Mylitta* etc. maxime eminent, intus distincte fructificantia, videas sub *Peri-oriis*, cum quibus re ipsa *Sclerotiaceorum* ordo jungentis, licet evidens quoque cum Hymenomycetibus laet nexus. *Cfr. S. M. 2. p. 273.*

I. PACHYMA.

S. M. 2. p. 242. Syst. Orb. Veg. p. 153.

A Sclerotio differt hoc genus, ut Scleroderma a richia! — Idem videtur *Gemmularia* Rafinesque.

P. Cocos. l. c.

Lycoperdon solidum. Gronov. Virg. 1. p. 176. Transact. Linn. Soc. Lond. XII. p. 368.

II. PYRENIUM.

S. M. 2. p. 243. Syst. Orb. Veg. p. 64.

P. terrestre, subglobosum, primitus farctum, extus intusque aureum. *l. c.*

P. lignatile, rotundato-difforme, primitus inane, extus intusque pallidum. *Stirp. Fems. p. 71.*

a. luteolo - pallidum.

b. albo-lateritium. *Grev. Fl. Scot. t. 276.!*
speciose.

Fungus admodum nobilis et singularis! Aggretus, confluens, rotundatus l. valde difformis, carsus, mollis, bullato-inflatus, inanis, Pisi cocti matitudine, saepiusque ejusdem coloris. Exsiccatus llescit, fit rugulosus et quasi villosus (recens veroinino glaber apparet), sporidiis emersis conspersus. tus ad latera cavi fibrosus est; contextus ceterum *ccosus*, *sporidiis* globosis minutis in ambitu disper-

sis (non vero nudis) immixtis. Quamquam Sclerotium referat, cum eo nequaquam conjungi potest. A *Dacrymyce* recedit substantia, fructificatione situque prorsus superficiali. Eximie itaque jungit Fungos Tremellinos et Sclerotiaceos, at ubi hi cum Gasteromycetibus junguntur, praesens genus inter Hymenomycetes maneat. *Lignum amat succoso-mucilaginosum. Primum supra ligna Pini carie consumpta, farina cerealium putrescente tecta et saepe aqua conspersa ad molam prope Aelmas agri Femsionensis (1823 — 1827), Septembri; dein ad truncos mucilagine nigra obductos in pinetis udis Polyporisque lignosis, v. c. P. pinicola, putrescentibus jamaestate legi. Locis similibus Scotiae itidem repertus. (v. v.)*

IV. SCLEROTIUM.

S. M. 2. p. 246.

6. *S. vulgatum.* S. M. p. 249.

γ. *Bryophilum*, globulare, stramineo-albidum, laeviusculum, intus concolor.

Vulgato ceterum simile, sed ob locum peculiarem seorsim notari meretur; erumpit nempe e lana vestiente surculos *Dicrani polyseti*, *Petropoli autumnino lectum.* Weinmann. (v. s.)

6. b. *S. carneum*, liberum, minutum, globosum, laeve carneum.

Omnino nudum, superficiale, basi tamen affixum, magnitudinem seminis cannabini vix attingens aut punctiforme. Sphaeriae sanguineae simile, sed pallidius, astomum et verum Sclerotium! Colore pulchro immutabili insigne. *In pagina interiori corticis abiegni viscida, locis udis projecti.* Aug. Sept. (v. v.)

7. b. *S. olivaceum*, liberum, globoso-inaequale, viridi-olivaceum, siccum subcollabescens scrobiculatum corrugatamque atrum, intus pallidius.

S. olivaceum. *Fries exs, Dec. XXXVIII. Stirp. Fems. p. 85.*

Sclerotio semini propinquum, at inter omnes affines species nobilissima et pulcherrima; recens molliuscula, *Tremellae!* facie, etiam ob colorem atque plicas superne saepius prominentes. Color recens eleganter viridi-olivaceus, subpellucens, versus lucem vibrans, intus sordide olivaceo-virens pallidior; in siccis ater, opacus, intusque magis exalbicans. Forma subglobosa, sed inaequalis, plica una alterave insignita; sicca saepius collabens, umbilicata aut scrobiculata plicatave, superficie insuper corrugata; *Scl. semine paulo major, laxe adhaerens. Sporidia emersa et in hac recenti vidimus. In foliis coacervatis, praecipue Alni, juxta rivulos in silvis opacis, glacie et nivibus liquescentibus abunde legi in agro Femsionensi. (v. v.)*

8. b. S. splendens, emerso-liberum, lenticulare, laeve, e purpureo mox aterrimum, nitens, intus candidum.

Species adeo distinctissima, ut vix affines adsint, forma satis constanti (specimina tantum juniora exsiccata collabescentia minusque nitida) et nitore insignis. Nudo oculo laevissimum, at sub lente, pro generis more, at minus distincte rugulosum. Cortex exterior in hac evidentius distinctus, quam in ceteris. Magnitudo seminis *Viciae. In stercore circa Petropolin, itidem a Weinmanno distinctum. (v. s.)*

11. S. tectum. l. c. p. 251.

Siccum pro more corrugatur; *Scl. semini,* potius, quam *S. duro* affine. Optima specimina ad radices *Dauci* lecta misit *Wallroth.* Alia, et huc referenda, *Fr. Nees ab Esenbeck,* de quibus: „*medulla Brassicae Napi in Sclerotium indurescens.*“

17. S. Rhizomorpha, globulare, inaequabile, extus intusque cervinum, radicibus *Rhizomorphae instructum!*

Admodum memorabile radicibus, *Rhiz.* cuidam *corticatae!* simillinis, filiformibus, teretibus, ramosis per lignum repentibus, quae certe ad hoc Sclerotium pertinent. Forma et superficie inaequabile, Pisum aequans l. minus, extus nigrescens, intus pallidius. *In ligno putrido Populi nigrae.* Guepin! (v. s.)

22. b. *S. Lathyris* Moug!, punctiforme, minimum, globulare, nigrum, intus concolor, e subiculo viloso griseo emergens, liberatum.

Plantula singularis, non Erysiphes species, potius Perisporii, at accuratissimum examen ob minutiam siccum respuit, intusque omnino solidum, simile, absque ostioli vestigio. Nudo oculo puncta conferta refert subtilia, armato globulos minutos fere liberos. Subiculum crustaceum quasi e fibrillis caulis solutis apparet. *In caulibus emortuis Euphorbiae Lathyris.* Moug. (v. s.)

25. b. *S. protuberans*, erumpens, rotundatum, supra planiusculum, sulcatum, fuscum, intus griseum.

Valde memorabile! E ligno fere incolumi protuberat, nec e ligno rimoso emergit, quare superne semper ligni fibris tectum inanet; hae fibrae fungum superne cicatricosum et sulcatum reddunt. Forma plus minus indeterminate rotundata, elliptica etc. Contextus firmus, vesiculosus, quo eximie differt a subsimilibus formis *epixylis*, pro Sclerotiiis necum simul communicatis. Color squalidus, opacus, obscure fuscus, primo intuitu nigrescens. *Ad ligna populina* etc. *Galliae, circa Rothomagum* Prevost; *item pro nova specie misit* Mougeot; *et Sueciae, unde ab Aspegren habeo.* (v. s.)

25. c. *S. emergens*, emersum, nudum, rotundatum, subradicatum, compactum, demum corrugatum spadiceum.

S. fulvo etc. sat simile, ob locum vero lignabilem basinque subradicatam abunde differt. *Habi-*

potius Dacrymycis, a quo vero substantia com-
ta dignoscitur. In rimis ligni emergit, sparsum,
resistens, vix lineam superans; numquam depressum
Pezizoideum. *Ad ligna vetusta pinea, perenne.* (v. s.)

- d. *S. roseum* Moug.!, inclusum, erumpens, ob-
longum, longitudinaliter sulcatum, intus amoene
carneum.

Nobilis species! Forma gaudere videtur eximie
gulari, oblonga, apicibus aequaliter rotundatis ob-
sis; pagina inferiori applanata, culmi fibris adnata;
teriori tumida, culmo dehiscente nuda, longitudi-
nally sulcata, striataque, inaequabili, nigra, opa-
; interior vero color amoenissime incarnato-roseus!
agnitudo varia $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ unc. et ultra longa. „*In cul-
is Scirpi lacustris Argentorati legit Botanicus sol-
tissimus Kneiff*“ Moug.!, in litt. (v. s.)

- l. b. *S. corrugatum*, erumpens, primo disciforme
pallidum, dein tuberculoso-prominens atrum
scruposo-rugosum, intus griseo-albidum.

In statu juniore Stictis speciem v. c. *S. phaci-
oidem* refert, erumpens, disciforme, laciniis epider-
idis laceratae cinctum; adultum vero Tuberculari-
n quandam nigricantem, opacam, valde scruposo-
gosam. Substantia solito magis ceracea. Ad Do-
ideam aliudve genus referre non potui, praesente
ntum fructificatione Sclerotii. *Ad caules Althaeae
Gallia occidentali circa Angers legit Guepin!* (v. s.)

- l. *S. rugulosum*. l. c. p. 255.

Hanc speciem locis prorsus similibus etiam in
merica septentrionali legit Cl. *Schweinitz*, et sub
l. *Merulii* nomine misit.

- l. *S. Cyparissiae*. l. c. p. 256.

Secundum specimina a plurimis nostris in Gal-
a amicis simulque liberalissimis Hypodermiis val-
o affine et, erumpens licet, ad quartam tribum po-
simum referendum. (v. s.)

37. *S. Orobanches*, l. c. p. 257.

Haec Americana species etiam in Orobanche majori Scaniae et Germaniae adest. Tam ab hoc, quam a *S. vario* certe differt *S. Lycopodii*, insignis plantula et rarissima.

39. *S. pyrinum*. l. c. p. 258.

Obs. Tremella ustulata. *Rebentisch* potissimum est *Dothidea Lichenum* Sommerf. — Sub hoc nomine insuper accepi fungum singularem nigrum tortuosum coriaceo-membranaceum, atrum, intus inflatum inanem, fere ut Pyrenium, sed fructificatio distincta defuit, sine qua equidem fungos non determino. *Passim obviam venit in fructibus Rosarum ad terram dejectis exsiccatis.* (v. v.)

42. *S. durum*. l. c. p. 259.

Sphaeria solida. *Sowerb. fung. t. 314 e Grœv. Fl. Cr. Scot. t. 1.*!

♂. *Hyacinthi*, minutum, haud striatulum, rugulosum, atrum,

Facie omnino propria species, sed characteres acuti proponi nequeunt. *In caulibus capsulisque Hyacinthorum, Scillae nutantis etc. — et idem fere in foliis gramineis. Mougeot, Guepin etc.* (v. s.)

48. b. *S. circumscriptum*, immerso-innatum, depressum, intus album, linea circumscribente atra a matrice limitatum, oblongum.

Ab omnibus dignoscitur vegetatione non tantum innata, sed et immersa et substantia cum matris prorsus connata (nullo modo separabili), tantum linea nigra distinctum. Superne epidermide tectum, *cymbiformi*-depressum. *In foliis Yuccae. Misit Weimann.* (v. s.)

55. *S. herbarum* l. c.

f. *Epilobii*. Chaill.!

Ceteris magis explanatum, ceterum distingui haud potest. (v. s.)

Obs. Inter plura mihi ab amicis missa Sclerotia maxime prominentes species hoc loco tantum descripsi. *Sclerotium pilulare*, a Weinmanno detentum, sub *Cenococco* describendum. *Scl. Gentianae* etc. vide sub Pistillaria. — Duae insuper adsunt plantulae habitu Sclerotii, sed structura prorsus diversae, quas obiter memorem :

- a. „*Scl. epixylon*“ Pers. ! ined. Tuberculum ligno applanatum, sed superficiale (non adnatum) $\frac{1}{2}$ unc. usque latum, plano-depressum, obtuse lobatum, opacum, atrum, inaequabile. Intus sordide album, at *contextus floccosus*, hinc hujus generis esse nequit. *Ad ligna vetusta decorticata quercina*, Mougeot! (v. s.)
- b. Tubercula angulata, *Sphaeriae verruciformis* facie, sed majora, atra, e cortice protuberantia, intus pallidiora, solida, e fibris lignosis radiantibus constituta. Est itaque oedemia corticis, ut *Spermoedia* seminum, *Phylloctidium* foliorum etc. ad Nosologiam plantarum referendum. *In Gallia occidentali legit* Guepin n. 290 (v. s.)

V. RHIZOCTONIA.

B. M. 2. p. 265. *Syst. Orb. Veg.* p. 155. — Chevall. *Par.* p. 374!

Trib. I. THANATOPHYTA. Nees.

Ch. „Adultae sporangiolis instructae.“ Chev. *Ad radices plantarum perfectiorum vivas. Evidenter Gasteromycetes!*

2. b. R. *Batatas*, testacea, torulosa, ex apicibus filamenta exserens.

Sc. Thanotoph. *Batatas*. *Schwein.* ! ined.

Affinis *Rh. Crocorum* et *medicaginis*, sed abunde diversa. Forma varia, tuberibus pluribus concatenatis torulosa, quasi articulata, radicibus *Stach. palustris* similis, lanceolata, oblonga etc., $\frac{1}{2}$ unc. attingens. Extus laevis, glabra, testaceo-pallens, intus carnosa, alba, sporangiolis explicatis a me non visa. Filamenta alba, parce ramosa, ex apicibus egressa, primitus distincta et in tubera sensim turge-

scentia, demum evanescentis. *In radicibus Ipomoeae Batatas in America septentrionali.* (v. s.)

Trieb. II. SCLEROTIOIDEA.

Char. Intus obscure tetraëdro-cellulosae. *Ad muscos, ligna etc.* — *Plures e Sclerotiiis subterraneis huc referendae.*

3. *R. Muscorum.* S. M. l. c.

Identitatem hujus cum *Scl. muscorum*, a nobis ante notatam, iterum confirmare licet; at simul observandum, *Scl. muscorum*, quod junius semper filamentosum est, haec genera non conjungere. Forma jam a proximis Sclerotiiis recedit, et praecipue vegetatione. Vidi coralloideo-ramosum!, venoso-serpens e. s. p.; paene amorphum; item colore coccineo! — Insignis fragilitas.

VI. PERIOLA.

S. M. 2. p. 266.

Obs. A Recentioribus quibusdam ad Sclerotium relatum genus, qui vero, si specimina vidissent, vix ad Sclerotiaceas retulissent. Differt substantia, structura, fructificatione; nec adest epidermis colorata obscurior, qua Sclerotia cinguntur.

3. *P. tomentosa.* l. c. p. 267.

Etiam Petropoli lectam misit Weinmann, ad caulens herbarum. Junior omnino byssina! — *Sclerotium tomentosum* Somnerf. Lapp. p. 310, ipso dabitante, hujus loci esse nequit ob epidermidem nigram sub tomento albo. Nisi hoc parasiticum sit, *Acinulae* speciem indicare videtur.

4. *P. furfuracea*, hemisphaerica, inaequalis, furfuracea, testacea, intus nigra.

Huc forsitan *Scl. pyrinum* l. *Tremella ustulata* quibusdam, habitu quidem ad Sclerotiaceos Fungos

eferendum. Interea *epidermide unita nulla insimul* differt, nec ad aliud, quam *Periolarum* genus, aptius referendum. Substantia carnosogelatinosa, mollior, subvesiculosa, opaca, atra. Sporulas, nec sporidia vera in strato flocculoso-furfuraceo cingente vidisse mihi videor. *Ad pyra et mala putrescentia.* Acharius! Wallroth! (v. s.)

VII. ACINULA.

S. M. 2. p. 267.

Obs. A *Periolarum* abunde differt structura et epidermide unita Sclerotiorum, sub cortice l. velo exteriori *granuloso-floccoso!*, quo a Sclerotis, ut *Diderma* a *Physaro*, differt. Hoc vegetationem omnino autonomam *Acinulae* indicat, cum Sclerotia vera, ut optime *Wahlenberg*, „a succo (matricis) ex herbis l. arboribus exsudante orta, ne dicam constituta.“ Idcirco nonnulla Sclerotia etiam huc olim referenda, de quibus, finitis inchoatis observationibus, alibi plenus. — Sub nullo genere, ex externa facie, tam diversa vegetabilia, quam sub Sclerotio vulgo coacervantur. Volui equidem luculenter diversa separare; dubia omisi. *Spermodermia*, quam itidem ad Sclerotia retulit *Sprengel*, est conceptaculum corruptum *Sphaeriae* e. s. p.

De hujus generis specie primaria Cfr. *Sommerfelt!* *Lapp.* p. 311, qui eam tam in Lapponia, quam in australiori Norvegia copiosam observavit.

CLASSIS SECUNDA.

GASTEROMYCETES.

S. M. 2. p. 275. Cfr. S. O. V. p. 125.

Obs. Plurima, quae de memorabili hac classe observanda habeo, in revisione ipsius in *Syst. Myc.*

III. afferenda sunt. Pyrenomycetes, ut diu perspe-
xi, facile propriam classem constituunt; ut talem ve-
ro l. c. non proposui, cum ante me hujus tantum
duo triave distincta essent genera et revera tam mul-
tis formis mediis connectantur, ut non pauca sint
genera, quae ex arbitrio ad utramque facile referas
v. c. *Chaetomium* etc. Ex ascorum praesentia l. de-
fectu minime distinguas!!! Potius v. c. *Cytisporas*
Sphaerias abortivas, quam *Gasteromycetes* dicas. In
statu normali quidem *Hymenomycetes* et *Pyrenomy-*
cetes ascigeri sunt, quare hic character neutiquam ne-
gligendus, at in *naturali* ei dispositione minime coe-
ce fidendum. Affinitas naturalis omni caractere for-
tior est. (S. O. V. p. 21 k.) Cum differentias pro-
minentes indicare non voluerim, conjunctas has clas-
ses l. c. tractavi.

ORDO I.

ANGIOGASTRES.

S. M. 2. p. 277. S. O. Veg. p. 128. 132.

1. PHALLUS.

Obs. 1. *Hymenophallos* vivos videre non licuit;
eos tamen, me iudice, a *Phallis* non distinguendos
esse iterum affirmo. Omnes qualitates, habitus et
characteres communes sunt; *Hymenophalli* tantum
indusio recedunt. In *H. Hadriani* tamen nullum hu-
jus adest vestigium, potius in aliis *Phallis* adest, ea-
dem membrana adnata. Non magis recedere videntur,
quam *Boletus luteus* et *B. granulatus*. Equidem
Phallum caninum magis deflectere censeo.

Obs. 2. Apex pervius *Phallorum* membranula
tegitur, unde alii impervios dixerunt *Phallum impudic-*
um etc. (Inde ortus *Phallus cancellatus* Ventenat.)
At *Phalli* umbilico elevato prominente instructi, *Mi-*
chelio determinatore, pervii; hoc carentes, imper-
vii dicuntur.

Obs. 3. Si formam externam exceperis, nil prorsus cum *Morchellis Verpise* commune video, neque vegetationem, sive structuram, sive fructificationem spectaveris. Contextus utique vesiculosus *Gasteromycetum*, sed vesiculae inflatae majores, quam in lo alio fungo formam prorsus abnormem effecerunt. In omnia genera vere affinia (*Battaraea*, *Clathrus* etc.) culenter *Gasteromycetes*.

IV. CLATHRUS.

S. M. 2. p. 287.

Obs. 1. Cell. *Brogniart* et *Chevallier* hoc genus et peculiarem familiam (*Clathracei*) considerant, nec usan immerito; at formarum nimis pauper mihi visus est. Tribus nostras genere distinguunt.

Obs. 2. Si *Clathros* ut peculiarem sectionem consideres, ad hanc *Lysurum* minime referas. Hic fungus evidentissime *Phallodeus fructificatione hyemina*, nec uterina *Clathri*. Multo minus *Lysurus* am *Clathro* genere conjungendus!

XI. MYRIOCOCCUM.

S. M. 2. p. 304.

Obs. Multa quidem adest analogia cum *Spumana*, at fungus junior floccosus est, nec fluxilis. Cell. *Zeinmann* eandem fere vegetationem *Mycetoideam* *Pepoli* ac nos in agro *Fensionensi* observavit, et nomen hunc fungum communicavit.

XII. POLYANGIUM.

P. umbrinum, sporangiolis globosis atrofuscis.

Licea macrospora. Schum. Saccl. p. 219.
T. D

Gregarium, *P. vitellino* (sporangiolis oblongis vitellinis) paulo majus, globosum, squamulis minutissimis albidis punctulatum, primo violaceum, mox expallens, demum olivaceo-umbrinum. Sporangiola pauca, globosa, sporulis repleta. *Sub cortice Fagi silvaticae subemortuae Septembri legit Schumacher.*

XIII. ATRACTOBOLUS.

s. M. 2. p. 305.

Obs. Postquam ulterius accuratius examinare licuit copiosissima specimina (vide *Scler. Suec. exs. Dec. XXXVII*) singulare hoc eus, animalis esse originis, ut l. c. jam suspicatus sum, certius affirmare audeo. Vesicula videtur omnino Cocci species rubra. — At mirum est, me alium reperisse fungum? characterem generis optime exprimentem, qui genuini vegetabilis speciem omnino prae se fert. Candidus est, at non nitens, extus pilosus (inmo subiculo villosus insidens); operculo laevi; vesicula cylindrica, prominente, alba, gelatinam fuscam globuli instar protrudente. *Copiose in lignis putridis coacervatis pineis Martio!* (Sub *Atr.?* *hirti* nomine videas in *Ersicc. l. c.*)

THELEBOLUS.

s. M. 2. p. 306.

1. *Th. terrestris.* l. c.

Primo obtutu *Sphaeriam aurantiacam* refert. Subiculum tenue, floccosum, indeterminatum (minimo determinatum et sericeum), junius pallescens, dein sporangiis concolor. Sporangia subglobosa, irregulariter aggregata, primo crusta oblecta, dein emersa aurea. Vesicula certe non saliens! *Legi ad corticem putrescentem Abietis d. 6. Mart. 1826. (v. v.)*

3. *Th. delicatus*, subglobosus, glaber, hyalino-fuscescens, subiculo tenuissimo araneato-argenteo insidens.

Subiculum tenuissimum, flocculosum, in membranam delicatissimam determinatam! glabram argentatam unitum. Sporangium globulare, primo sphaericum astomum, humectatum hyalinum, exsiccatum fuscescens, puncto vix majus, dein ex ore urceolato constricto globulus minutus, mox decedens, protrahitur; (sed non saliens,) dein sporangium collabitur umbilicatum l. Pezizae formae. Verissima Theleboli species, valde insignis; sed vesiculam globulum cingentem distinguere non valeo; videtur sporangiolum e sporidiis tantum conglobatis componi. Sunt *Theleboli Pezizae globiferae!* Velum inconspicuum est. *In lignis putridis. Mougeot. (v. s.)*

4. *Th. sudans*, candidus, sporangio subgloboso obsolete pubescente, globulo lutescente, subiculo sericeo.

Hydnum sudans. *All. et Schwein. p. 272. Dec. ! fr. 6 p. 35.*

Admirabilis fungus! Subiculum plerumque longitudinaliter effusum, sistens maculas 2—3 unc. longas, 1 unc. latas, determinatas, candidas, albido-hyalinas, quae e villo delicatissimo in telam sericeam laevigatam, inatri arcte adpressam, contextae sunt. Huic subiculo impositae sunt sporangia admodum regulariter disposita, subconferta, globosa, eumorpha, mollia, vix distincte pubescentia, e quibus mox protruduntur globuli rotundati aut conici! lutescentes, decidui; tum sporangium urceolatum, poro apertum, intus evacuatium. Globulus gelatinoso-induratus, certe nulla vesicula cinctus! — Nudo oculo Hydnum refert, fere *H. farinaceum*, at longe distat! Sporangia *Sphaeriae chionae* similia. *Ad ligna putrescentia pinea abundantem legi April.* (v. v. Misit quoque Chaillet.)

Obs. Utique peculiare genus (*Dacrybolus*, cum *Dacrina* analogum) facile constituit; cum vere prae-

cedenti evidenter valde affinis, novorum generum timidus, sub hoc aptissime collocavi.

XVI. SPHAEROBOLUS.

S. M. 2. p. 309. *Grav. Crypt. Scot.* 1. 158! (*S. stellatus eximie*).

1. a. *S. cyclophorus*, globoso – depressus, fulvus, ultra medium in laciniis lanceolatas fissus.

Carpobol. cyclophorus. Desmaz. in Recueil des Travaux Soc. Scienc. de Lille 1823. p. 225. cum ic. f. 1.

A *Sph. stellato*, quantum *S. tubulosus* distat; verum ab illa centrali specie in alterum extremum divergit; nempe colore obscuriori, statura paulo majori. forma subdepressa, praecipue vero laciniis peridii exterioris, ultra medium fissi, longioribus et angustioribus peridioque interiori cingulo notabili vivide aurantio – rubro notato. Tincturam rubram, at irregularem, ad basin peridii interioris, etiam in *Sph. stellato* vidimus. In caespitibus emortuis *Graminearum emortuarum circa Lille, Galliae borealis.* (v. c.)

ORDO II.

PYRENOMYCETES.

S. M. 2. p. 312. *Cfr. S. O. V.* 1. p. 90 et sq.

Obs. Nulla Fungorum cohors generica dispositione tam neglecta fuit, quam *Pyrenomycetum*. *Primaria* licet, et quidem multa nova, in *S. M.* l. c. distinxi genera, plura sane restant, quorum typus et differentias perspexi; sed, cum limites minus definiti, nolui praemature procedere, cum mihi persuasum esset, temerariam et praecipitantiem generum praepositionem, caractere v. c. ex unica alterave specie suntu, parum utilem esse et in opere universali pe-

s confundere. Interea in his derimendis continuo cupatus sui, multaque nova vera genera a me perfecta puto; (videas S. O. V. l. c.); aliaque ab amicis Kunze, Greville et Chevallier proposita gaudeo. Hoc loco tantum evidentissima S. M. recepi, ut in *commentario* decuit. Non idcirco credant leres, me aliorum studia vilipendere vel propria pessim dare. Multa ad specialia, quod in opere univ. praecipuum est, deducere non adhuc contigit. s distinctis ordinem hunc vastissimum ut classem asiderandam esse facile largior et consideratis memorphosibus inauditis, multos Concomycetes etiam m complecti, verosimile, ne dicam certum habeo. ne de his Chevall. in *Fl. Paris.* — Limites vero renomycetum a Gasteromycetibus difficillimi; *Therolus Erysiphe* etc. omnino amphibolii sunt. In Pyrenomycetibus disquirendis, ne singula obvia formamalis habeatur, certe maxime cavendum. Praecipue infimi et innati rarius in statu normali occurrunt.

I. SPHAERIA.

S. M. 1. p. 319.

Licet, *genus olim certe subdividendum*“ dixerim, cen- in tamen, omnes species maxime evidentes, exce- Hypocrea, complectens meo sensu optime indivi- n manere adhuc credam. Differentiae enim a mate petendae, tam variae sunt, tantum vere af- a divellunt, ut ejus characteres in auxilium vo- e quam maxime haesitem. Non tantum Clavatae, vinatae, planae etc. luculenter confluunt, sed et cies simplices et compositae. Plurimae harum m peritheciis solitariis occurrunt; simplices sae- sime connascuntur, et tum perithecium exterius, duplex adest in stroma, l. corticem communem, ita dicam, abit. Non juvat hoc loco citare *Clava-*, *Cupulatos* etc. forma distinctos; cum *clava*, *cu-* a in his verum receptaculum, et qua tale, constans.

et definitum. At Sphaeriarum receptacula sunt perithecia; stroma autem accidentale. Centro generis cum speciebus notissimis integro relicto, a latere generis, praecipue inferiorum tribuum expurgandae sunt forma perithecii indole et fructificatione recedentes, v. c. *Sphaeria Dematium* cum affinibus, deinum deli-scentibus, *Sphaeria inquinans*, *Buxi*, *Aegopodii* aliae-que ex Immersarum et Junatarum serie. — In gene-re vix ulla species ostiolo non prominente aut collo instructa pro normali Sphaeria habenda est! Inter perfectiores tantum recedentes vidi *Hypocreas* S. M. 2. p. 323., quae, vegetationem ut taceam, ascis fili-formibus et his erumpentibus (Ascoboli inter Pyre-nomyces) etiam a simili forma gaudentibus Hypo-xylis longe et acute distant. Jam ad species Syst. Myc. illustrandas et maxime insignes novas species describendas transeo. Vix ullibi antea unico loco hoc genus, et quidem ejus species eminentissimae centra-les, tam eximium augmentum tulit. Undequaque quo-que terram fere collecta sunt. America non tantum omnes typos Europaeos, sed et multos privos, habere videtur.

Trib. I. CORDYCEPS.

S. M. 2. p. 323.

Obs. *Cordyliam* l. c. non dixi ob genus phae-rogamum homonymon Loureiro. — Ut peculiare ge-nus considerare non possum; prior enim series per *Sph. alutaceam*, (in qua perithecia in nullo strato discreto nidulantur) et *Sph. Tremelloidem* luculenter cum *Hypocreis Pulvinatis* et *Connatis* evidenter con-fluit; posterior a *Sph. Pulvinatis* vix rite limitari pot-est, nam v. c. *S. polymorpha* variat sessilis et glo-bosa, et in hoc statu a maxime affini *S. globosa* super-ficie modo laevi dignoscitur et *S. concentrica* saepe omnino clavaeformis et stipitata.

7. a. *S. Gomphus*, lignosa, clavaeformis, simplex, le-

cunoso-rugosa, undique crustaceo-laccata opaca atra, stipite laevi glabro.

Maxima inter species hactenus descriptas (mares in Java a Blunneo lectas accepimus), 3—6 unc. la, $\frac{1}{2}$ unc. et ultra crassa, sursum sensim incrassata, statura *Clavariae pistillaris b. herculanae*, sed *Gomphi* clava difformis, superficie, *Morchellae in-ar!*, cujus speciem primo obtutu habui, (sic mire vidit in maxime affinis stromatis figura, dum receptaculi in Elvellaceis constans est!) lacunoso-reticulata plicataque, lacunis oblongis, undique peritheciisincta. Stipes clavula multoties brevior est, inaequalis, sed omnino laevis, deorsum attenuatus, vix raticatus. Superficies omnis crusta lacata, glaberrima, paca, piceo-atra. Intus longitudinaliter cava est; verum substantia suberosa, dura, crassiuscula, alba, intextu obscurius floccoso. Perithecia peripherica, re sparsa, globosa, primo pallentia. Ostiola latentum sub lente conspicienda, punctorum instar ominula. *Ad basin truncorum Morchelloidem hanc eciem in Brasilia legit Lund. (v. s. a Cel. Hornem. mmunic.)*

Obs. Si stromatis varietates eodem modo ac receptaculi inter Hymenomycetes genera distinguent, peculiare genus offerret. At falsum, meo praecini sensu, prius, ergo et posterius.

a. *S. scruposa*, caespitosa, suberosa, clavulis simplicibus scruposo-rugosis undique peritheciis tectis, intus griseis, stipitibus subvillosis.

Species eximie distincta! Stipites plurimi connecti, inferne in radicem deorsum attenuatam, truncis intransentem, connati, longitudine clavulae, leproso-flosi, lineam crassi; variant glabrescentes. Clavulae longatae, obtusae, simplicissimae, undique peritheciis actae et tuberculosae, superficie insuper rugoso-ruposa et adpectu quasi leprosa, ut varii fungi resilliani, opaca, atra. Intus tota solida est, moluscula, grisea, haud pulveracea. Perithecia globo-

sa, conferta, passim polysticha, (immatura stromati immersa), pro ratione majuscula, prominentia; atra. Ostiola ipsa superficie leprosa oblitterantur. Tota 1—2 unc. alta, clavulis 2—3 lin. diametro. *Ad truncos Brasiliae et Indiae occidentalis.* (v. s.)

Obs. Duae adsunt formae, forsitan aetate modo diversae; altera tapetio (Todei) peritheciolorum evacuatorum atro, altera eodem eleganter flavo-viridi pulveraceo; videtur haec junior. Tertiam vidi stromate simul luteo-virescente, sed de hujus specifica identitate minus certus sum.

8. *S. digitata*. S. M. 2. p. 326.

Non minus, quam *S. polymorpha*, a qua abunde diversa, protea. Stipes non quidem villosus, ut *S. Hypoxyli*, sed superficies villo leproso-incrustata, quae una cum substantia tenaci, situ caespitose etc. optimas differentias praebet. Plurimas accepimus hujus formas. Misit Cel. Chaillet specimina adeo stipata, ut in corpus solidum late effusum, intus album nigro-variegatum, fere connata. Alia e Gallia occidentali debeo Cel. Leveux, quae simpliciora et luculenter transitum ad varietatem sequentem sistunt. Perfectissima vidi e regionibus Caucasicis, in quibus plurimi fungi eximie luxuriare videntur. Vidi v. c. specimina Steveniana *Schizophylli communis* maxime extensa palmato-lobata ex Iberia, cum *Brasilianna*, a Clar. Lund, et Indiae occidentalis, a beat. Swartz collecta, Europaeis minus evoluta sunt. Sed prae ceteris insignis est *Agaricus procerus*, quem e Tauria a Cel. Steven lectum bipedalem vidi, e Brasilia vero a Lundio missus, 4 uncialis. Num *Ag. molybdites* Mey. Essequ. p. 300.? Contra *A. psittacinus*, e Tauria a Cel. Sprengel communicatus, nostro tenuior e. s. p.

β. *S. rhizoides*. suberosa, subsimplex, teres, fusca, apice sterili subulato pallidiori, stipite elongato stuposo-corticato, radicibus praelongis. — *Wallr.* in litt.

Memorabilis haec forma primo obtutu valde distincta apparet et formis cryptophilis Sph. Hypoxyli similior; post accuratissimum vero examen prioris esse varietatem in cryptis natam, pro certo affirmare audeo. Sparsa nascitur, 3—4 unc. longa, gracilis, clavulis sursum attenuatis stipite tenuioribus! Intus alba est, sed stipes tomento denso laevigato nigro corticatus, e duobus connatis subinde bifidus. Perithecia magis prominent, quam in *S. digitata* vulgari, sed simul pallescunt, quasi perfectam evolutionem haud nacta. Apex sterilis subulatus, raro compressus, pallescens. At praecipue insignis est radicibus suis, facie prorsus Rhizomorphae subcorticalis tenuioris, prae-longis, dense intertextis. *Loco valde crypto detexit Wallroth!* (v. s.)

9. b. *S. corniformis*, suberosa, fragilis, simplex, cylindrica, incurva, atra, undique peritheciis cincta, basi subtuberosa villosa.

Speciem, hactenus sub *S. polymorpha* neglectam, diversa patria, diversa vegetatio et plures characteres luculenter distinguere videntur. Gregatim quidem nascitur, sed numquam caespitosa, in omni statu simplex et teres (numquam turgida et lobata ut *S. polymorpha* variat), simulque cornu instar capri-ni curvata, 1—2 unc. alta. *Stipes nullus adest!*; radice prorsus caret, sed basi dilatatae subtuberosae e villo confertae insidet. Junior suberosa, albida, leviter pulverulenta; mox nuda, opaca, atra, fragilis, medulla centrali alba cylindrica discreta farcta, quare disfracto stromate medulla extrahi potest; tum fistulosa evadit. A tuberculo radicali ad apicem usque tegitur peritheciis globosis uniserialibus atris periphericis, ostioliis minimis hemisphaericis, superficiei punctulatam reddentibus. *In pagina terram spectante Fagorum prostratorum in Smolandia, ubi S. polymorpha numquam lecta, copiosa. Junior aestate, adulta autumno.* (v. v.)

Obs. *S. polymorpha* Fries Syst. et Exsicc. in Scania vulgaris est, praecipue ad Carpinos, magis carnosae, turgidae, difformis, basi omnino glabra etc. *Junior hieme, adulta vere.* (v. v.)

10. b. *S. flabelliformis*, coriacea, clavula palmato-incisa fimbriata pubescente luteo-carnea, stipite subbulboso nigro villosa *Schwein.!* in litt. et *Syn. Fung. Car. n. 1071* sub *Merismate*.

Valde singularis plantula, in statu sterili *Isaria!* Nostra speciminaria solitaria, $\frac{1}{2}$ unc. alta vel paulo ultra; basi bulbosa, ovata, villosa, abrupte nigricante; clavula apice sterili compressa, irregulariter fimbriata dentataque, tuberculata. Ex Auctore etiam in ramos palmatos finditur. Color in siccis ob pubescentiam pulverulentam albicans. Perithecia minuta, pallescentia, forsitan in meis speciminibus non satis evoluta. *Sphaeria* certe est. *In ramis dejectis Carolinae et Pensilvaniae, erumpens.* (v. s.)

Obs. Cum variae *Sphaeriae* et *Clavariae* v. c. *Cl. byssidea*, in prinordio verae *Isariae*, harum autonomia dubia. In *F. crassa* Alb. et *Schwein.*, in *F. umbrina* adulta nos perithecorum rudimenta vidimus. Sunt tamen multae *Isariae* prorsus diversae indolis v. c. *J. carnea*, vulgatissima, *Botryti* proxima.

11. *S. Hypoxylon.* S. M. 2. p. 327.

In arbore cava luculentissime vidimus hanc speciem in *Rhizomorpham subcorticalem* abire, ut jam docuit ubique fide dignus Haller! Non is sum, qui exinde huc referam omne, quod *Rhizomorpha subcorticalis* dictum fuit, cum hoc nomen variis imponitur; sed nemo mihi vitio vertat argenti hanc inter autonomas plantas non recipiendam, cum omnis fructificatio lateat! — Vidi non tantum *Sphaeriis*, sed etiam *Sclerotiiis*, *Excipulis!* etc. *Rhizomorphas* stroma subministrare, quae exinde genere minime separari possunt. Cfr. ceterum de *Rhizomorphis* *S. Orb. Veg. p. 216!* (Quae hoc loco de *Fungis* et *Algis* spantiis

lendis disserui, praetervisa valde doleo. Omnes
 reductiones confirmans, plurimas jam e certa ex-
 orientia addam. Id mihi praecipuum videtur, ut
 tantas nemeas haud autonomas a genuinis distin-
 gamus.)

Obs. Unica genuina Rhizomorphae species est
Rhiz. subterranea (Cfr. *S. O. V. l. c. p.* 296), in plu-
 res forsitan dividenda; nam uberrima specimina fru-
 tificantia, quae ab optimo *Hornemanno* recepi, quoad
 perithecorum indolem a Cel. Eschweileri icone
 non parum recedunt. At haec hactenus — Observa-
 tio tamen necesse est, plurima de harum synonymia
 etc. in recentissima *Syst. Vegetab.* editione erronea
 esse. Sic v. c. sub *Rh. subcorticali* afferuntur synony-
 ma ad *Thelephoram sulphuream* (*Rh. corticata* Ach.!),
Sphaeriam rimosam (*Rh. intestina* Decand.!), *Poly-
 sporum Vailantii*? (*R. vestita* Reb.) *Rhizomorpham sub-
 terraneam* etc. spectantia. Quod vero non celebra-
 vissimo Editori, qui praesentem generis statum tan-
 tum exponit, sed rei ipsae tribuendum puto.

12. b. *S. Guepini*, stipite radicoso extus intusque stup-
 peo albo, clavulis digitalis testaceis, apice steri-
 lilibus, ostioliis granulosis atris.

Inter Sphaerias recentiori seculo in Europa de-
 lectas nulla memorabilior. Stipes ad 6—7 unc. ex-
 tensus, lineam crassus, erectus, aequalis, firmulus, sed
 mollis, undique vellere stupposo obductus, velut *Rhi-
 zomorpha xylostroma* Ach.!, sursum dichotome di-
 visus in clavulas plures digitato-congestas. Clavu-
 lae 3—5 — digitatae, simplices aut bifidae, (est
 enim in toto fungo dichotomiae nisus,) breves, unci-
 am haud attingentes, utrinque attenuatae, mucrone
 sterili obtuso terminatae; colore pallide testaceo, sed
 ex ostioliis nigris demum granulosis atrae; intus so-
 lidae, stupposae, albae. Perithecia pro ratione ampla,
 atra, confertissima, immo polysticha, ostioliis promi-
 nulis conicis. Intus tantum evacuata vidi. Singulare
asturiae artificium. Ad terram fimetosam Galliae oc-

cidentalis. „Je l'ai trouvé dans un carré d'atichaud, sur lequel en avoit étendu de la fiente de porc.“ *Guepin in litt.* (v. s.)

14. *S. filiformis*. b. — l. c. p. 329.

Rhizomorpha simplicissima. *Pers. Myc. Ess. 1. p. 51*
ex speciminibus inventoris Chaillet.

Trib. II. PORONIA.

Hanc tribum a Sphaeriis genere non removebit, quae sequentes species viderit. Limites prorsus evanescent in *Sph. Schweinizii*, etc., eodem modo ac *Sph. Glebosas* cupulatas a convexis nullo modo removebit licet. Una alterave specie visa, ipse quoque creditur, has, ut alias Sphaerias, ex stromate distingui posse, etiam generice, sed plurimis rite examinatis istam dispositionem non tantum vacillantem esse, sed et mere artificialem, mihi persuasissimum habeo.

* * 15. b. *S. Pocula*, erumpenti-liberata, turbinato-poculiformis, pruinosa, alba, peritheciis in disco periphericis pallidis. — Torrey!

Forma quoddammodo *Sph. Poroniae*, at affinitate *Sph. candidae* certe proxima, valde insignis. Cortici interiori superficialiter adnata, per epidermidem erumpens, et omnino libera; primo tuberculiformis est, mox turbinata, rite explicata poculiformis, inaequalis, pruinosa, albida; substantia subsuberosa, pallida. Perithecia omnino peripherica, pallescentia, sed vix rite evoluta in meis speciminibus. *Ad truncos arborum circa Neu-York.* Torrey. (Communi-cavit Schweiniz! v. s.)

* * * 16. b. *S. Schweinizii*, subcarnosa, planiuscula, difformis, obtuse marginata, atra, intus alba, peritheciis perne periphericis stipatis minimis pallidis, ostiis punctiformibus.

Nulli descriptae affinis. Forma quoddammodo thelephorae cujusdam peltatae v. c. *Th. rufae*, cuius more subtus soluta, libera, margine nunc patente, nunc prominente, passim sursum flexo et revolutoque lobatoque, quare et ob situm prorsus superficialium, paginam inferiorem liberam et sterilem, (discus tantum, licet minus distinctus, peritheciis tegitur, quod margine sursum flexo evidentissimum est) inter Poronias collocanda fuit. Irregularis, 2 — 5 lin. lata, opaca, e fusco nigra. Stroma siccum, sed fragile, crassiusculum album. Perithecia prorsus peripherica, minima, globosa, stipata, pallida, mox evaporata; similia Sph. gelatinosae! Ostiola minuta, sed distincta, et admodum conferta. *Ad truncos supra cortices in America Septentrionali.* Schweiniz. (v. s.)

Obs. Sub *S. lobatae* nomine (non vero Worinsk. et Ries) misit Cel. Schweiniz; tam nobilem igitur speciem ornare volui nomine Botanici Celeberrimi, cui Mycologia Americae borealis omnia, Europae plurimaebebet, qui hoc tantum genus, incredibile dictu, integra paene novarum specierum centuria ditavit.

6. c. *S. rigens*, subcarnosa, applanata, vix marginata, utrinque e viridi nigrescens, intus alba, peritheciis in disco periphericis sparsis pallidis, ostioliis sublatentibus.

S. lenta. Schweiniz! *Car. n.* 28. Cfr. *Syst. Myc.* 2. p. 349. Dothidea. *Fr. Mscr.*

A *S. lenta* nostra, cui forma sat similis, perithecorum indole et situ, stromate haud lento etc. bene distincta, at priori adeo affinis, ut autoptae de potissimum distinguam. Et haec omnino superficialis et libera, sed vix distincte marginata, primum *leganter viridis* (*S. lenta* primitus, ut prior, fuscens), difformis substantia rigescens, ceterum prioris. Perithecia magis distant, ostiola minus prominent. *Ad cortices et ligna Americae septentrionalis.* Schweiniz! *Galliae occidentalis.* Levieux! (v. s.)

Obs. Ultimae species sunt *Hypocreae*, necam, Poroniarum, cum analogâ sectione *Pulvinarum* et connatarum affinitate proxima conjunctae. 16. b, et c. facile *Dothideas* dicas.

Trib. III. PULVINATAE.

De harum nexu cum prima tribu jam su disputavimus; ultimae Poroniae primo obtutu hoc huc referas. Jam de harum nexu cum *Sph. Comitis*, quae, meo quidem sensu, in alia serie (*Homostromae*) nunquam seponi possunt. *Singula enim species Pulvinatarum supra lignum decorticatam horizontaliter prostratum effusa applanata variat; stapulvinatus vix occurrit nisi in lignis cortice tectis verticalibus l. supinis; in pagina terram spectante fusae sunt, cujus exempla jam in Syst. Myc. dedimus sub *Sph. fusca*, *Sph. cohaerente* et *Sph. multifidâ*. Cfr. *Sph. rubiginosam*, *perforatam* et *annulatam* infra. Ubique observandum, „circumstantias variare“, sed vix alibi hoc magis necessarium, quam inter Fungos.*

18. *S. concentrica*. S. M. 2. p. 331.

Aliam pulcherrimam hujus formam (*S. ente-leuca* dictam; tota structura simillimam in Suecia (gi) ex America sept. misit Cel. Schweiniz. Protravata est, ut *Cordyceps*; strata interna cellulosa et bicant; extus glaberrima, ateriuna et nitida, ut *S. concentrica* Lapponica, quae vero, simul lignosa et nax (Cfr. Wahl. Suec. et Fries Stimp. Fems.), di Americana ut formae australiores rigida et fragil — Ad ligna prostrata haec species quoque magis fusâ variat, nunquam vero plana.

19. *S. fragiformis*. l. c. p. 332.

Junior prorsus laevis est (videas nitidissimam iconem Grev. Crypt. Scot. t. 136). etiam argilla

3. *argillacea* (Quibsd.!), lateritia (*S. lateritia* Dec. l. 6. p. 137), *fuscescens*; minime tamen cum Cel. Vahlenberg de *S. fuscae* differentia dubitare possum. At si cui *S. rubiginosam* P. hujus formam e loco, supra indicato, ortam dicere placeat, me contradicentem non habebit. Etiam supra cortices, legi hujus formam *confluentem* Schwein. in litt., qui eandem in America misit, in strumas demum 1 — 2 pollicares, valde crassas, undulatas, *rimoso-rugosas*, magis fuscas connascentem. Hanc dabo in Lich. nec. cel. Dec. XXXIX.

9. b. *S. rubricosa*, difformis, tuberculosa, rimoso-rugosa, rubiginosa, intus albido-cinerea, peritheciis periphericis immersis atris.

Bene distincta, revera ex hac affinitate, licet vix unquam alia, quam *Sph. multiformi* confundi possit. Differt vero ab hac ceterisque: 1) stromate molliori, *albido-cinereo*, nec atro: 2) superficie undulato-tuberculosa, valde inaequabili, *peculiari modo rimoso-rugata*, cujus quidem analogiam prioris forma conveniens offert, alio tamen modo: 3) peritheciis minus, vere periphericis, sed immersis *collo brevissimo instructis*. Cum nulla alia igitur facile comparanda. *Id ligna denudata, l. per epidermidem erumpens!* Gallia occidentali. Guepin. (v. s.)

10. *S. fusca*. l. c. p. 332.

Forma ad ligna horizontaliter prostrata extensa (sfr. l. c.) sub variis peregrinis nominibus missa est. nec eam spectare, nullum est dubium.

11. *S. argillacea* l. c. p. 333. Chev. Par. p. 502.

In Europa australiori vulgatior videtur, saltem *Schleichero*, *Mougeotio* etc. copiose missa. Primitus vera erumpens obviam venit. Ostiola nigra. *Præcipue in Carpino*.

12. *S. cohaerens*. l. c.

Nimis affinem *S. multiformi* l. c. dixi; est tamen certe autonoma species, ut perithecorum examen evincit.

23. *S. multiformis*. l. c. — *Sommerf. ! Lapp. p. 205.*

S. labiata. *Pers. ! in ed. S. rubiginosa. Spreng. Syst. Veg. II. p. 385 exclus. Sph. perforata). Stromatosphaeria elliptica (forma bb) et Str. rubiginosa (forma cc.) Grv. ! Crypt. Scot. t. 110, 114. (observandum Syst. Myc. nostrum tum nondum prodidiisse). *S. deusta. Wahl. ! Lapp. n. 995.**

Multis suis formis fallacissima species; praecipue ob malam determinationem *S. rubiformis* diaconfusa. — Etiam var. β , ab ipso *Wahlenbergio* distincta (*Sph. mammata* *Fl. Suec. n. 2178*), certe hoc loco manet.

24. b. *S. annulata*, hemisphaerica, confluens, nigricans, intus concolor, peritheciis periphericis subglobosis, ostiolis in disco dilatato, annulato-marginato prominulis. — *Schwein. in litt.*

Singulari caractere ab omnibus recedit, ceterumque nobilissima species. Pustullae superficiales (etiam in cortice), hemisphaericae, subregulares, 2—4 lin. latae, mox confluentes, opacae, atrae, sed junior procul dubio pruinosa et purpurascens. Stroma carbonaceum, nigrum. Perithecia numerosa, magna, subglobosa aut obovata; evacuata tantum vidi. Discus dilatatus, planus, annulato-marginatus supra singulum perithecium huic speciei privus est. Ostium, in medio disci elevatur, papillaeforme. *Ad cortices et ligna Carolinae. (v. s. a Cel. Schweiniz. miss.)*

β . *depressa*, irregulariter effusa, crassiuscula, innatopruinosa purpurascenti-nigra, peritheciis prominulis, dein apice lato depresso-truncato marginato papillatis.

Auctor et inventor inclytissimus *Schweiniz* a priori specie distinguit (*Sph. truncata* *Schwein. ! in litt. non syn. Carol. !* e specimenibus *Cel. Schwaegr.*

benii!). Utique memorabilis est et ad Connatas
 ansiens, statum, *Sph. perforatae* et *rubiginosae*; sed
 palogae varietates *S. fuscae multiformis* et ad *S. an-*
platam referendam suadent et characteres locosque
 immunes extra dubium paene ponunt. Superficia-
 aut per epidermidem erumpens, irregulariter ef-
 usa, interrupte-confluens, unde tuberculosa, e velo
 hac perspicuo innato fusca aut purpurascente-ni-
 a. Stroma prioris tenuius, nigrescens. Perithecia
 npla, prominula, sed ultra medium et passim tota
 nna, apice primitus astomo rotundo, mox vero,
 tiolo atro protruso, in discum submarginatum pla-
 -depressum dilatato. Gelatina olivacea, qua eva-
 ata perithecia intus atra. *Ad cortices in Pensil-*
vania. Schweiniz. (v. s.)

Obs. *S. durissima* e speciminibus perfectis
 mericanis luculenter a *Sph. multiformi* diversa est
 stomate in ambitu lutescente.

- c. *S. exserta*, subrotunda, depressa, demum late
 confluens, atra, stromate crasso pulveraceo oli-
 vaceo-fuliginoso, peritheciis superficialibus mi-
 nutis pertusis.

De tribu distinctissimae hujus speciei multum
 abigitur; ex habitu et vegetatione hoc loco potis-
 num inserenda. Primitus per epidermidem erum-
 ptis apparent tubercula valde inaequabilia, opaca,
 ra, mox vero superficialia evadunt, *S. fuscae* sub-
 nilia, hemisphaerica, subdepressa, dein late supra
 idermidem effusa, in plagas latas interruptas con-
 unt, magis liberata, quam in ulla alia *Sph. epi-*
erica. Stroma quoque crassum et omnino propria,
 pulveraceum, primo olivaceum, dein fuliginom-
 m, cortice tectum peritheciophoro, quo destructo l.
 ortivo verum *Melanconium* aut potius ob stroma
 aberculariam haec planta sistit. (Utrumque ho-
 m generum Sphaeriarum esse abortus, alibi ple-
 us demonstrabitur). Ipsam *Sphaeriam concentricam*
 simile stratum fuliginosum solutam vidi. Peri-
 II. E.

thecia cortici stromatis adnata, paene superficiali stipata (at non confluentia, minuta, subglobosa, via, atra, raro papillata, saepius pertusa, (vidi tantus evacuata). Paucis, species omni respectu riosa. *Ad cortices arborum putrescentes in Herb. Schleicher!* (v. s.)

26. *S. rufa*. S. M. 2. p. 335.

b. mucedine byssacea alba basi cincta.
folia putrescentia Petropoli. Weinmann. (v. s.)

Trib. IV. CONNATAE.

29. *S. lactea*. S. M. 2. p. 337.

Hanc, cum plurimis in Europa nuperius legit et distinctis in America boreali legit Schweiniz; res quoque ex America ortae in Europa obviae sunt, v. c. 41. *S. colliculosa* in Vogesis.

33. *S. lateritia*. S. M. 2. p. 338.

Etiam in Saxoniae pinetis, unde iconem sit Cel. Schmalz. Sequentem, *S. Agaricolan* Thuringia communicavit Cel. Wallroth. — Affinis specierum fungicularum, (n. 32—36) cum *S. typica* item *lucentissima* est! Facile primo obtutu Agarici cui innascuntur, cum hymenium omnino infare pro vero stromate habeas. Huc pertinet *Hypothyridosus* Pers. et novum Sphaeriarum genus jatum in Göth. *Morphol. Hest. II. 2. p. 61* memora

37. a. *S. molliuscula*, minuta, convexula, appropinquata pruinosa, fuligineo-atra, ostioliis prominulis gris. — *Schwein.!* in litt.

Substantia *molliuscula* haec ab omnibus Hypothyridosus suae tribus dignoscitur! Minuta, (mea signa lineam haud superant,) rotunda, plano-convexula, peritheciis parvis latentibus omnino conc

sed ex ostioliis colliculosa. Color fuliginosus a velo innato pendet. Subinde sistit maculas pulveraceas sive abortus Stilbosporeas. *Ad ligna mucida Pennsylvaniae. Schweiniz. (v. s.)*

38. *S. perforata.* l. c.

Male cum *Sph. rubiginosa* a quibusdam conjungitur (sive *S. rubiginosam* veram, sive *S. multiformem* β . sub hoc nomine intellexeris). Est certe *S. fusca* proxima, tamen et ab hac abunde diversa. Specimina optima, supra cortices superficialia, hemisphaerico-pulvinata etc., a Cel. Schweiniz nuperius missa, formam *Sph. fuscae* omnino gerunt, ut non dubitem, quin ad *Sph. Pulvinatas* referenda sit. Status in *Syn. Fung. Car.* descriptus cum *Sph. fusca* supra ligna effusa analogus est.

38. b. *S. unita*, effusa, plana, contigua, junior fuligineo-pruinosa, intus cinerea, adulta atropurpurea, intus atra, peritheciis latentibus, ostioliis papillato-prominulis.

A simili *S. atropurpurea* luculenter differt: 1) stromate proprio! tenui, primitus cinerascens; 2) peritheciis globosis integris, basi haud applanatis, primo in stromate ipso sparsis, demum confertis; 3) superficie unita, quasi corticata, nec e peritheciis prominulis orta; 4) ostioliis punctiformibus, supra corticem communem, nec in perithecorum apice plano prominulis; 5) velo tenui, innato, fuligineo; 6) vegetatione et situ supra cortices, cum quibus ambitus depressus sterilis contiguus est. Hac aliisque notis a *S. nummularia* quoque recedit. *Supra cortices coryleos in Gallia. Guepin. (v. s.)*

41. *S. colliculosa* l. c. p. 341.

Specimina *Mougeotii* e *Vogesis* cum *Americanis* bene conveniunt. — Idem eximius Mycologus *S. botryosam* ibidem quoque indagavit. —

43. b. *S. biserialis*, minuta, elliptica, nigra, primitus albo-pruinosa, peritheciis biserialibus demum cupulaeformibus.

Species singularis, 1 — 2 lin. tantum longa, omnino superficialis, plerumque elliptica, medio depressa, ob perithecia in duas series distantes marginales disposita; haec ceterum sunt in serie utraque 4 — 8, connata, prominula, demum aut collabescendo — aut diffracto — cupularia. Bene medium locum inter *S. confluentem* et *S. botryosam* tenet. *Ad ligna duriora Petropoli Weinmann.* (v. s.)

48. *S. gregalis*, irregulariter effusa, peritheciis tennerrimis globosis liberis connatisque papillatis fuscis, stromate tenuissimo. — *Schwein.*!

Ab omnibus suae tribus, excepta ceterum distinctissima *S. colliculosa*, peritheciis fere membranaceis fragillimis recedit. Stroma tenuissimum, indeterminate, subfloccosum, subinde sterile aut denudatum, unde Byssisedis v. c. *Sph. thelenae* affinem suspicor. Perithecia minuta, exacte globosa, nunc connata, nunc tantum stipata, admodum fragilia, diffracta cellulas referentia, colore obscure fusco nigricante. Ostiolum exiguum, papillaeforme. *Ad ligna putrida Carolinae.* (v. s.)

Obs. *Sph. ramosam* Sowerb., cum iconem inspicere licuerit, ad *S. Bombardam* referendam esse jam certum mihi est.

49. *S. atramentosa*. S. M. 2. p. 344.

S. insidens, *Schwein. in Litt. Sph. insularis. Pers.!* *in ed. ex spec. inventoris Mongeot!*

Vulgaris apparet, saltem e variis Europae regionibus et America boreali nobiscum communicata. Perithecia etiam in hac demum diffracta et cupulari-aperta, at rarius, leguntur. Color in omni aetate niger, atramentarius.

50. *S. afflata*. l. c.

Stroma eximiae hujus speciei in specc. rupe-
us acceptis evidenter e ligno satiato ortum videtur.
ertissime hoc loco optime collocata est.

Trib. V. GLEBOSAE.

3. b. *S. marginata*, orbicularis, cupulaeformis, atra,
extus concentricè sulcata, margine elevato inte-
gro, peritheciis immersis strato corticali impo-
sitis, ostioliis prominulis.

Grata est visu hujus affinitas evidens cum *S. repanda*, licet in maxime essentialibus simul differat!
lura, lignosa, orbicularis, raro elliptica, 2 — 5 lin.
ata, crassa, cortici interiori primo paene innata, pro-
inde immersa, margine elevato tantum epidermi-
em perforatam aequante, demum vero a matrice
foveola sua omnino solubilis. Extus sulcis con-
centricis rugosa est, semper atra. Discus primo val-
e excavatus, margine elevato integerrimo sterili cin-
tus, dein magis explanatus (depressus tamen per-
stitit), margine obtuso minus prominente; e cine-
ro nigrescens. Stroma, disci excepto, primum to-
num fere ligneum et a cortice interiori formatum ei-
emque concolor, tantum linea circumscripta nigra
distinctum, (quo a *Sph. repanda* multum recedit),
demum vero ab eodem facile secedens, at rarissime
albescens; in disci strato, minus discreto, simpli-
serie immersa sunt, perithecia *Sph. repandae* in-
dole et forma! Ostioli in disco laevigato (non pa-
uloso) prominent, punctiformia, demum cupularia
ut etiam tetragona. In cortice arborum *Pensilva-
iae*. (v. s. Misit Schweinijz).

Obs. A *S. discincola* S. M. 2. p. 368 (ad spe-
imina Schwaegrichenii descripta), sub cujus nomi-
e accepi, non tantum tota forma, sed et perithecio-
um indole diversissima est.

3. *S. repanda*. S. M. 2. p. 346.

Borealis haec species, maxime insignis, extra Sueciam tantum in Ruthenia obviam venire videtur. Copiose loco allato legit Weinmann. — Tam insignis est, ut vix defuisset in ditissimis collectionibus ex Europa australiori, si ibi cresceret.

55. b. *S. corrugata*, difformis, confluens, tuberculosa, rimoso-corrugata, atra, intus cinerascens, peritheciis profunde immersis, ostioliis papillaeformibus rugosis.

Sph. corrugata. Chev. par. p. 498. ex descript.

Tota superficies fere qualis pagina inferior in *Sph. repanda* (inmarginata enim est), sed adhuc magis tuberculosa et inaequabilis, quo ab omnibus hujus tribus longissime distat. Color opacus, ater, intus cinerascens. Forma omnino exlex, 2 — 3 lin. lata et aequae fere crassa, sed passim in tubercula uncialia longitudinaliter confluit. Ostiola omnia superne emergentia (nec ad latera, quae inde valde proclivia sunt), papillata, rugosa. Perithecia subglobosa, inaequalia, profunde et irregulariter demersa, in collum attenuata. *Ad ligna mortua Salicis, Populi nigrae etc. in Gallia.* (v. s. a Guepin miss.)

Obs. Idem Auctor circumspectus, nec ad species distinguendas promptus, ex hac tribu quoque describit *Sph. curvatam*, subeffusam, nigram, convexo-rotundatam, bullatam, zonatim crescentem, denique confluentem, stromate albido, peritheciis globosis, ostioliis papillatis. *Fl. Par. p. 498. Ad truncos vetustos.*

57. b. *S. constricta*, effusa, crustacea, plana, secedens tuberculosa, atra, intus concolor, peritheciis stipatis parallelis oblongo-linearibus, ostioliis in tuberculis pertusis.

Sui typi species, cum *Sph. nummularia* inter Glebosas et Lignosas quasi media, at a matre secedens, glebosa et peritheciis potissimum Glebosarum. Stroma tenue, rigidum, atrum, ut videtur, latissimum.

effusum et incrustans (specimina plurima numquam integro fuerunt ambitu), indeterminatum. Superficies opaca, adulta saltem nuda et atra, supra perithecia tuberculosa, sed perithecia non prominent. In his tuberculis adsunt ostioli simplicia (non papillata), pertusa. Perithecia atra, stipata, unde ut in *S. expanda* et constricta, oblongo-linearibus, collo brevi, ad stromati nulli substrato imposita. *Vulgaris ad igna denudata Galliae* etc. (v. s. a Guepin, Leieux, Mougeot etc. missa.)

Trib. VI. LIGNOSAE.

1. *S. virgultorum*. S. M. 2. p. 351.

Haec et *S. pilulifera* sunt species maxime eminentes hujus tribus. Illam quoque in Normandia Galliae *Cl. Leveux* esse lectam, etiam ad ramos crassios Betulae, non sine voluptate enarro. Ejus specimina, nostris majora, foveas 1 — 2 unc. longas et inde profundas exsculpunt, ut adsint rationes hanc Glebosas transferendi.

2. *S. aspera*. S. M. 2. p. 354.

Variat, affinium instar, ostioli tetragonis.

Haec multorum est *Sph. quercina* v. c. Dec. 6. p. 120 etc. Species est bene distincta tam a *disciformi*, quam a *S. verrucaeformi*. Certe Cel. Ahlenberg nimis caute de specifica differentia *S. verrucaeformis*, *S. disciformis* et *quercinae* verae, nae alius tribus, ne dicam generis, Dothideae, est) hinc movet.

3. *S. Smilacicola*, orbicularis, hemisphaerica, fragilis, laevis, atra, stromate pulverulento fuligineo, ostioli prominulis. — *Schwein.* in litt.

De tribu distinctissimae speciei maxime incertae et adhuc maneo. Situ supra epidermidem

omnino superficiali ab hac tribu admodum recedit, sed etiam a Periphericis v. c. *Sph. fusca*, cujus formas minores refert, peritheciis immersis recedit. Orbicularis, lineam vix lata, depresso-hemisphaerica, basi applanata, opaca, atra, facie Sphaeriae cujusdam simplicis e tribu *Sph. Pertusae*; intus vero peritheciis plurimis immersis tenuibus fragilibus instructa. Stroma tenue, fragile, demum subpulverulentum. Ostiola minuta, punctiformia, primo latentia. *In ramis Smilacis per Americam septentrionalem.* (v. s. Schweiniz misit.)

71. *S. faveacea*. S. M. p. 354.

S. variolosa. Pers.! *ined.* etiam huc pertinet. *S. betulligna*. Chev.! *par.* p. 496 et *S. cavernosa* l. c. p. 487 (in Ceraso) est hujus junior forma adhuc, fere omnium affinium more, albida!!

76. *S. flavovirens*. S. M. 2. p. 357.

Specimina a Cel. Nestler missa evidenter evincunt, *S. prorumpentem* l. c. n. 357 ab hac tribu non divellendam esse. Recedit tantum stromatis colore et peritheciis majorum situ. — E speciminibus *Chailletii* huc pertinet *S. versiformis* Dec. fr. 6. n. 793 c.

77. b. *S. occultata*, effusa, obtecta, stromate mere corticali linea flexuosa nigra circumscripto, ostioliis sparsis punctiformibus.

Longe a reliquis distat, cum *Sph. dissepta* potissimum comparanda, sed perithecia aequalia nullo modo circinant et ostiola omnia distincta. Perithecia exigua, in cortice interiori nidulantia, sparsa, corticis fibris distincta, globosa, pallida, omnino erecta, collibus brevibus aucta, lineolis nigris flexuosis laxè circumscripta. Ostiola in cortice laevigato erumpentia, distantia, subglobosa, laevia, demum umbilicata. *In ramis Syringae.* Wallroth. (v. s.)

Trib. VII. VERSATILES.

3. a. *S. radicalis*, erumpens, aurantio-miniat, intus lutescens, ostioliis conicis spinulosis! — *Schwein.*!

Mirabilis fungillus, ob naturam *Tuberculariae!* hac serie prorsus incousuetam, certe cum *Sph. yrosa* sola comparanda, licet peritheciorum situ et stiolis diversissima sit. Stroma lutescens, subpulveraceum, cortici interiori immersum, determinatum, ed non circumscriptum; per epidermidem quoque *Tuberculariae* difformis instar erumpit; tubercula inequalia hemisphaerica, *S. simplicem* referentia, multa vero majora (raro tamen lineam excedentia), stioliis numerosis conico-elongatis fragilibus spinulosa. Perithecia minuta, atra, globosa, immersa; etiam per ostiolum spinulosum ductulo nigro continuata. *Ad cortices in America septentrionali. Schweiniz!* (v. s.)

An forsam affinis *S. purpurascens*. Decand.? *Sph. Castaneae* Schleicher!, secundum perfectiora exemplaria, est status junior *Cenangii*.

31. *S. friabilis*. l. c. p. 361.

De hac et proxime sequentibus conferas velim *Dothideam*.

36. *S. ferruginea* l. c. p. 363. (Sci. Suec. n. 305.)

β. petiginosa, transversim erumpens, ostioliis globosis.

Primo obtutu facile propria species videatur, sed stroma et perithecia omnino *Sph. ferruginea*. Perithecia rostrata, quae primum in hac tribu et frequentius in subsequentiis obviam veniunt, utique ad species discernendas valent, numquam vero ad distinguendas sufficiunt. Forma normalis omnino globosa in plerisque. — *Ad truncos Populi Argentorati. Nestler!* (v. s.)

ula per epidermidem rimosam aut angulatim
 erumpentia, quibus Obvallatas refert, sed pe-
 ria nec circinant, et tumores pollicem latos ele-
 Vigent pro more inter corticem et epidermi-
 Stroma evidenter e cortice interiori oritur;
 licet hic magis tumeat et fuscescat, structura
 at relaxata. Perithecia majuscula, atra, in-
 bo-vestita. *Ad cortices arborum circa Petro-*
Weinmann (v. s.)

lib. IX. CIRCUMSCRIPTAE.

Obs. Species hujus tribus, ut et reliquarum
 hiphericarum, in dissitis terris eximie conveni-
 Inter numerosissima undique fere missa spe-
 nulla adeo prominent, ut specie distinguam,
 ipue cum vivae et in quavis aetate observandae
 si tute determinentur.

S. Prunastri. β. l. c. p. 380.

S. alnifraga. *Wahl!* *Suec. n.* 2183.

Non tantum in Kamtschatka, verum etiam in
 a et Gallia obvia.

S. stellulata. l. c.

Ad hanc, secundum specimina *Mougeotii*, per-
Sph. acutangula Pers. ined.; quae a Chailletio
 oc nomine accipi, ad *Sph. acclinem* omnino re-
 da sunt. — Cfr. quoque *S. Brunastri* β. *Betu-*
ommerf. Lapp. p. 208.

Obs. *S. palmata* *Schwein!* in litt. mihi non
 cognita est. Perithecia haud rite evoluta.
 la et habitus *S. haustellatae*; sed forsitan potis-
 in *Tympanis* junior.

S. anomia. l. c. p. 381.

Ex observationibus et speciminibus cel. *Gue-*
 iujus ostiola sunt *pentagona!* et *lutescentia!*

sciculus unico tantum perithecio niti videatur? Ostioli numerosissima, in tuberculis erumpentibus collecta, sed valde tenuia, crinalia, divergentia, flaccida, fusca. Inter haec ostioli supra epidermidem exserta et perithecia profunde in cortice interiori latentia, vel inter epidermidem et corticem superiorem adest stroma latissime effusum, ambiens, pulveraceum, habitu sericeo, fuliginoso-atrum, in quo infra singulum ostiolorum fasciculum maculae albae, cum disco Melanconii bicolis analogae, ipsumque stroma Melanconio persimile est. — Hac stromatis indole evidenter recedunt analogo modo effusae *Sph. ligniota*, *Sph. velata* etc. *Ad cortices Platanorum in Gallia*, Guepin, Mougeot. (v. s.)

Obs. Et hanc et supra allatam *S. spiculosae* varietatem pro *S. crinali* Pers.! ined. accepi, quare nunc nomen servavi; etiam ad homonymiam *S. crinitae* evitandam.

104. b. *S. aneirina*, effusa, tecta, peritheciis confertis in stromate flavescente nidulantibus, ostioliis sparsis convexis. *Sommerf.! Lapp. p. 208.*

Tumores sistit ultra pollicem latos, ad 4 poll. longos determinatos inter epidermidem et corticem nidulantes. Epidermidem non docolorat, sed nigropunctatam ob ostioli conferta prominula reddit. Perithecia globosa, flava, demum fusca, gelatina flavescente. *Sub epidermide Populi tremulae emortuae Nordlandiae Saltensis satis frequenter.* *Sommerfelt* (v. s.)

Colore tam stromatis, quam perithecorum praecipue a *S. subcutanea*, *eunomia* etc. luculenter recedit. Gelatina flavescens vix in alia specie hujus tribus observata est.

106. b. *S. systoma*, effusa, tecta, peritheciis stromati corticali fusciscenti immersis confertis, ostioliis fasciculatim erumpentibus.

A reliquis hujus tribus mox recedit, ostioliis plurimis, ceterum vix convergentibus, conjunctis in

ubercula per epidermidem rimosam aut angulatim
 lissam erumpentia, quibus Obvallatas refert, sed pe-
 rithecia nec circinant, et tumores pollicem latos ele-
 vant. Vigent pro more inter corticem et epidermi-
 dem. Stroma evidenter e cortice interiori oritur;
 nam licet hic magis tumeat et fuscescat, structura
 similis, at relaxata. Perithecia majuscula, atra, in-
 us albo-vestita. *Ad cortices arborum circa Petro-*
odin. Weinmann (v. s.)

Trib. IX. CIRCUMSCRIPTAE.

Obs. Species hujus tribus, ut et reliquarum
 amphipharicarum, in dissitis terris eximie conveni-
 unt. Inter numerosissima undique fere missa spe-
 imina nulla adeo prominent, ut specie distinguan,
 raecipue cum vivae et in quavis aetate observandae
 ut si tute determinentur.

26. *S. Prunastri*. β . l. c. p. 380.

S. alnifraga. *Wahl!* *Succ. n.* 2183.

Non tantum in Kamtschatka, verum etiam in
 uecia et Gallia obvia.

28. *S. stellulata*. l. c.

Ad hanc, secundum specimina *Mougeotii*, per-
 net *Sph. acutangula* Pers.! ined.; quae a Chailletio
 ab hoc nomine accepi, ad *Sph. acclinem* omnino re-
 rrenda sunt. — Cfr. quoque *S. Brunastri* β . *Betu-*
ie Sommerf. Lapp. p. 208.

Obs. *S. palmata* *Schwein!* in litt. mihi non
 vis cognita est. Perithecia haud rite evoluta.
 Istiola et habitus *S. haustellatae*; sed forsitan potis-
 simum *Tympanis* junior.

31. *S. anomia*. l. c. p. 381.

Ex observationibus et speciminibus cel. *Gue-*
in hujus ostiola sunt *pentagona!* et *lutescentia!*

quae characterem essentialem offerunt. Ceterum mutabilis admodum, saepius in series longitudinaliter erumpentes confluit. Cfr. *S. profusam*. — *S. Anomiae*, quae *S. torquata* Pers.! ined., simillima est *S. grumosa* Pers.! ined., diversa ostioliis tetragonis, item lutescentibus, lecta in *Populo fastigiata* a Guepia.

133. *S. Syngenesia*. l. c. p. 382.

S. Frangulae. Pers.! ined. ex Moug.!

Trib. X. INCUSAE.

Cfr. *Cytisporas*, cum quibus priores saltem species nimis connectuntur.

147. *S. microstoma*. S. M. 2. p. 388.

S. corniculata. Dec. fr. 6. n. 781. b. ex spec. Chaillet!

149. *S. Kunzei*. l. c. p. 388.

Sph. oxystoma. Pers.! in Moug.! et Nestl. exsicc.

155. *S. angulata*. l. c. p. 390.

Discus, ut in plerisque, junior niveus! Systemate Mycologico nondum divulgato et Cel. Greville hanc speciem descripsit nomine *Sph. nigro-annulatae*. Fl. Edin. p. 358.

158. *S. profusa*. l. c. p. 392.

Mire variat, ut saepe non sine difficultate a *S. anomia* distinguatur. Ostiola vero mox nigra et punctiformia, tubercula nulla discreta. Ceterum discus passim, in tuberculum nigrum abit, et ostiola forma prorsus anomala sunt. — Et hanc pro *Sph. grumosa* Pers.! ined. accepi. — Insuper lecta est in *Ligustro vulgari* in Gallia. Guepin!

159. *S. dissepta*. l. c.

S. Wallrothii. Kunze! in litt. *S. nigro-marginata*. Wallr.! in litt. (melaloma).

Trib. XI. OBVALLATAE.

66. *S. decorticans*. S. M. 2. p. 396.

E speciminibus siccis ab hac distinguere ne-
queo *S. rufescentem* Schwein.!; viva forsán differt.
Serte autem huc spectat *Sphaeria*.... *Pers. in*
Moug.! et Nestl. Exsicc. n. 768. — Cfr. quoque
Sommerf. Lapp. p. 210.

69. *S. Abietis*. l. c. p. 398.

S. pinastri. *Grev.! Ecl. et Crypt. Scot. t. 50.* (ostiola
rubra ad *Sph. episphaeriam* pertinent.)

Varietatem minorem in Pinu pectinata lectam
misit *Mougeot*.

196. *S. furfuracea*. l. c. p. 409.

Stromate olivaceo misit *Mougeot* in Populo
lectam.

Trib. XII. CAESPITOSAE.

201. a. *SPH. ochracea*, caespitosa, peritheciis globo-
sis furfuraceis laete ochraceis ostiolo papillae-
formi impresso. — *Grev. in litt. nomine Cucur-*
bitariae.

Omnia ceterum ut in *Sph. cinnabarrina*, cui
cutissimus inventor quoque nimis affinem concedit.
Stroma etiam simillimum, tamen lutescens; ex Hel-
vetia denudatum habeo, veram *Tuberculariam* (*T.*
lutescentem Link, ut videtur) sistens. *Ad ramos*
Scotiae, Helvetiae. (v. s.)

201. *S. cinnabarrina*. Syst. Myc. 2. p. 412.

Verba nostra: „*Stroma Tuberculariis maxi-*
ne affine, ne dicam idem“ varie interpretata fuerunt
Cfr. *Grev. Crypt. Scot. t. 135.* cum nitidissima ico-
ne, *Wahl. Succ. n. 2195.* et *Sommerf. Lapp. p. 212*)

et, ut ingenue profitear, in re ancipiti anceps studio fui. Jam vero plurimis observationibus plene persuasum habeo, *Tuberculariam vulgarem* non esse autonomam plantam, sed hujus statum abortivum; eodem modo prior, sequens etc. etiam in *Tubercularias* abeunt, indeque plurimae *Tuberculariae* ortae, quod in peculiari commentario multis experimentis probare conabor. Cepi v. c. ramulos *Ribis auri* languescens cum harum plantarum primordiis; qui loco humido depositi *Sph. cinnabarrinam* enitebantur, loco sicciore aprico collocati in *Tuberculariam* deliquescebant! Eodem modo plurima *Coniomycetum* genera perfectiorum fungorum abortus censeo. — *Variae* vero *Tuberculariae* intus nucleum proferunt, v. c. *Sph. Tubercularia* Dec., *Sph. gyrosa* Schwein.; aliae superne nigrescentes, nec pulveraceae, ad *Dothideas* spectant. In strato superiori vidi cellulas *Doth. ribesiae* simillimas. Sed haec hactenus.

202. a. *S. aurora*, caespitosa, peritheciis globosis laevibus coccineis subastomis, e tuberculo gelatinoso albo stellato erumpentibus.

Stroma hujus maxime insigne, saepe sterile, *Tuberculariam* aut potius *Tremellam* (*Tr. stellata* Chaill. ! in litt.) per epidermidem pulcherrime stellatim fissam erumpens et per se quoque stellato-radians, magnum, 3 — 5 lin. usque latum, crassiusculum, pruinato-velutinum, album. Ex hoc erumpunt perithecia primo sparsa, dein totam superficiem obliterantia, numerosissima, stipata, globosa, minuta, laevia, nuda, coccinea aut coccineo-aurantia, ostiolo vix conspicuo, sicca collabescentia. Etiam in statu *Tubercularioideo* in substantia interiori obscuriori stromatis plerumque observantur perithecorum rudimenta. Perithecia *Sph. coccineae* valde similia, sed ob stroma diversissimum distinguere debui. *Ad cortices Tiliae circa Neufchatel.* Chaillet. (v. s.)

Obs. Non dubito fore plerosque, qui dubitent de identitate formarum *Sphaeriae* et *Tuberculariae*

ecedentium multarumque aliarum, sed praeter perimenta directa, unionem contestantur utriusque unae proventus non tantum in eadem matrice, sed etiam in iisdem tantum regionibus. Paucis: *Tuberculariae fungorum sunt prorsus analogae cum Variolarii Lichenum!*, quarum identitatem cum Porinis (Sphaeriis Lichenum) jam ab omnibus agnosci gaudeo. *Melanconia* etc. fungorum non magis autonomae plantae, quam *Spilomata Lichenum!* — Ne minor, statum abortivum Sphaeriarum saepe frequentiore esse, cum et Variolariae saepius observentur, quam Porina pertusa.

2). *S. coccinea*. S. M. 2. p. 412.

Etiam hujus stroma sterile, ad *T. minorem* ink. cum aliis referendum, passim legitur.

2). *c. S. sinopica*, subcaespitosa, peritheciis minimis globosis laevibus sublateritiis, collabescendo cupulaeformibus, disco fusco ex ostiolo papillato fuscescente.

Stroma tenuissimum, vix notabile; sterile evidentius, in *Tuberculariam sarmentorum* degenerans. Ceterum *Sph. coccineae* perquam affinis, tamen inutiae, colore obscuriore, caespitibus irregularibus, peritheciis collabentibus et ostiolo facile dignoscens. *Ad sarmenta Hederæ* etc. (v. v., etiam a Mouton, Guepin miss.)

2). *d. S. Celastri*, caespitosa, stromate tubercularioideo, intus cinnabarino, peritheciis connatis depressis carneis fuscescentibus, ostiolo papillaeformi obsoleto. — *Schwein!* in litt.

Tuberculariam primo credas; sistit enim tubercula minuta subglobosa lutescenti-pallida, peridermidem erumpentia. Specimina vero perfecta peritheciis teguntur plus minus connatis, supra depressis, fuscescentibus, laevibus. Proxima est *Sphaer-*
U. F

riae Ribis! *Ad ramos Celastris in Pensilvania.* (v. s. a Schweiniz miss.)

202. e. *S. Aquifolii*, caespitosa, stromate intus lu-tescente, peritheciis globosis rugulosis umbilicato-collapsis et testaceo demum pallide olivaceis!

Distinctissima et pulcherrima. Caespites regulares, subhemisphaerici, 1—2 lin. lati; steriles haud vidi. Stroma crassiusculum. Perithecia stipata; distincta, plurima olivacea, umbilicato-collapsa (margine tamen valde obtuso), sed adsuat et alia testaceo-pallida, evidentius papillata, quae juniora — simulque nigrescentia, quae exoleta. *In ramis Ilicis Aquifolii circa Bryères Galliae.* Mougeot. (v. s.)

203. *S. Ribis.* l. c. p. 413.

Hujus Tubercularia *T. vulgari* valde similis, sed mox fuscescens. Sequentium Tuberculariae nigrescunt et Dothideas referunt.

208. *S. dioica*, caespitosa, stromate corticali, peritheciis supra impositis globosis inaequalibus persistentibus atris, demum pertusis.

Similis *S. Micheliana*, sed differt perithecorum forma persistentia (in *S. Micheliana* collabescunt) et situ alterius supra alterum, ostioloque obsoleto, demum simpliciter pertuso, non vero rimose dehiscente. Stroma proprium nullum. Caespites irregulares. *In ramis Pseudo-Platani in Gallia.* Moug. (v. s.)

212. *S. naucosa.* S. M. 2. p. 416.

Mutabilis videtur ob varias formas ab exteris terris missas, sed minus completas, quam Suecica. Ceterum haec species omnium difficillime conservatur. — *Sph. inaequalis* Pers.! ined. huc spectat.

216. *S. pulicaris.* l. c. p. 417.

Media inter Dothideas et Sphaerias, ut plurimae e sequente tribu. Praecipue memorabilis est non tantum perithecorum indole, sed etiam stromate corali in *Tubercularioideum* abeunte! Hoc nunc pauca tantum peritheciis tegitur, nunc omnino sterile est, sistens Tuberculariam, *T. minori* Link. similem, sed colore pallido recedentem. Vulgaris, in *Samb. gra et racemosa, copiose missa a* Weinmann, Chaillot plurimisque amicis in Gallia.

16. b. *S. acervalis*, emersa, nuda, in acervulos minutos congesta, atra, peritheciis globosis subconatis rugulosis, demum umbilicatis. — *Moug.!*
in litt.

Anomala in hac tribu caespitulis minutis supra epidermidem superficialibus, tamen primordia ante sub epidermide gignuntur, ut testantur bullae minimae pallescentes, quae ruptae monstrant stroma tubercularioideum depressum pallidum, ubi sterile, demum convexum nigrum, Dothideae facie. In perfectis vero stroma peritheciis prominulis oblitescunt. Perithecia intus evacuata nigrescunt. Asciformes, sporidiis minutis. Affinitas dubia, potius cum confluentibus, ad quas tamen ob situm maximae superficialem non referam. *Ad ramos Salicis apraeae in Vogesorum montanis.* Moug. (v. s.)

219. b. *S. agglomerata*, aggregata sparsaque, superficiali-innata, peritheciis glabris atris inaequalibus, collabescendo cupularibus, stromate nullo. — *Pers.!* *Mscr.*

Tribus vera latet. Caespites minuti, inaequaliter, subinde dispersi, adulti omnino superficiales apparent, ut in priori et *S. Vaccinii*, cui forsitan proxima. Perithecia inaequalis magnitudinis et formae, semper glabra et nitida, substoma; collapsa plurimae irregulariter cupularia; intus atra. *In caulibus inciae majoris in Gallia.* (v. s. ab invent. Guepin b nomine allato communic.)

Trib. XIV. CONFLUENTES.

221. *S. gyrosa*. S. M. 2, p. 419.

Ut plures hujus sectionis, valde ad *Dothidea* accedit, simulque indole gaudet prorsus *Tuberculariarum*. Cum novis a Cel. *Schweinizio* missis exemplaribus alia e *Gallia occidentali* a Cel. *Guepin!*, forsitan et *Levieux*, missa omnino congruunt. Erumpunt haec tuberculosa composita e rimis certius *Quercus racemosae*; sed in ligno decorticato eadem adest omnino simplex, conferta, subconfluens, punctiformis, absque stromate distincto; singularis morphosis, sed in hac tribu non rara. *Peziza* l. *Cenangium* non est. — Specimina a *Levieux* missa sterilia sunt, veram *Tuberculariam* sistunt, ceterum tota facie et colore ita congruunt, ut huc potissimum referam.

221. b. *S. Levieuxii*, effusa, emersa, coccineo-miniata, stromate rubro-pallescente, peritheciis numerosissimis minutis connatis demum prominulis collabentibus.

S. Pezizae var. *Levieux!* in litt.

Ut prior ad *S. decolorantem*, haec ad *S. coccineam* accedit, nec cum alia comparanda. Differre videtur: 1) forma late effusa, plana, fere *S. stigmatis*, nec caespitosa; 2) situ emergenti-superficiali; 3) stromate magis rubente, innato; 4) peritheciis minoribus, plurimis omnino connatis, demum ad dimidium prominulis, astomis, magis liberatis copulari-collabentibus; 5) colore in rubro-fuscum abeunte. Elegans, singularis; non tamen sine haesitatione a *Sph. coccinea* separo. *Ad cortices truncorum circa Rothomagum. Levieux. (v. s.)*

221. c. *S. escharoides*, emersa, subsuperficialis, convexa, tuberculoso-rugosa, opaca, atra, peritheciis minimis nigrofartis, ostioliis prominatis.

Variabilis. Tubercula tota e peritheciis conatis composita, nunc orbicularia planiuscula; nunc longata seriata magis irregularia, 1 — 3 lin. longa, a reliquis differunt situ supra epidermidem paene superficiali. Perithecia exigua, connata, ut in *S. megramma*, globosa, intus nucleo atro, cingulo albo necto; adsunt vero simul alia dispersa solitaria. Stroma a peritheciis distingui nequit. Ostiola tuberculosa, prominula. Ambigit inter Dothideas et Sphaeras, inter quae genera intermedium, nucleo Dothideae, perithecio Sphaeriae, modo connascendo oblitterato, admittendum. *Ad cortices Juglandis in Galz circa Angers. Guepin!* (v. s. etiam a Mougeot communic.)

13. *S. Quercuum*. S. M. p. 420.

S. fuliginosa. Pers.! in *Moëg. et Nestl. exsicc. non Syn. Fung.*! (Vidimus etiam *S. elongatam* aliasque recentiori aeo a Persoonio ut *S. fuliginos*, determinatas.)

19. b. *S. Meliae*, stromate crustaceo fibroso ambiente effuso, peritheciis connatis seriatim erumpentibus minutis astomis atris. — *Schwein.! in litt.*

Media inter *S. ecinosam*; et *S. elongatam*; ab utraque diversa peritheciis triplo minoribus connatis series parallelas, nec umquam prominulis liberata. Stroma longe effusum, ambiens, fibris corticis exterioris, cui innatum, intertextum, fuligineo-nigrum. Perithecia intus albo-sarcta, demum evacuatata. *In cortice Meliae in America septentrionali. Schweiniz.* (v. s.)

Obs. Laudatus accuratissimus Auctor varias res ex hac tribu, quae jam nimia specierum affinitate copia premitur, benigne communicavit, quas littere cogor, cum characteres rite extricare non poterit. Quales sunt *Sphaeria ambigua*, *connata* et *nipum*. *Schwein.! in litt.*

1. *S. elongata*. S. M. 2. p. 422.

Greu. Crypt. Scot. t. 195!

231. *S. fuliginosa*. S. M. 2. p. 423.

Est, ni fallor, in perfecto statu Cenangium, et ut tale supra descripsi. Hanc veram esse *Sphaerium fuliginosum* Pers.! Syn. e speciminibus ipsius olim in Germania lectis novimus, optime contestante descriptione.

232. *S. Dothidea*. S. M. 1. c.

b. *Rosae*. (Scler. Suec. exs. n. 308.)

Sphaeria Rosae Schleich.! ante multos annos. *Xylaria Rosae Decand.*! Fr. ad alia specimina. *Phlaeoscoria umbonata, Wallr.*! in litt.

A *S. Dothidea* vix differt, nisi statura paulo majori. Tubercula depressa, umbonata, elegantia, admodum *vulgaria in Rosa canina aliisque*. (v. v.)

233. b. *S. subsolitaria*, stromate tenuissimo effuso tecto nigro, peritheciis erumpentibus subsolitariis, ostiolo prominulo albo! *Schwein.*! in litt.

Ab omnibus haec luculenter dignoscitur habitu *Sphaeriae* cujusdam sublectae ostioloque: papilla alba! Videtur haec potius e nucleo concolori formata, quam e perithecio; adest tamen etiam in peritheciis factis, qualia omnia a me visa fuerunt. Stromata tantum est nigredo sub epidermide corticem internam penetrans. Perithecia geminatim condita aut omnino solitaria, globosa, atra. Asci elongati, suberecti. *In ramis Rhois in Carolina et Pensilvania. Schwein.* (v. s.)

237. *S. pithyophila*. S. M. 2. p. 425. (Scler. Suec. n. 343.)

Non tantum in Lusatia occurrit, sed in plerisque regionibus pineto-motanis Europae. Sicca e *Vogesorum, Thuringiae, Rutheniae*, pinetis; viva in agro *Femsjonensi* 1826 copiose mihi obvia. Inter maxime insignes certe numeranda! In ramis *Fini* sit-

stris, ut Rosarum a *S. Dothidea*, turgescens utique innata est, mox erumpens, dein lirata superficialis! (Temeraria tamen nostra erat spicio *Sph. ramosam* Sow. huc referendam, ab his ut certa comprehensa). Stroma quoque liberum; sed ejusdem structuræ ac *Dichaenae*; sive *Opegraphae macularis* Ach.

7. b. *S. scoriadea*, innata, stromate late effuso latente nigro, peritheciis *cornis* confertis hemisphaerico-prominulis nitidis pertusis albofarctis. *Lich. Suec. exs. n. 245.* [*Scler. Suec. n. 344.*]

Perennis!, Lichenosa, facie *Verrucariae nitide* Ach., a qua vero abunde differt stromate subpulverulento nigro sub epidermide omnino latente, late uso, ramos ambiente et cortici interiori innato. In getatione plurima cum *Dichaenis* l. *Opegrapha mulari* Ach. communia, sed ostiolum porosum. At, radoxum dictu, demum saepius crustula viridis Lichenosa obducitur, quam vero ad formam *atorae luteolae* (s. *Lecideae* Ach.) pertinere perspet! Passim quoque ramuli, quibus innascitur, fulvine atra obducuntur, stromate (non tamen erumpente) producta! Cfr. *Sched. Crit. de Lichenibus Suecicis*. Perithecia cornea!, subglobosa, innata, hemisphaerico-prominula, laevia, nitida, atra, ostiolo multiplici pertusa, admodum conferta, sed non confluentia. Nucleo albo evacuato intus nigrescunt. Sporidia septata. *In silvis vetustis montanis ad ramos Betulae.* (v. v. In Suecia copiose.)

7. c. *S. subtectae*. S. M. p. 376.

Affinitatem summam cum Confluentibus l. c. n. notavi; huc referendam esse, species recentius tectae evincunt. Colla nulla, sed ipsa perithecia impunt, majora quam in aliis *Phlaeoscoriis* Wallroth.

7. d. *S. adusta*, innata, stromate determinato tecto nigro, peritheciis tenuibus distinctis erumpenti-prominulis pertusis nigrofartis.

Maculas sistit determinatas, irregulares, 4 — 5 lin. latas, confluentes, per epidermidem tegentem translucentes eamque adurentes, sed non secernentes. Stroma e cortice interiori adusto formatum, atrum, obscurum, evidenti, quam in proxime affinis et a peritheciis non formatum. Perithecia distincta, globosa, atra, prominula, haud erumpentia, sed epidermis ad apices fissa est. Ostiolum non prominet. Nucleus etiam deustus est, mox evacuatus. *Ad ramos in Hispania.* Dufour! (v. s.)

Obs. Cum *S. crustata* non commutanda.

237. e. *S. exusta*, innata, stromate crustaceo effuso atro ab epidermide rupta determinato, peritheciis corneis sparsis sublatentibus.

S. corrugata. Schwein.! non Chev.

Maculam adustam, inter fissuras corticis late hiantes effusam, crustaceam, rugosam, aterrimam et opacam, ceterum *Opegraphae macularis* indole sistit notabilis haec species, cujus vero perithecia prorsus evoluta videre non licuit. Facies ceterum quodammodo *Sph. stigmatis*, at structura diversissima est. *Ad cortices emortuos in America boreali.* Schweiniz. (v. s.)

237. f. *S. inusta*, innata, stromate tenuissimo maculari fusco — nigro, peritheciis tectis discretis globosis minimis astomis.

Spiloma inustum. Ach.! syn. *Lich. p.* 3. apothecis. Crusta ibidem memorata est cortex in ambitu expallens.

In cortice tenuiori arborum sistit maculas tenerrimas, inustas quasi, determinatas, 1 — 2 lin. longas, sed varie confluentes, difformes, tenerrimam epidermidis pelliculam excutientes, quare superficiales apparent. Hoc stroma, peritheciis praetervis, pro *Spilomatis inusti* apotheciis descripsit Acharius; ejusdem prorsus indolis est ac *Opegraphae macularis* Ach. crusta! Sub hoc nidulantur perithecia mini-

ia quidem, sed sub lente facillime discernibilia, globularia, atra, mox evacuata, astoma, stroma minute uberculosum reddentia. Ostiolum est tantum porus tenuissimus. *Ad cortices arborum in Guinea. Afzelius!* (v. s.)

38. *S. subusta*, innata, stromate nullo, peritheciis minimis prominulis astomis, in maculas orbiculares nitidulas confluentibus.

Pingas *Ferrucariam punctiformem* Ach. apotheciis congestis confluentibus et hujus habes ideam. Nullum adest, ut in prioribus, stroma cortici interiori innatum, sed tantum e peritheciis confluentibus oritur, quod adest obsoletum. Maculas sistit orbiculares, unitas, $\frac{1}{4}$ lin. latas, quae omnino superficiales apparent, sed tenerrima epidermidis pellicula innatas tectas esse, concludo e cicatricibus, hac destitutis, orientibus toto fungillo secedente. Perithecia numerosa, minima, ut ostiola prominula, sed absque ostiolo distincto. Pusilla licet, admodum memorabilis, *S. epidermidi* proxima. *Ad corticem vivum Coryli Avellanae circa Rothomagum. Levieux.* (v. s.)

Obs. 1. *Sph. mucosa* S. M. 2. p. 425. collocanda juxta *Sph. Agaricolas* n. 32. et sq., cum quibus plurima communia habet.

Obs. 2. DICHAENA Fries Syst. Orb. Veg. 1. p. 108. e vegetatione hujus tribus est et cum huc relatis speciebus conjungitur sub *Phloeocoria* ab accuratissimo *Wallrothio*, cum vero rimose dehiscat, potius distinguenda. Omnibus dubiis de genere *Sphaeriarum* anomalarum haud solutis, licet quotidiano has examine persequar, nolui in praesente certum quoddam affirmare l. immaturum proferre, quare hoc loco tantum genera evidentia in Syst. Myc. propo-
sita expono.

Species perelegans, simulque paradoxa. Subiculum omnino genuinum et necessarium ad peritheiorum formationem, irregulariter effusum, interruptum, non distincte floccosum, sed supra ligna potius leproso-pulveraceum, supra folia maculam superficiale sistens, eleganti colore micans. Perithecia irregulariter sparsa, hemisphaerica, vix papillata, demum collabescendo inaequalia, fuscescentia. Supra ligna et folia putrescentia in Gallia occidentali circa Rothomagum. Leveux. (v. s.)

276. *S. aurantia.* S. M. 2. p. 440. [Scl. Suec. n. 312.]

Subiculum subinde deest. — Perquam affinis est *Sph. aurea* Grevill.! Fl. Cr. Scot. t. 47.; nam hic accuratissimus Auctor pro *Sph. aurantia* Pers. habet nostram *Sph. flavovirentem*, quae *Cryptos Aeria aurantiaca*. Crypt. Scot. t. 78.

278. *S. violacea.* l. c. p. 441.

Etiam in Suecia legimus speciem distinctissimam, *S. rosellae* proximam. (Hujus, *Sph. rosellae* nempe, iconem videas in *Grev. Crypt. Scot. t. 138.*

280. *S. aquila.* l. c. p. 442.

Singularem formam inisit Weinmann. Subiculum sub epidermide arborum late effusum, perithecia fasciculatim erumpentia et liberata. — At peritheiorum rudimenta sub epidermide simillima! *Sph. cujusdam* e tribu XIV.!!

290. *S. pannus.* l. c. p. 445.

Nova de hac dubia moveo. Visis copiosis speciminibus Chailletianis, subiculum ad Fungum quendam Pileatum pertinere suspicor; perithecia ceterum fere *S. myriocarpae*.

Trib. XV. SERIATAE.

242. b. *S. Alopecuri*, peritheciis immersis globosis, crusta nigricante innata tectis, ostiolis punctiformibus albis!

Cum *S. Junci* et *culmicola* ob locum comparanda, sed tota facie, colore, etiam nuclei prorsus atro, ostiolis vero albis mox dignoscitur. Culmos, quos ambit, turgidos reddit et in stroma album quasi commutat, passimque exedit, unde oriuntur scrobiculi in culmo longitudinales, quales in *Sph. virgultorum* miramur. Extus ut crusta nigra apparet, sed occurrunt etiam perithecia sparsa. In culmis *Alopecuri agrestis* in Gallia occidentali. Guepin. (v. s.)

Obs. Haud exiguum numerum formarum hujus tribus omitto, quas ad cognititas certe referre non licuit, cum sine scrupulosa comparatione distingui nequeant et hoc loco species modo maxime curiosas Sphaeriarum et prominentes producere in animo sit.

247. *S. linearis*. S. M. 2. p. 429.

Obs. Huic propinqua est *Sph. caulium* Schwein.! in litt.; non Fries.

250. *S. nebulosa*. l. c. p. 430.

Obs. Inter hanc et sequentem media est *Sph. Tetragonothecae* Schwein.! in litt. — In genere *Sphaeriae seriatae* in diversis terris minus mutari videntur quam tribus melius evolutae, ratione habita differentiarum, quae a diversa matricis indole deduci possunt.

Trib. XVII. BYSSISEDAE.

275. b. *S. fulva*, peritheciis sparsis depressis subastomis fulvo-fuscescentibus, subiculó effuso subleproso aurantio-fulvo.

Trib. XVIII. VILLOSAE.

292. *S. chionaea*. l. c. p. 446.

Varietatem insignem aut potius speciem affinem legi supra fungos putridos effusos: peritheciis globosis laevibus pubescentibus sordide albis, ostiolo subulato fuscescente. (*S. leucophaea*.)

297. *S. canescens*. l. c. p. 448.

S. hispida, *Dec. Franc. 6. p. 140 ex spec. Chaill.*

303. *S. crinita*. l. c. p. 450.

b. *arenationis*, terrestris. *Desmazières in litt.*

Analoga cum varietate terrestri *Sph. biformis*.

305. *S. hispida*. l. c.

Nostra, quae omnino *S. ligniaria* Grev. Cr. Scot. t. 82, num a *Todeana* distinguenda? Characteres equidem non invenio.

Trib. XIX. DENUDATAE.

311. *S. Peziza*. S. M. 2. p. 452.

Qui eximium quoddam lustrare cupit, in Mycologiae iconographia, hujus et sequentium illustrationem in *Grevill. Crypt. Scot. t. 186* evolvat. Asci moniliformes.

311. b. *S. delicatula*, conferta, glabra, globosa, colabescendo umbilicata, subochracea, ostiolo latente.

Minuta, conferta, *superficialis*, mollis, recens globosa et distincta, sicca parum inaequalis collabescendo umbilicata, ut primo obtutu vix *Sphaeriam* agnoscas; madefacta vero reviviscit, monstratque nucleum pallidum, gelatinoso-fluxilem, sporidiis mo-

iformi-concatenatis. *In caulibus putredine con-*
mitis Hellebori. (v. s. a Cel. Guepin miss.)

1. c. *S. affinis*, sparsa, globosa, persistens, laevis,
aurantiaca, astoma, basi filamentosa albida.
Greville Crypt. Scot. t. 186. f. 2.

Prioribus similis, abunde diversa, peritheciis
tomis, vix collabentibus, undique glabris, sed basi
identius discrete albo-filamentosa; praecipue ve-
ascis clavatis, sporidiis oblongis septatis, quae
tius Pezizarum, quam Sphaeriarum. *In Lichene*
pubescente Linn. (Ephebe pubescente Nobis.) (v. ic.)

2. *S. Resinae.* S. M. 2. p. 453.

A Pezizae Resinae distinctissima!!!

3. *S. sanguinea.* l. c. *Grev. l. c. t. 175. f. 1.*

Duplex adest forma; altera aurantio-sangui-
nea, altera incarnata. (Valde pallidam misit *Wein-*
ann, ut distinguere quondam in animo fuerit.)

15. *S. episphaeria.* l. c. *Grev. l. c. f. 2.*

Ad hanc, nec ad praecedentem, pertinet *S.*
inguinea Wahl. ! *Suec. et Lapp., S. erythrococtos* Eh-
enberg, sive β . *medica* S. M. l. c. Hanc varietatem
Grevillei icon quoque sistit. *Sommerf. ! exs. n. 94.*
riori sporidia globosa, hujus ovali-oblonga, itidem
observante *Greville.*

21. *S. pleurostoma.* l. c. p. 456.

Cum hac conjungi potest *Sph. obliquata* Som-
merf. ! *Lapp. p. 213 — in squamis strobilorum Pini*
cta. (v. s.)

25. *S. spermoides.* l. c. p. 457. — *Grev. l. c. t. 6.*

S. coriacea. *Sowerb. t. 371. f. 1.*

25. *S. spermoides* β . *stunnea*, conferta, cinerea, peri-
theciis rigidis obovatis laevibus glabris, ostiolo
punctiformi nigrescente.

Eximia varietas, colore stanni ab omnibus diversa; ad basia tantum nigrescit. *Sph. spermoidis* paulo miuora sunt perithecia, fragilia, quare saepe cupulari-diffracta, intus evacuata albo-vestita; nucleus vero ater est. Ostiolum minutum, punctiforme nigrescens, primo prominulūm, rarius impressum, demum pertuso-apertum. *Ad ligna durissima prostrata, rarior. Legi in Quercu et Fago. (v. v.)*

327. *S. sordaria.* L. c. p. 458.

Cfr. *Sommerf. Lapp. p. 214.* — A Denudatis recedere l. c. jam monui, ob perithecia vero integra, demum liberata, situmque confertum hoc loco potissimum collocavi. — Plurimae huic accedentes formae e Gallia, praecipue ad ligna populina, missa sunt.

328. *S. moriformis.* l. c.

S. verrucosa. Grev. Crypt. Scot. t. 39. optime (lecta in Polyp. abietino.)

Hujus varietas β a *Levieux* in ramis *Syringae* lecta est, quod forsā ansam dedit *Cel. Sprengel. Sph. Syringae* huc trahendi. Vera autem *Sph. Syringae* huic nullo modo affinis, potius *Sph. inquinanti.* — Reliquarum specierum reductionis rationem apud Auctorem non perspicio; videtur Celebratissimus Vir specimenibus male determinatis seductus fuisse. — Nimis caute *Cel. Wahlenberg* de hujus etc. differentia a *Sph. Pulvi pyrio* dubitat. — *S. rimosa* Sowerb. t. 375. f. 3 est *S. pulv. pyrius. S. bombardae.* l. c. t. 372. f. 4. *S. pulveracea.*

332. *S. myriocarpa.* l. c. p. 459. [*Sci. Suec. n. 313.*]

Grev. Cr. Scot. t. 152. f. 1. (f. 2. est Sph. pulvis pyrius.) Sommerf. Lapp. p. 214.

Specimina e Gallia possideo determinate aggregata. Praeter situm transversalem in rini corticis (erumpens autem non est) ab hac non distinguere valeo *S. transversalem.* *Schwein.!* in litt.

Trib. XX. PERTUSAE.

5. b. *S. testacea*, sparsa, peritheciis hemisphaerico-depressis glabris testaceis, papilla nigro-fusca depressa submarginata pertusa.

Minor, sed valdè distincta tam colore, (qui demum fuscescit, vix autem nigrescit,) quam ostioli forma. Intus albicat, nucleo tantum centrali globoso, dimidium ligno immerso. *Ad ligna levia deodata canescentia Petropoli.* Weinmann. (v. s.)

7. *S. papillata.* S. M. 2. p. 461.

Prorsus conveniunt specimina Weinmanniana Petropoli lecta, affinitatem quandam cum *S. aquila* incantia. Perithecia sparsa, dimidiata, basi deficientia et ligno immersa, ceterum eximie superficialia, misphaerico-globosa, majuscula, dura, persistentia. Ostiolum papillaeforme. Subiculum prorsus nullum, dextus floccis tenuissimis quasi corticata apparet, et glabra potius dicenda sit.

7. b. *S. insculpta*, semi-immersa, globosa, peritheciis hemisphaericis dimidiatis fusco-atris papillatis, demum pertusis cupulari-apertis, tandemque decedentibus.

Qualis haec memorabilis species saepius obam venit aperta l. peritheciis deciduis nucleo tantum in ligno nidulante, Stictis speciem facile dicas; tamen est *Sphaeria*, cujus etiam vidi specimina integra et papillata, ut taceam structuram nuclei, ae omnino *Sphaeriae* est. — Reliquis pertusis majus immersa est, tamen ad Obtectas non referam ob rithecium dimidiatum et ostiolum deciduum pertusum. Exoleta sistit foveolam albam, margine nigro tectam. Nucleus globosus, in ligno paene nidulans. Semi ampli. *In ramis decorticatis deciduis Ilicis misfolii circa Bruyères in Gallia.* Mougeot. (v. s.)

Obs. Eodem modo immersae sunt aliae hujus tribus, v. c. *Sph. aphyra*, *latericolla* (nullo modo cum *S. pleurostoma* comparanda!) etc.

337. c. *S. fuscescens*, superficiali-adnata, orbicularis, depressa, molliuscula, fusco-nigra, papillata, demum pertusa. — *Schwein!*

Minuta, sparsa, primo molliuscula fusca, dein firmior nigrescens, intus alba; basi plana adnata, ceterum omnino superficialis. Cum *S. pomiformi* in hac tribu quodammodo analogae, a qua vero praeter reliquos characteres colore et ostiolo, papilla decidua, pertuso, quasi ore constricto aperto luculenter differt. *Ad cortices in America Septentrionali*. *Schweiniz.* (v. s.)

340. *S. tornata*. S. M. 2. p. 462.

Hanc Americanam speciem, simul cum plurimis ex eadem patria, etiam in Gallia detexit *Mougeot!*

351. *S. porphyrostoma*. l. c. p. 465.

Verrucaria tropica. *Ach!* *syn. Lich.*

In hac regione Sphaeriae et Verrucariae prorsus confluent.

Trib. XXII. CERATOSTOMAE.

370. b. *S. haematorhyncha*, gregaria, emergens, atra, peritheciis minutis globosis laevibus, ostiolo longissimo inaequali subclavato sub apice sanguineo pruinoso. *Sommerf. Lapp.* p. 215.

„Lignum, in quo sedet, rufescit. *Sph. rostratae* (forsan et *S. barbirostri*) proxima, altamen rostro longiore, apice incrassato pruinoso satis distincta. Faciem Calicii apothecio subcylindrico ludit.“
In ligno Salicis capreae aëri exposito Nordlandiae, parce lecta. *Sommerfelt.*

5. *S. cirrhosa*. l. c. p. 475. [Scler. Suec. 346.]

Ad hanc pertinet *S. stricta* γ. ut varietas.

9. b. *S. orthoceras*, innato-immersa, seriata, globosa, persistens, nigra, ostiolo stricto conico-cylindrico.

In parte caulium interiori lignosa nidulatur, c sub epidermide tantum ut *Sph. acuta* omnes e *Caulicolae* genuinae, nec emergit, quare etiam idermide avulsa perithecia latent et ostiola Sphae-naema referunt. Perithecia profunde demersa, con-ter globosa, innox evacuata. Ostiolum contiguum, per epidermidem erumpens et longe prominens, num, rigidum, sursum attenuatum. In caulibus trescentibus *Lapsanae*. Mougeot. (v. s.).

10. *S. microscopica*. S. M. 2. p. 476.

Est diversissima haec species *Sph. epidermidis Verrucariis* proxima, sed ostiolo rostellato rece-
. Etiam in sarmentis vivis *Hederae* circa *Rotho-gum lectam* misit Levieux.

Trib. XXIII. OBTECTAE.

Obs. Vastissima tribus, a qua commode ut pria separantur *Sphaeriae circumscissae* (innato-immersae, quod membrum in dispositione nostra desi-atur), nisi malles genere distinctas. (*Hercospora*. es Syst. Orb. Veget.)

1. *S. cubicularis*. S. M. 2. p. 477.

Nobilissimam et rarissimam hanc plantulam iam a Cel. *Wallrothio* accepi, sub nomine *Sclero-ophthalmoidis*, an novum genus? Praecipue ite distinguenda est a *Sticti pupula*, cujus tuber-a primitiva simillima sunt, sed in *S. cubiculari* ant semper perithecia evidentissima atra lanceo-z profunde in ligno demersa. Nulla adest, cum
comparetur.

389. *S. foedans*. l. c. p. 480.

Etiam in Lapponia, ad ligna salicina, adest haec species. *Wahl. ! Succ. n. 2214.*

Obs. Adsunt ex hac regione non paucae formas distinguendae, sed inter reliquas eminentissimas et vivas saepius examinatas hoc loco inserere nolui.

391. *S. ocellata*. l. c. p. 480.

S. Stictis. Pers. ! ined.

393. *S. Corticis*. l. c. p. 481.

Cryptosphaeria millepunctata. Grev. ! Crypt. Scot. t. 201. eximie. (Nomen facile praefendum.)

396. b. *S. ampla*, peritheciis in ligno detrusis corticeque obvallatis conico-depressis amplis nigris, ostiolis conicis epidermidem perforantibus.

Sphaeria certe simplex et genuina!, nec Cytisporis aut Hercosporis affinis; a reliquis distinctissima! Ab omnibus mox recedit peritheciis amplis, non solum epidermide tectis, sed etiam cortice obvallatis et in ligno quoque detrusis. Perithecia crassa, atra, pustulla corticali incrustatis, ut tantum papilla conica nitida promineat; intus evacuata cinerascens. *In ramis Calocera corticali tectis, ab optimo Chaillet missis, reperi. (v. s.)*

402. b. *S. rudis*, conferta, crusta effusa ambiente nigra, peritheciis tectis circumscissis villosis-furfuraceis fuligineo-nigris, nucleo albido-roseo.

Variis notis ad *S. lanatam, rhodostomam, clandestinam* cum affinibus accedit, ut earum procul dubio congener; ceterum distinctissima species! Facies admodum rudis et mutabilis. Sub epidermide late effunditur crusta nigra, fere Sph. velatae, cui innascuntur perithecia basi cortici interiori simul immersa, majora, globoso-depressa, superne epidermide tecta, quare hac avulsa circumscissa et cupulari-

erta, disco in farctis albicante (nucleo dissecto in-
s simul roseo), in evacuatis urceolato nigro. Su-
rficies in minoribus fere nuda et glabra est, sed in
perfectioribus eximio furfure subvillosa fulgineo-
ro obducta. Alia insuper individua cortici interio-
magis innata sunt, alia superficialiter insident.
stiola distincte exserta non vidi, sed ubique bul-
to-elevantia epidermidem, quam saepius dejiciunt,
perithecia decorticantia, inmo caespitose subinde
impentia visa. *Sub epidermide ramorum emortuo-
rum Cytisi Laburni in Gallia copiose.* (v. s. a Mou-
geot, Guepin etc. miss.)

Obs. Cel. Guepin quoque misit speciem *basii-
cumscissam*, ex analogia Pertusarum, cujus descri-
ptionem differo, cum tribus dubia sit.

8. a *S. Olerum*, peritheciis confertis immersis, de-
mum materia crustosa alba tectis prominentibus,
conico-ovatis, ostiolo confluyente crasso.

In substantia lignosa caulium crassiorum *Bras-
sicae oleraceae* catervatim nascuntur perithecia sub-
terrea, ovata aut cum ostiolo conica, atra, primo im-
mersa, demum emersa, sed tuberculo albo e caule
emergente cincta, supra quod papilla plerumque tan-
tum emergit. Est itaque cum *S. livida* analoga, et
terrena structura cum obtectis lignicolis prorsus con-
nit. Semper fere ob situm confertum conflunt
tubercula unde, facies composita. Valde distincta, *S.
ovatae* forsitan proxima. *In Gallia Mougeot!; mi-
s evolutam misit Guepin!* (v. s.)

8. *S. Xylostei.* S. M. 2, p. 487.

b. Periclymeni. Sph. semiimmersa. *Pers. ined.* ex spe-
cim. Grevill. — *Fl. Edin.* p. 361.

9. *S. mamillana.* S. M. 1. c.

S. limitata. *Pers. ined.* ex spec. Kunz.!

In Gallia Guepin! Valde affinis est *S. clypea-
cujus optima specimina e Scotia misit Greville!*

412. b. *S. merdaria*, peritheciis immersis globosis albis! macula nigricante tectis, papilla nigra prominula pertusa.

Inter plures species sub *Sph. fimeti* confusas (hanc Cel. Persoon pro *S. fimeti vaccini* determinavit, non tamen ei affinis est), praesens maxime memorabilis est. In fimo observantur maculae subrotundae cinereo-nigricantes, facie fere pustularum *Cytisporae fugacis*, at planiusculae, in quarum centro ad est papilla solitaria nigra prominula, demum pertusa. Perithecia in ipso fimo immersa, sparsa, immo distantia, solitaria sub singula macula, globosa, alba, mox evacuata, majuscula, tenuissima, a matrice haud separanda. *In merda porcorum etc., Galliae. Mougéot!* (v. s.)

412. c. *S. inquilina*, peritheciis? immersis latentibus tenuissimis pallescentibus, nucleo atro, ostiolo punctiformi nigro prominulo.

In parte interiori lignosa caulium herbarum omnino dispersa latitant hujus perithecia globosa, tenuissima, si revera adsint?, nam saepius tantum nucleus ater in cellula globosa cauli insculpta nidulari videtur, et illo evacuato observantur tantum foveolae globosae undique inclusae albiae, absque peregrina substantia. In caulibus vero nigrescentis superficie observantur ostiola minima quidem, sed valde prominula, conica, cornea, atra. *In caulibus Heraclei in Thuringia. Wallroth!* (v. s.)

Trib. XXIV. OBTURATAE.

416. b. *S. Mougéotii*, erumpens, sparsa, peritheciis obpyriformibus mollibus roseis, ostiolo papillaeformi obscuriore.

Forma *S. uberiformem* [Scl. Suec. n. 347.] quodammodo refert, ceterum alii haud affinis, nisi Tu-

regularis monocarpis. Perithecia erumpentia, libe-
ta, obverse pyriformia, mollia, rosea; sicca longi-
dinaliter collabentia, aurantiaca, et sub lente obso-
te pruinosa. Ostiolum crassum nigrescens. Asci
lifformes, tenuissimi. *In ramis Hederae Helicis*.
Mougeot. (v. s.)

17. b. *S. Ericae*, erumpens, sparsa, peritheciis glo-
bosis furfuraceis fuscis, ostiolo conico papillato.

Colore et ostiolo mox dignoscitur, sed perithe-
iorum structura quoque valde singularis. Perithe-
ium exterius crassum, ejusdem structurae ac stro-
na Pulvinatarum, quare, *ut in multis aliis Simplicibus!*, stroma potius dicendum; in ejus centro adest
nucum perithecium aut nucleus potius globularis.
uperficies pulverulenta etiam ad Hypoxylorum se-
iem accedit. *In ramis Ericae circa Angers Gallie*
occidentalis. Guepin. (v. s.)

17. c. *S. micula*, erumpens, peritheciis globosis
pruinatis albo-pallescentibus, ostiolo fusciscentibus.

Non minus notabilis, structura priori accedens.
parsa, erumpens, sed non ut prior^{is} prominens, multo-
es minor, puncto vix major, sub lente vero luculentis-
una extus *albido-pallescens!*; intus concolor, subfar-
a; nucleo centrali atro. Ostiolum papillaeforme, im-
essum, fuscum! *In ramis languescens Rharni*
pini. Mougeot. (v. s.)

18. b. *S. excavata*, erumpens, sparsa, peritheciis
planis atris, demum collabescendo cupulaefor-
mibus, ostiolo papillaeformi prominente.

Insignis species, licet color magis trivialis. Quo-
vegetationem cum *S. clypeata*; quoad formam cum
complanata comparari potest; sed sporidiis atroin-
inantibus forsitan potissimum cum *S. inquinante*;
nibus citatis vero melius evoluta, per epidermi-
m erumpens et hac secedente nuda. Perithecia
aut in stata vegeto plana apparent, orbicularia, lae-

via, nuda, glabra; evacuata arctius collabentia et excavata, quam in alia specie vidi, et margine acuto cincta. Ostiolum admodum distinctum. Per epidermidem erumpens hac stellatim fissa cingitur. In ramis exsiccatis circa Rothomagum in Normandia. Leveux. (v. s.)

Obs. Valde falluntur, qui putant *S. Obturatas* cum *S. Denudatis*, neglecta vegetatione, ex occidentali passim congruentia pro lubitu conjungi posse. Singulos errores notare superfluum videtur. — Multo aptius species *ostiolo inaequabili* ad distinctum genus referuntur. *S. Fraxini* et *Cotoneastri Tympanis* species esse jam notavimus.

Trib. XXV. SUBTECTAE.

437. *S. Panacis*. S. M. 2. p. 497.

Cum necesse sit inter minutias Sphaeriarum, ne nimio specierum numero obruamur, has, quantum fieri possit, contrahere, varias affines formas huic subjungo, in sarmentis *Dulcamarae*, *Clematidum* etc. lectas. Analytice examinatae quidem, praecipue partium magnitudine et forma, paululum differunt, sed has varietates non tantum matri, sed et aetati adscribendas puto; multiplici enim experientia certus statuo, *characteres microscopicos e diversa aetate l. statu saepissime pendere*; et, licet hi numquam sint vilipendendi, *externam faciem semper esse consulendam, sine qua anomaliae haud rite explicentur*. — Quamdiu tot maxime insignes species indescriptae restant, micrologicas distinctiones omittamus.

Subsimilem speciem, at vere diversam, in caulibus *Galli Aparanis* legit et communicavit Mougeot. Peritheciis vere erumpentibus a *Caulicolis* recedit. Doleo, perithecia tantum adesse diffracta.

442. *S. epidermidis*. l. c. p. 499.

Ad hanc referenda quoque est *Verrucaria punctiformis*, Ach. cum specieb. affinis. Cfr. Sched.

Crit. de Lich. Suec. fasc. XI. Variæ harum utique justius specie distinguuntur v. c. *Verruc. rhypona, epidermidis* etc., sed ob rationes supra allatas diversos typos hoc loco indicare sufficiat.

444. a. *S. epipapyrea*, gregaria, tecta, prominula, macula cinereo-nigrescente cincta, peritheciis prominulis epapillatis atris — *Wallr.! in litt.*

A *S. epimycci* proxima luculenter diversa. Maculae subfuliginæ, demum confluentes, chartam sordidam nigro-variegatam reddunt; perithecia ut papillae globosae, rarius conicae prominent. Memorabilis praecipue ob nexum analogum cum *Stilbospora chartarum*, ut reliquarum Stilbosporarum cum *Sph. inquinante* etc., *Melanconiorum* cum *Amphiphericis*, *Tuberculariarum* cum *Sphaeriis* et *Dothideis* erumpentibus etc. *In charta scriptoria et typographica putrescente.* (v. s. sub nomine all. dedit Wallroth.!)

444. *S. epimyces.* S. M. 2. p. 499.

Characteres distinctivos vix offert *Sph. Hibisci* Schwein.! ex America Septentrionali.

448. *S. atrovirens.* β. S. M. 2. p. 501.

b. *Rusci.* *Cryptosphaeria glaucopunctata.* *Grev.! Fl. Ed. p. 362.*

450. b. *S. Lichenicola*, subgregaria, peritheciis subimmersis, dein prominulis minutis ovatis laevibus, ostiolo demum depresso. *Sommerf.! Lapp. p. 218. — Fl. Dan. t. 955. f. 1.*

„In quoque apothecio perithecia 3 — 5, primum immersa apice modo prominulo atro, dein ad dimidium nuda, ostiolo convexo, dein collabescendo depressa; gelatina albida.“ l. c. Vivam accuratiori examini non subjeci. *Sphaeria epicymatia* Wallr.! in litt. longe subtilior est; naturam ejus satis explorare non licuit. *In apotheciis Lecanorae salici-*

nae et erythrellae Ach. (utraque est *Biatora aurantiaca* nobis). Sommerfelt. (v. quoque v.)

441. b. *S. stercoris*, subsecta, prominula, punctiformis, peritheciis ovoideis collabentibus nitidis, ostiolo poroso.

S. stercoris. Dec.! *Fr.* 2, p. 791. *S. fimeti*. l. c.

Speciminibus nondum visis, ut varietatem ad *Sph. stercorariam* referendam putavi (*S. M.* 2, p. 456), at tam ab hac, quam a *Sph. fimeti* et *S. merdaria* certe distinctissima; sed plura & *Lichenicola* communia habet. Omnium fimicolarum minima est, puncto vix major, primo tecta, dein emersa, nulla macula cincta, nec crustaceo-cohaerens, potius dispersa, nigra, nitida, quod inter subsectas subrarum. Est quoque certe *Sphaeria!* *In fimo cervino* (Chaillet!), *leporino* (Mougeot!), *vaccino* (Weinmann!) — Species major propinqua *in fimo Urogalli*. (Illam v. s., hanc v. v.)

Trib. XXVI. CAULICOLAE.

Obs. Centrum hujus tribus naturalem, admodum sectionem constituit; paucae aberrantes vel *Phacidia* (*S. Peziza*, *Plinthis*), vel sui generis typi (*Sph. Dematium*, quae bene diversum, genus *Vermicularia* repraesentat.) — E recentioribus quoque observationibus constat, species in lignosa parte caulis herbacei nidulantes, pro *Lignicolis* habendas. Inde *Sph. caulium* revera pertinet ad *Sph. Platystomas*. (Haec species vulgaris apud Exteros, e Ruthenia, Gallia, Germania copiose missa.) Haec est caussa, cur *S. orthoceratem* et *inquilinam* jam juxta suas affines descripserim. — Cum vilipendi superius vidi peritheciorum situm, iterum observem, hunc maxime essentielles praebere differentias. Hoc, *Systemate Mycologico* non edito, optime jam demonstravit Cel. *Greville*, qui ex eo genera distinxit.

In fronte Tribus colloco species ab omnibus in M. descriptis magis recedentes, quam ut illis iun-
scentur. Sunt quasi stromate conjunctae; tamen
inter se parum, affines.

3. *S. Lirella*, peritheciis liberis distinctis seriatis,
collabescendo basi umbilicatis, nidulantibus sub
bulla epidermidis lanceolata atra. *Moug.! et*
Nestl. Exs. n. 668.

Ad Seriatas referre non debui, ob stroma prorsus
nullum, peritheciis inter se liberis, numquam
periphericis dicendis, cum tuberculo bullato discreto
ere oblecta sunt. Hoc tuberculum lanceolatum,
steriiforme, laeve, nigrum, nitidum, Leptostroma
apprime referens, lineam et ultra longum, omni-
est bulla epidermidis incrassatae nigraefactae. Ostio-
nulla prominent. Sub singula bulla adsunt, pe-
thecia pauca, seriatim disposita, inter se prorsus
stincta, minuta, globosa, mollia, unde collabescendo
si umbilicata, cum epidermidi nec cauli adhaereant;
illo brevi instructa. *In caulibus aridis Spireae Ul-*
ariae in Kamtschatka Wormskjold!, Vogesis Mou-
ot! (v. s.)

3. b. *S. Galii*, tuberculiformis, elliptica, rugulosa,
atra, intus alba, nucleo centrali albo incluso.
Guepin.!

Admodum singularis et abnormis! Primo obtu-
minora individua *Sclerotii duri* prorsus refert.
tus inspecta ab eodem ostiolo tantum centrali um-
nato differt; intus quoque alba est, sed substan-
subpulveracea est, nullo perithecio partiali, sed
nucleo centrali globoso gelatinoso instructa. Olim
genere removenda. *In caulibus Galii Molluginis ex-*
scatis in Gallia. Guepin. (v. s.)

3. c. *S. scutiformis*, applanata, orbicularis, con-
centrice striata, atra, intus concolor, nucleo cen-
trali incluso atro.

Prioris congener, ceterum quam maxime diversa, forma quodammodo *Actinothyrii*, at multo major. Perithecium exterius, ut in priori, basi deficiens, tantum superum scutulas sistit orbiculares, applanatas, basi cauli adnatas, lineam aequantes, extus concentricè striatas, opacas, atras, in centro umbonatas. Intus adest cellula solitaria, globosa. vacua, in qua sporidia, nec ascus inveni. *Ad caules herbarum exsiccatos circa Rothomagum. Levieux. (v. s.)*

453. d. *S. Solidaginis*, subinnata, depressa, fuligineo-atra, disco erumpente albo, papilla centrali atra umbilicata.

Comparanda potissimum cum *S. Hederae* inter Epiphyllas l. *Follicolas* h. e. *Cytisporoidea* simplex. Perithecia orbicularia, depressa, basi applanata, innata fere, per epidermidem tegentem translucèntia, intus fuliginea subpulveracea, cellula centrali globosa atra. Discus erumpens albus, demum fuscescens. Papilla centralis, prominens, globosa, demum umbilicata. *Ad caules Solidaginis in Gallia occidentali. (v. s. a Guepin missam.)*

Haec et praecedentes duae species ad bonum genus, *Ceuthospora* S. O. V. pertinere videntur. Hoc genus optime illustravit Greville *Fl. Crypt. Scot. t. 253, 254.*

453. *S. xantholeuca.* S. M. 2. p. 503.

Chaill.! in litt. — Sommerf.! Lapp. p. 503.

454. *S. larvata.* l. c.

Non cum *S. strigosa* conjungenda; utpote in lignosa parte nata paululum recedens, tamen *Sph. rubellae* et *olerum* proxima.

455. *S. pellita.* l. c.

Minime affinis l. similis *S. calvae!* *Etiam ex Helvetia misit Chailliet!*

i. *S. comata*. l. c. p. 504.

Haec insignis species, a Candolleana! homony-
diversa, *Chaetomium* ad Pyrenomyces trahit.
quoque *Ehrenb. silv. Ber.* p. 29.

l. *S. Dematium*. l. c. p. 505.

Nucleus Sphaeriae et asci in hac, Sph. trichel-
etc. certe adsunt!; non a me tantum, sed a plu-
ris acutis Viris observatae. Ad Coniomycetes mi-
ne referas! Pili superficiei a sporidiis valde re-
lunt; analogi in multis indubitatis Pyrenomyces
observati. *Meo sensu Exosporicum nullum genuim*
existit! — Interea frequentissimi sunt hujus
ortus et status haud evoluti nucleo destituti. Theo-
nostra de statibus atypicis et abortivis fungorum,
otidie novis argumentis et exemplis illustrata, ni
hementius fallar, multum ad Mycologiam illustran-
m, genera et species minuendas, quod maxime in
tis est, conferat. — Plurima genera a stromatis
formationibus orta in *Syst. Orb. Veget.* indicavi;
ius fructificationis abortus et genera inde orta ac-
ratori examini in *Syst. Myc. Vol. III.* subjiciemus.

Quod vero ad *S. Dematium, trichellam* etc. atti-
t, has a Sphaeriis e peritheciis, ostioli, ascorum in-
le facile genere removeri posse, lubentissimus con-
do; cum Todeo *Vermiculariam* dicam. *Ofs. Syst.*
rb. Veget. et Stirp. agr. Femsjonensis. — Denique
servandum, *ultra centuriam hujus adesse formas,*
ae in plurimas species dividere liceat, quales Ery-
the, Uredo etc.; sed cum eodem typo evidenter
nnectantur, inter has minutias species affines sub
mine colectivo conjungere utile mihi videtur;
magis prominentibus formis major attentio di-
tur, ne Mycologia ipsa mole (nam facile est, eam
ta re herbaria vastiorem reddere, cum permulta
nera diversas habeant formas in quaque planta)
creat.

468. *S. complanata*. l. c. p. 508.

Veram *S. complanatam*, in Rhinantho lectam misit Mougeot. — Attamen habitu paululum recedit *S. Rhinanthi* Sommerf. ! Lapp. p. 220, quem confers.

471. *S. Doliolum*. l. c. p. 509.

Sph. Lingam Dec. ! Franc. Suppl. p. 134. *Cryptosphaeria Doliolum*. Grevill. *Crypt. Scot.* t. 239. f. 2.

„Sporidia lineari-oblonga“; *Sphaeriae acutae* (l. c. f. 1.) elongato-fusiformia; *Sph. coniformis* oblonga etc., in firmioribus speciebus semper fere scriptata, quare sporidia simplicia e characteribus tribus excludenda sunt. In *S. xantholeuca*, *halonia*, *poliota*, *Hellebori* etc., nec non peregrina *S. Patella* globosa et simplicia.

476. *S. scirpicola*. l. c. p. 510.

Affinis *S. duplici*, vix cum alia facile comparanda.

477. b. *S. transversalis*, innata, peritheciis erumpentibus astomis glabris, demum basi circumscissis, remanente macula fusca. — *Schwein.* ! in litt.

Ob anomaliam hanc speciem inserere debui, cum vegetationem potissimum *S. Subtectae* peritheciis erumpenti-prominulis (tamen innata sunt), et praecipue peritheciis basi recedentibus maculaque restante ad *Leptostroma* transitum luculentum offerat. Habitus, color, magnitudo ceterum *S. herbarum*, at peritheciis innatis, dein erumpentibus, ostiolo nullo prominente reliquisque notis tantum recedit, ut genus paene dubium videatur. *Ad caules herbarum in America boreali.* (v. s.)

477. *S. herbarum*. S. M. 2. p. 511.

S. Papaveris. Schum. ! Saell. 2.

478.) *S. eustoma*, tecta, suberumpens, globoso-depressa, glabra, atra, ostiolo simplici umbilicato.

Perithecia orbicularia, depressa, sub culmorum vaginis libera. Inter reliquas culmicolas et caulicoles ostiolis nullo modo prominulis, sed eleganter umbilicatis mox dignoscitur. In *S. nigrella* adest macula nigra, cui perithecia basi adnata. Ad culmos in Gallia. Guepin (v. s.)

Obs. Ob ostiolum regulare et nucleum fluxilem vix ad *Excipulas* abeat.

Trib. XXVII. FOLIICOLAE.

485. *S. amphitricha*. S. M. 2. p. 513.

Genus *Meliolae* constituat. Cfr. *Syst. Orb. Veg.* 1. p. 111.

490. *S. trichella*. l. c. p. 515.

Singularis est hujus metamorphosis. In adulta pili verticis omnino decidui sunt, et perithecia prorsus glabra collabuntur et vertice dehiscunt. Ascicerte adsunt in statu maturo, rupto, calvo. Cum sequente, *S. ditricha*, aliisque ad novum genus *Vermiculariae* referenda est.

493. *S. flaccida*. l. c. p. 516.

β. *Vincetoxici*, peritheciis subnudis depressis, ostiolo stricto fugacissimo.

S. flaccidae affinis, potius tamen distincta species. In foliis *Vincetoxici* in Gallia. (v. s. a Guepin miss.)

500. *S. setacea*. l. c.

Visis speciminibus *S. melanostylae*, *leptostylae* etc. has potius ut varietates considerandas puto. — De *S. Capreae* cfr. *Syst. Myc.* 2. p. 621. in add.

524. *S. subradians*. l. c. p. 525.

Affines formae in *Epipacti latifolia* etc.

527. *S. Ostruthii* l. c. p. 526.

Vulgaris in subalpinis Europae australioris non tantum in Imperatoria, sed variis Umbellatis latifoliis v. c. *Heracleo alpino*. Chaillet!

Obs. De anomala variarum *Epiphyllarum* sede in hoc genere in S. M. jam disserui. Certe nova genera formabunt. *S. Lauri* Sowerb., ex habitu sub *S. Hederae* collocata, diversa est ex obs. Greville et *Ceuthosporae* species. Vide *Crypt. Scot. t. 253*.

B. DEPAZEA.

Quamvis species in S. M. allatae omnino fideliter suis locis redeant, nec confluentes visae sint, utilis duco, quasdam proxime affines conjungere, ut typi primarii promineant. Macularum forma, ambitus cingentis color, perithecorum situs e s. p. a matrice deduci possunt. Multae vero species perquam eximiae v. c. n. 1, 2, 6, 7, 8, 12. etc. nec non novae infra descriptae.

3. *S. D. Buxicola*. l. c.

Similes in Jasmino, Vinca, in qua perithecia epiphylla, etc. — Cfr. *D. Elaeagni*. *Chev. Par. p. 453*.

5. *S. D. Hederaecola*. l. c.

Similis in Ilice. *Mougeot!*

8 — 9. *S. D. Juglandicola*. l. c. p. 621.

Bene diversa. Maculae omnino indeterminatae, griseae. Perithecia plano-depressa. In *Juglandibus*. Chaillet! — Similes in acere campestri. *Mougeot!*

1. *S. D. Salicicola*. l. c. p. 530.

Nimia affinitas cum *S. D. vaga*. Similes in *Prunis, Cestris, Rhamnis, Rubo caesio et uticoso, Loniceræ xylosteo et Perichlymeno* etc. — sc differre videtur *D. Tremulaecola* (Desmaz.! Exs. 184); at *D. frondicola* abunde distincta.

5. a. *S. D. Vincetoxici*, maculis indeterminatis pallescentibus, peritheciis luteis fusciscentibus.

Maculae $\frac{1}{2}$ unc. latae, haud limitatae. Perithecia minima, mollia, colore, insolito ab omnibus diversa. *In foliis vincetoxici*. Schubert.! (v. s.)

0. *S. D. Calthaecola*. l. c.

Misit Chaillet; forsan sequenti, nimis affinis, ad quam var. *Chelidinicola!* et *Paridicola* Dec.! transitum indicant.

1. *S. D. vagans*. l. c.

Praeter formas allatas similes vidi in *Fragaria, Verberna officinali, Solidagine canadensi, Senecione araceno, Hieracio murorum*, plurimisque plantis, unnes tantillum inter se discrepantes. Magis reddit in *Oenothera* maculis lacteis haud limitatis; et in *Hepaticae* maculis indeterminatis latis fuscis unino separari posset.

1. b. *S. D. crispans*, maculis latis indeterminatis griseis, in ambitu fulvis, peritheciis semiimmersis, prominulis confertis globosis. — *Pers.!* ined.

Peritheciis globosis!, subtectis, semiimmersis, persistentibus, et habitu bene differt haec *Sphaeria!* Maculae late effusae, submarginales, folia contorta redunt. *In foliis Convallariae bifoliae*. Mougeot! (v. s.)

Obs. *Sphaeriarum* genere strictius limitato, *lepazeae* omnino excludendae. At macula nullum *characterem genericum* praebet, ut rite observat Che-

vallier, qui Depazeorum genus bene limitavit. Character praecipuus positus est in *ostiolo nullo prominente*, sed disco demum collapso aperto, qui certe majorem affinitatem cum Phacidiaecis indicat, inter quos varii etiam folii macula exarida insident. Macula ratio est locus in foliis vivis, nam in his Pyrenomycetes ascigeri non fructificant, nisi macula, cui inscuntur, emortua est.

II. EUSTEGIA.

S. M. 2. p. 532. *Chev. par.* p. 532.

1. *E. discolor*, superficialis, operculo convexo umbonato. *l. c.*

Subsimiles e Gallia, sed operculo jam deciduo.

2. *E. arundinacea*, erumpens, operculo collabescendo depresso umbonato. [*Sci. Suec. n.* 352.]

Xyloma arundinaceum. Dec.! Fr. 6. p. 162. ab invest. Chaillet. *Sphaeria Calami Frid. Nees! in Myc. Hef.* 2. p. 63. ab ipso.

Simillima priori, itidem marginata et circumscissa; sed exinie distincta. Nescio quid entomogenei in habitu offerat. Cupula primo ex epidermide cingitur tenui, membranacea, pallida, demum marginis propria, nigra, margine tenui discum cingentem. Vertéx prorsus prioris, rufescens, demum nigrescens; sed planus, collabescendo concavus; deciduus, operculi instar, remanente cupula. Interna structura gelatinosa, obscura. *Ad culmos Arundinis siccos copiose ad litora lacus Ringsjö Scaniae vere; similibus locis legit Chaillet!; ad Acori calami radices de Haan! in Batavia.* (v. v.)

3. *E. Ilicis*, innata, margine albido annulato, operculo plano caduco. Cfr. *S. M. l. c.* p. 533. *Chev. par.* p. 443.

Xyloma concavum. *Greu.! Ed. p. 368. Sph. complanata. Moug.! et Nesil. Exs. n. 82.*

Habitus utique praecedentium et vera *Eustegia* letur. Perithecia nitida, atra, subcinerascens, argine albido annulari. Operculo deciduo discus terior) cinerascens, ascis erectis. *In foliis Ilicis.* s.)

III. LOPHIUM.

S. M. 2. p. 533. *Greu. Cr. Scot. t. 177. f. 1.* (*Loph. mytilinum.*)

Obs. Hoc genus eximum tulit augmentum. regulare tamen videtur, omnes species in *Pinis* praeue occurrere. Inde vero minime concludas, eas cum constituere speciem; nam *L. mytilinum* et *aggregatum* tantum fere inter se differunt, quam *Hysterium pulicare* et *H. rugosum*. — Etiam icolum *H. graphicum* huic generi valde affine est.

a. *L. elatum* stipitatum, compressum, nigrum, transversim striatum, sursum aequaliter dilatatum. *Greu. Crypt. Scot. l. c. f. 2.*

L. mytilino affine, sed forma prorsus alia, a i aequaliter sursum dilatatum, in formam obcoram abiens, unde vulgari multo elatius simulque ustiūs. Crustulae insidens non observatum. Difinsuper stipite perithecio longiore, transversim ato, perithecio elongato (unde interna cavitas yata); in *L. mytilino* perithecium dilatatum, cate interna reniformi. *In lignis putridis Scotiae.* michael. (v. s.)

z. *mytilinum* l. c.

Obs. A *Chailletio* accepi speciem; *L. laevam*, quae ab hoc facile dignoscitur peritheciis sessum hemisphaerico-lanceolatis, laevibus, paulominoribus. Num verò a *L. mytilino* ortum sit,

noctis, certo duplicare non audemus. *Lectum in Pino Strobo, Abiete, sylvestri supra cortice monte Jura (v. s.)*

2 *L. mytilinellum* l. c. p. 534.

A *L. mytilino* omnino diversum habeo, picipue cum hoc in foliis pineis etiam prorsus intatum legatur. Magnitudo et forma peritheci potius sequentis speciei, sed semper sparsum et absque macula.

3 *L. aggregatum*, sessile, minimum, laeve, nitens, in maculas atras confluens.

Hysterium aggregatum Dec. Fr. 6. p. 168. e spe inventoris Chaillot. — *Sommerf.! Lapp.* p. 227. S. M. 2. p. 563. [Scl. Suec. exs.]

Perithecorum forma, tenuitas, fragilitas secusque (immo rima) nullus! Lophium innoxest, interna structura comprobata. Est quoque *mytilinello* affine, sed prorsus sessile, maculae insidens, et in maculas nudo oculo contiguas, gulares, aliquot linearum, perithecia minima, lela stipantur. Semper clausa sunt et vix in apice conspiciuntur. — Est in hoc genere ana cum *H. rugoso* (*Opegrapha maculari* Ach.) interia, prorsus tamen superficiale. *Ad ligna data Fini circa Femsjö Smolandiae abunde, pae vere; etiam ex Helvetia et Lapponia habeo.*

Obs. Synonymon Decandollei omnino est; valde diversa specimina ante oculos habuisti detur Cel. Sprengel, cum ad *H. pulicare* ut tatum retulerit.

S'TRIGULA.

Genus in S. M. 2. p. 535. obiter memorem est ac *Stigmatidium* Meyer Flecht. p. 2

3. *Squammariales epiphyllae* Fée Crypt. Exot. t. I. t. II. f. 1 — 8, inter quas praecipue eminet *Maxima*, Phacidii analogon. Alio loco, acceptis micinibus Cel. Féei, quas ab ipso missas quotidie specto, de plantis hisce memorabilibus plura afferunt. Mirum in modum Pyrenomycetes et Lichenes innectunt. Stroma sat simile videre licet in aliis igitur epiphyllis tropicis; Dothideae Diospyri v. c. nisi colore atro recedit. Originem a parenchymate ipsius folii satis luculenter demonstrant aliae, c. *Strigula abietina*, in foliis abiegnis a Chaillietio ta. *Corynelia* S. M. 2. p. 534. *) analogo quoque videtur stromate, sed atro. — Ex hac regione videtur etiam genus *Tricharia* Fée l. c. t. III. f. 18., ad eximiam analogiam monstrat cum *Meliola* Fries st. Orb. Veg. l. p. 110, 111., ubi haec omnia in ordine Strigularum complector. Quo plures unum generum vidi formas, eo plura dubia de veritate mihi orta sunt.

V. SPHAERONAEMA.

3. M. 2. p. 535. Grev. Crypt. Scot. t. 189 (Sphaerulatum — eximie!)

Obs. 1. Insigne hoc genus characteristico quod nomine denotare volui. *Globulo natante* maxime insigne est; *gelatina globosa* e s. p. nil exprimit, quod non omnibus Sphaeriaceis commune sit. nomen — *naema* Sprengelium doctissimum offendit; at derivatur a verbo graeco *ναω*, nato, nec contra genium linguae graecae — *naema* inde forsse mihi videor. Tantam licentiam in nominibus mandis concessam credidi; nec equidem *Naemaram* Auctor. e *νημα* derivare potui, sed a *ναω*, ad etiam aptius, cum *gelatina* in hoc genere sem-

! *Calicium!* *heleporum* Ach.! Prodr. p. 86 (Imbricarium, qualis *Parmelia colpodes*, nemo huc trahere debet.

per *enatans*, saepe difformis, tuberculosa etc.; nec *ryua* in — naena verti potuisset. Sed de his scribitis; in nominibus ex antiquo canone faciles sumus. Scribat, si quis velit, *Sphaeronama* (cum exstet *ryua*); sed nostris auribus hoc dissonum est.

Obs. 2. Numerosissima specimina undique accepta cum nostris bene congruunt. Recedunt tantum *Sph. aciculare*, a Sommerfeltio missum, coloris atro; *Sph. cladoniscum*, a Wallrothio in cortice lectum, peritheciis cylindricis simplicibus. Accedit hoc ad formam (*S. Acrosperni* potissimum) in cortice Pinuum Mougeotio lectam et cum icone communecatam. — Singularem anomaliam *Sph. rufi* videas in *Stirp. Femsj.* p. 77. (Helotium refert.)

VI. CYTISPORA.

S. M. 2. p. 540. *Grev. Crypt. Scot.* t. 20 (Cytisporae leucosperniae proxima) *Bostrychia Tr. olim Spreng.*

Obs. Vix aliud genus *Pyrenomycetum* certioribus notis habituque tam proprio innotuit videtur, quam *Cytisporae*. Cfr. tamen, quae l. c. allata sunt de limitibus a *Sphaeriis*. Ut harum differentia certior fiat, varia genera olim distinguenda sunt — Simul in memoriam revocem pristinam meam suspicionem, certe maxime urgentem, varias *Cytisporas* in alio statu esse *Sphaerias* e tribu *Sphaeriarum Incharum et Obvallatarum*. Videas V. A. H. 1818 p. 117. S. M. 2. p. 386. Certe singulae fere *Cytisporae* maxime affinis est *Sphaeria Incusa Obvallatae*, ut vix dubitare liceat ambas ex eodem typenitas esse, licet interna structura differat. Sic v. c. *Cytispora incarnata* et *Sph. sordida*. *Cyt. rubescens* et *Sph. cincta*, *Cyt. chrysosperma* et *Sph. nivea*, *Cyt. fugax* et *Sph. salicina* non tantum plurimis characteribus inter se conveniunt, sed et eisdem locis et regionibus observantur. Unum alterumve exemplum pro naturae lusu forsam haberes; sed vix

nalogiam, quae hoc evidenti modo integrum genus ercurrit. Accedunt transitus inter varias harum videntes visi, quare etiam sub *Sphaeria Kunzei*, *Leucostoma* etc. utramque formam attuli in S. M. — Transitum hunc perisique forsitan dubium videri, non mirabor; certus tamen est. Ab utraque forma incipit oritur genus *Spermodermia* Tode ex Kunze! *Coniomycetum* metamorphoses, magis adhuc portendens, transeo. — At ex his omnibus *Cytisporae* generis delendum esse non concludo. *Sphaerias citatis potius ad Cytisporas refero.* *) Revera omnes eodem habitu, quam peritheciis et praecipue ostiolo vinitus communi a veris *Sphaeriis* differunt. Uterque status *Cytisporae leucostomae* et *C. Kunzei* (*Sphaeriae* S. M.), frequenter obvius, hoc bene probat. Sunt tamen aliae *Cytisporae* v. c. *C. carbonacea*, quae in statu *Sphaeriaceo* non legi credam. — Dissimilio affinium apud Cel. Chevallier revera naturalis est.

VI. — VII. SEPTORIA. Fries.

Fries Nov. Fl. Suec. ed. 1. p. 78. Kunz. Myc. Hest 2. p. 107. Grev. Crypt. Scot. t. 112. Link Spec. Pl. II. p. 87. Chevall. Par. p. 429. Sphaeriae, Stilbosporae, Fusidii species. Auct.

CHAR. Perithecia unilocularia, astoma, demum impta obsoleta. Asci nulli. Sporidia cylindrica, setata, pellucida, gelatina juncta, cirrhi rudi forma rumpentia.

Obs. f. Fungi minuti, innati, epiphylli, jam a foliis vivis at praecipue in marcescentibus obvii,

*) Non semel mihi in mentem venit, omnes *Pyrenomyces* ascis destitutos esse abortus; saltem atypicos, et, licet haud certe enunciare audeam, continuatae observationes quotidie confirmare videntur. Mirabiles sunt ascorum in aliis degeneraciones, v. e. in *Stictii parallela* etc. fibrarum instar septatarum enascuntur, *Sporodesmium* referentes. Quo modo *Phragmatrichum* ad *Sphaeriam* strobilinam sese habet? In consortio saepius occurrunt.

facie Sphaeriarum minutarum quoad perithecium, sed Fusidii, quoad cirrhos erumpentes acervulos coloratos in foliis formantes, qui characterem facilem habitualem offerunt. Ob perithecia obsoleta et inter Pyrenomycetes et inter Coniomycetes citanda fuit (Cfr. S. O. Veg.), at horum limites reformandos certi anguramur. Licet nova genera hoc in opusculo proponere, cum a jam cognitis divellendae essent species, a proposito nostro alienum sit, hoc inserui, cum species in Syst. Mycologico desiderentur. — A Fusidiis, primitus superficialibus et flocculis intertextis, abunde differt. Cfr. Kunze! l. c.

Obs. 2. Quatenus sporidia septata etc. ad genera distinguenda sufficiant, dubium sane videatur, cum hic character a multis generibus, iisque naturalissimis vilipendatur; etiam inter Lichenes structura valde varia visa est. Sic *Pezizae*, *Sphaeriae*, *Hysteria* etc. sporidiis et simplicibus et septatis obviam veniunt. Puto equidem, *Aecidium Podophylli* ab *Aecidio*, *Pucciniam Anemones* ab *Uredine* non ad naturae nutum, sed in characterem, favorem divelli. Vix ullum novi genus sporidiis septatis unice distinctum non aptius conjungendum (v. c. *Diplosporium s. Dimera* ex Schnidtio cum Botrytide). Etiam inter *Didymosporia*, *Stilbosporas* et *Melanconia*, (quorum sporidia in maxime affnibus Sphaeriis repetuntur, ut genuinum cum his nexum taceam) limites saepe vix palpabiles; habitus et vegetatio prorsus conveniunt. Quod vero ad Septorias attinet, a proximis *Phomis* et *Cytisporis* aliis notis insuper recedunt, saltem ex praesente generum limitatione. — Septoriae hypophyllae saepius apparent, sed vidi et epiphyllas. Cfr. *Dothideas maculares*.

1. *S. Ulmi*, maculis fuscis, cirrhis albidis, sporidiis rectis 4-septatis.

Stilbospora Uredo Dec! Fr. 6. p. 152. Mem. d. Mus. 3. p. 333. t. 4. f. 9. *Sphaeria Ulmicola*, Biv. Bernhardi Stimp. Sic. 3. p. 14. t. 3. f. 2. *Fusidium septatum*, Schmidt et Kunz! Fss. n. 182. *Septaria* l. potius *Septoria Ulmi*. Fr. l. c. Kunz. l. c. Grev. l. c. Link l. c. Chev. l. c. [Sel. Succ. ex n. 350.]

In pagina inferiori foliorum prominent maculae fuscae, ab ipso folii parenchymate et epidermide surgente formatae, non vero ut in Dothideis in stroma proprium deustae. In hoc revera adsunt perithecia tenuia atra (rite a Grevilleo picta), nucleo albo facta: Cirrhi erumpentes, rudes, collabuntur in acervulos sparsos albos, e sporidiis constitutos. *In foliis vivis et languescentibus Ulmi campestris et U. effusae, autumnno.* (v. v.)

2. *S. Oxyacanthae*, maculis purpurascensibus, cirrhis lutescentibus, sporidiis longissimis 8 — 12 septatis curvatis. *Kunz. l. c. Link l. c.*

Historia praecedentis, sed cirrhi tenuiores, albedo-lutescentes, sporidia longissima tenuissima obscure septata. *In foliis vivis Crataegi Oxyacanthae.* Schmidt. (v. s.)

3. *S. Fraxini*, maculis fuscis, cirrhis echiniformibus nigris, sporidiis cylindricis rectis septatis.

a. immatura. *Asteroma Fraxini Dec. Mem. Mus. 3. t. 4. f. 4.*

b. matura. *Sph. Echinus. Biv. Bernh. l. c. p. 14. t. 4. f. 1.*

Cfr. *S. M.* 2. p. 561. Vidi jam maturam; vera est *Septoria*. Forsan alia *Asteromata* etiam hujus generis sunt.

Obs. *S. Filum* *Biv. l. c.* aliaeque *Sphaeriae* epiphyllae (ipsaque *S. Trifolii*) fructificantes huc referendae videntur. — Status fructificans inquirendus.

PHOMA.

S. M. 2. p. 546. (*Sacidium?* *Fr. Nees ab Esenb. Myc. Heft. 2. p. 64. t. 2. f. 2.*)

4. b. *PHOMA Hederae*, tecta, nigrescens, sporidiis subglobosis hyalinis — *Desmaz.*

Tuberculum non innatum est, ut in reliquis, sed ab epidermide discreta tectum. *In sarmentis Hederae*. Desmazières! (v. s.)

Obs. Sph. Andromedae Schwein.! in litt. habitu Phomatis gaudet, sed fructificantem non vidi. Sine analysi in statu normali de his nihil certi statuendum.

VIII. DOTHIDEA.

S. M. 2. p. 548. *Grev. Crypt. Scot. t. 200.* optime. (f. 1. Doth. Ulmi. f. 2. D. betulina.)

Obs. 1. Specimina foliis vivis innata vix unquam perfecta sunt, raro ascigera; in delapsis plerumque fructificant; qualia hieme praecipue colliguntur. Hinc eadem species, si in diversis aetatibus analytico examini subjiciatur, diversissimos praebet characteres v. c. *Doth. typhina*, in vivis obvia, cujus exiniam iconem videas apud *Grev. Crypt. Scot. t. 120*. Ut Sphaeriae, aliae! *Exosporia!* immatura sunt v. c. *Doth. Chaetomium, Lonicerae* etc. Evidentissime structurae mutationes ante oculos ponunt icones *D. rubrae* accuratissimorum observatorum; perfectam ascigeram sistit *Schmidt Myc. Hest. 2. t. 1. f. 18*; juniorem ascis destitutam *Grev. Crypt. Scot. t. 120*, nucleo granuloso-gelatinoso, sporidiis globosis h. e. caractere *Lasiobotryos*. His et pluribus analogiis fidens, quarum *Rhytismatis* evidentissima, non *Doth. Lonicerae* distinxit, cum maturam, h. e. in foliis delapsis, non viderim et analogam structuram in veris Dothideis observari. Aberrans tamen est; sed nec Cel. KUNZEO, qui genere distinxit, plene matura obvia fuisse videtur, cum nec ostiolum, nec dehiscendi modum memoret.

Obs. 2. In hoc genere probe distinguendum est inter Dothideas centrales (*Dothidea Chev. par. p. 454, bene!*; inclusis Polystigmatibus) cellulis immer-

sis, ostiolo distincto — et *Dothideoideas*, cellulis ipsis prominulis. Illae nunquam in alia genera abire possunt v. c. species n. 4 — 10, 13 — 22; reliquae autem, licet caractere in statu hactenus viso *verae sint Dothideae*, forsán demum dehiscunt et tum ad alia genera pertineant. At inde conjecturae campum ingredi non debemus. Nova ex his formanda esse genera, aegre mihi persuadetur. [*Asteromatum* vegetationi, singulari quidem, nil tribuo; adeo confluit cum reliquis, ut in his nulla differentia. Nec *Asteromata* omnia ad idem pertinere genus certum est. *Ast. Fraxini* Dec. est *Septoria*.] Suspicio *Doth. sphaeroidem* esse *Phacidium*, *D. alneam* *Rhytisma* e. s. p. nondum explicata visa. Omnes infra allatae novae species ad *D.* centrales pertinent. — *Dothideam rubram* et *fulvam* plurimi ut distinctum genus considerant, ob membranam tenuem nucleum cingentem, at similem in aliis adesse puto, ob stromata vero concolor fere inconspicua est. Magis recedit *Polystigma* ostiolis immersis, hypophyllis; sed genere distinguere dubito. Prorsus conjungunt *D. Orbiculata*; *D. Rhytismoides* etc.

Obs. 3. Exstat quoque *Sphaeriarum* pars *Dothideis* accedens, peritheciis subtilibus membranaceis, nempe *Hypocreae* dictae; non facile huc trahendae ex habitu et vegetatione diversa. — Exstat quoque forsán genus inter *Dothideas* et *Sphaerias* medium, typo *Sphaeria Dothidea* (*Phloeoscoria* Wallr.), sed distinguere dubitavi, transitum observans; v. c. in *Sph. aquila* in ramis sub cortice vidi perithecia in stromate nidulantia *Sph. Dothideae* simillima, dum libere evoluta omnino normalia sunt. — Quod ad formas compositas et simplices horum generum attinet, observandum illas non magis differre, quam *Aecidia* composita et simplicia.

Species nucleis immersis. *Dothideae certae*. (*Sphaeria sordida*, friabilis P. etc.)

4. a. *D. decolorans*, erumpens, tuberculiformis, hemisphaerica, e pallido nigrescens, intus concolor, cellulis minimis periphericis albis.

Habitus prorsus *Tuberculariae*, et in prima aetate vera *Tubercularia*; sed sensim strato nigrescente obducitur, in quo, si accurate examinatur, observantur cellulae, ascis minimis stipatae, omnino ut in genuinis *Dothideis*. Ceterum magis prominens, quam alia species, subglobosa, magnitudine seminis *Viciae* aut *Pisi*, superficie punctulato-rugosa. *Ad ramos putridos in Gallia. Levieux.!* (v. s.)

Obs. Huic proximae sunt *Tuberculariae* superficiei demum indurescente et nigrescente, v. c. *Tubercularia nigrescens*, forsitan specie non diversae. Etiam *Sph. Tuberculariam* Dec. ! nucleo *Dothideae viduinus*.

4. b. *D. parsimons*, erumpens, difformis, angulata curvataque, plana, tuberculata, cellulis immeritis albis. — *Schwein.!* in litt. sub *Sphaeria*.

Tubercula erumpentia, depressa, valde difformia, confluentia, superne ostioli demum umbilicatis eximie tuberculosa, constanter opaca, atra. Cellulae numerosae, albae, ascis, ut adsolet, farctae. *Ad cortices crassiores in America boreali. Schweiniz.* (v. s.)

8. b. *D. Bignoniae*, convexa, hemisphaerica, atra, intus concolor pulveracea, ostioli superficialibus hemisphaericis.

Sph. Capreolatae. Schwein.! in litt.

Insignis species. Nudo oculo formas *Phacidii pinastri* satis refert, erumpens, prominens, hemisphaerico-rotundata, opaca, ex ostioli punctata. Intus pulveracea, fuligineo-atra, cellulis obscuris. *In ramis Bignoniae capreolatae Americae septentrionalis.* (v. s.)

c. *D. Lichenum*, erumpens, subrotunda, planiuscula, rugulosa, atra, a matrice marginata, cellulis subimmersis albidis. *Sommerf.! Lapp. p. 224.*

Stictis pulmonaceae var. *pleurocarpa*. *Ach.! Syn. p. 233.*
quoad apothecia.

Ambiguum ens cum Cel. Sommerfelt hoc loco recipio, qui sequentia observat. Si transversim dissecatur, sub superficie rugulosa subrimosa atra stratum apparet albidum, quod sub lente composito visum cellulas rotundatas subcohaerentes, ex ascis tenuissimis subclavatis paraphysibusque constantes exhibet. Substantia nigra, madida grumosa, sicca dura coraea. Evolutio a Dothideis non abnormis est. Ut maculae deustae minutae primum sub epidermide prorumpunt. In Gyrophoris (Ach.) epidermidem ut pustulas magnitudine Viciae saepe evehunt; dein discum formantes ab epidermide thalli more Lecanorarum marginati magis procedunt. In *Sticta pulmonacea*, *Gyrophora arctica* (Ach.) nec non *Cladonius*. (v. v.)

8. d. *D. Pinastri*, erumpens, epidermide lacerata cincta, oblongo-diformis, atra, ostioliis umbilicatis, cellulis difformibus hyalinis.

In foliis delapsis exsiccatis in ramulis ad terram locis udis dejectis adhuc persistentibus et stramineo-pallentibus observantur plagae determinate griseae et carie quasi fortius corrosae (non vero circumscriptae), in quibus per epidermidem fere tequentem erumpunt tubercula minuta, oblongo-diformia, atra, opaca, ex ostioliis in superficie inaequalibus, intus fusco-atris, quibus transversim sectis in conspectum veniunt cellulae *forma variae*, nucleo hyalino fusciscente farctae, magis fluxili, quam in reliquis. Asci quoque longiores sunt. *Hyemali tempore in foris deciduis Pini silvestris*. (v. v.)

(13.) *D. Rhytismoides*, hypophylla, subquadrato-angulosa applanata nigra, intus alba, nucleis sparsis pallide lutescentibus! *Chevall. Par. p. 456.*

Quantum equidem perspicio, *D. rubrae* et *fulvae* proxima est, nec genere distinguenda. In pagina superiori folii maculas efficit concolores obscuras, sed in pagina inferiori prominet, angulosa, rugosa, ut *Rhytisma*; sed cellulis instructa, nucleo lutescente farctis. *In foliis alneis in Gallia.*

13 b. *D. acervulata*, epiphylla, angulosa, plana, nigra, opaca, ostioliis prominulis tuberculosa. — *Schwein.!* sub *Sphaeria*.

Affinis *D. betulinae* et *D. Ulmi*, sed distincta. Forma angulata, plana, l. potius supra depressa; demum e folio elabatur, siveolam relinquens, quod in alia specie non vidi. Color opacus, primitus epidermide tegente cinerascens. Cellulae albido-farctae, paene superficiales, quo certe dignoscitur. *Ad folia duriora in America septentrionali.* *Schweiniz. (v. s.)*

23. b. *D. Geusta*, oblonga, determinata, plana, opaca, atra, stromate concolori, cellulis distinctis atrofartis, ostioliis granulosis.

Species omni respectu distincta et memorabilis! Maculae determinatae, oblongae, unciam usque attingentes, 3 — 4 lin. latae, confluentes, supra caulem prominentes, opacae, atrae, sub lente vero cinerascens ex epidermide innata, non ubique in fungi substantiam mutatae. Cellulae globosae, immersae, atrae; sed ostiola admodum distincta, conferta, granuliformia. *In caulibus Aiceae roseae exsiccatis, Petropoli.* *Weinmann! (v. s.)*

† † *Species tuberculis cellularum prominulis. Ambiguae.*

24. *D. Lonicerae.* *S. M. ?.* p. 557.

Lasiobotrys Lonicerae. *Kuntz.!* *Myc. Hest.* 2. p. 88. *Grevel.!* *Crypt. Scot. t.* 191.

Conferenda loca citata. Abnormis est ob cellulas obscuras; sed in foliis dejectis inquirendus sta-

is aut ruptus aut ostiolo instructus. Ejusdem generis sunt *Sphaeria Zeae* Schwein.! *Car.* (omissa, ut ubia, in Syst. Myc.) *Doth. asteromorpha* etc.

3. *D. Himantia.* l. c.

Actinonema caulicola. Pers.! *Myc. Eur. p. 52.* *Capillaria.* Link *Spec. 2. p. 22.*

5. *D. geographica.* l. c.

Sphaeria. Dec.! l. c. S. Arise. *Wallr.! in litt.* *Capillaria* l. *Venularia grammia.* Pers. l. c. Link l. c. — ad hanc et subsimiles pertinet, ut *Rhizomorpha intestinalis* ad *Sphaerium spinosum*.

Obs. Nova similis, sed lineolis plura perithecia circumscriptibus, nec conjugentibus, ad caulis *Solidaginis* in Gallia non fructificans visa est. — *Himantia pulchella* P., *Sporotrichum maculare* Link, *Asteroma Fagi* Dec., *Actinonema Crataegi* Pers. etc. vegetatione hujus regionis; certissime ad *Pyrenopezices* pertinent! sed utpote nondum rite explicatae visae in appendice inserendae. Difficile dictum, ad quod genus pertineant; ex habitu equidem determinare non audeo. *Facies*, inquit Linné, *magni admodum Botanico facienda est; sed et in his modis adhibita.* *Asteroma Fraxini* Dec. est *Septaria*; aliae ejusdem habitus *Labrellae* e. s. p. Character e fructificatione unicus certus est in generibus.

2. *D. Ranunculi.* l. c. 2. p. 562.

In foliis marcescentibus ruptam misit *Chaillet* pro *Peziza*; videtur itaque vera *Excipula*, ad structuram in siccis satis explorare non licuit.

5. *D. Solidaginis.* l. c.

Sph. Solidaginis. Schwein.!

3. *D. Chaetomium* l. c. p. 563.

Exosporium Rubi. Nees! in *Act. Nat. Cur. IX. p. 236.* t. 5. f. 6. Link *Spec. II. p. 123.* junior status.

In perfecta, etiam ex litt. Cel. Kunzei, ad asci evidentes (vide S. M. l. c.) et cum reliquis E: sporii ad Pyrenomycetes certe pertinet.

52. *D. impressa*. L. c. p. 564.

Certe a *Sphaeria punctiformi* diversa. Est in variis foliis v. c. Rosarum etc.

53. *D. Robertiani*. L. c.

Cryptosphaeria mitula. *Gravill. Ed. p. 363*. Doth. *Robertiani*. *Fl. Crypt. Scot. t. 146. f. 1*. Desmaz. n. 39. *Sphaeria Geranii*. *Desmaz. Pl. omis.* — *Rhysma*. *Spreng. Syst. FF. p. 412*. (Si non Doth sit, ad aliud, quam *Excipulae* genus, non referi Hactenus tantum ut *Dothidea* vera observata est, inquirenda in foliis emortuis.)

IX. RHYTISMA.

S. M. 2. p. 565. *Wahl. Succ. p. 1018*. *Chev. p. 444*. *Grav. Fl. Crypt. Scot. t. 118*.

Obs. Diversa structura fructificationis huius generis, ab accuratis Analyticis indicata, pendet e versis statibus, quos examini subjecerunt. Omnes fere statum primitivum tantum describunt, in foliis vivis obvium, sed, plurimorum Pyrenomycetum more, in his nunquam fructificant Rhytismata. In statu perfecto tantum leguntur in foliis deciduis trescentibus et, in hoc praetervideatur, cum haec forma multo rarior sit, saltem multo minus oculos acria. Valde memorabile est, Rhytismata multos alios fungos epiphyllas eo tempore, quo arboribus innascuntur, folia exserunt, sporidia disjungere. *Syst. Orb. Veg. p. 41*. — Cum Sclerotii statu normali nil commune habent. Cum in dies laeserit opinio, diversos characteres microscopice semper genera distinguere, iterum observem necesse est, hos maxime fallentes esse, si non ante passim observatione expertum habeamus statum normalem.

on tantum sub diversa aetate, sed etiam in statibus bortivis et degenerantibus semper interna structura maximas subit mutationes, unde tot status atypici ad istincta genera evehuntur. Praesens genus distinctissimum, non vero specierum admodum dives.

.. *R. corrugatum*. S. M. 2, p. 565.

Crusta, cui innascitur, Lichenosa ad hanc planam potius pertinet, quam ad *Lecideam Ehrhartianam*, quae meo sensu vix nisi apothecia deformata *Lecanariae* in hac crusta peregrina parasitantia. Est itaque genere (*Cliostomum* S. O. V. l. p. 116.) distinguendum et ad Lichenes ablegandum. Vide *Sched. Crit. de Lich. Suec. n. 254*.

3. *R. maximum*. l. c. p. 566.

Maxime memorabilis *Cryptomyces Vauclex* Grev.! huic speciei simillimus est, at differt epidermide immutata tegente, nec ut in eo deusta et in perithecium mutata.

5. b. *R. Empetri*, minutum, subrotundum, tenue nitens, atrum, demum costis elevatis rimose ruptum.

Xyloma Empetri. *Wrangel!* *Fries. Obs. 2, p. 363*. *R. Empetri*. *Vet. Ac. Handl. 1819. p. 105*. *Sommerf.!* *Lapp. p. 226*.

Est quasi macrior status *Rhytismatis Andromedae*, sine dubio tamen distinctum. In pagina superiore folii secus nervum observantur maculae subgregariae, rotundatae aut oblongae, vix lineam excedentes, admodum tenues, primo laeves, dein vero costatae, demumque pro generis more costae rimose dehiscunt. — Onisi hanc speciem in *Syst. Myc.*, cum discum non vidissem, sed hoc a *Sommerfeltii* observato, non potest non pro genuina specie haberi. In foliis marcescentibus *Empetri nigri*. *Primus observavit Lib. Bar. F. A. Wrangel!* (v. v.)

12. 13. *R. Bauhiniae*, sparsum, orbiculare, atrum-lucidum, disco depresso demum in laciniis tres vel quatuor subregulares dehiscente F. Nees ab Esenbeck in *Reliqu. Hank. Vol 1. p. 1.*

„Fungillus inter congeneres major et elegans, folia *binata*, *Bauhiniae* cuidam speciei verosimiliter adscribenda, vicia infestans. Perithecia protuberantia et per totam folii substantiam coriaceam penetrantia in utraque folii pagina in conspectum veniunt, orbicularia, in pagina superiori folii atra, nitida, planiuscula, margine parum elevato. In centro perithecii umbo minutus prominet, qui in paucis in laciniis tres vel quatuor subregulares et conniventes rumpitur. Discus vix hinc et substantia interna e nigro fuscescit. Thecas et sporas in speciminibus dissectis et microscopii ope examinatis, frustra quaesivi. nihilominus non dubito, fungillum nostrum merito *Rhytismae* generi esse adscribendum, cum thecae. hic desideratae. in omnibus hujus generis speciebus valde imperfectae inveniuntur. — Ceterum dehiscencia pro genere isto satis regularis, transitum ad *Phaeocidia* monstrat. — Locus in systemate mycologici post *R. salicinum*.“

15. b. *R. Ulmi*, minutum, difforme, nitidum, costis elevatis gyrosum, demumque labiatim dehiscens.

Minimum fere in toto genere, puncto haud multo majus. at optime distinctum, et, cum characterem genericum in angusta areola colligat, peculiari modo costis elevatis contortis et implexis gyrosum. Gregarium. atronitens. intus concolor. *Ad Ulmorum folia in America septentrionali.* Mühlenberg. (v. s.)

Obs. X. lenticulare *Dec. Fr. VI. n. 816*, teste Cel. *Chevallier*, etiam hujus generis est. Num vero ruptum obrium, non observat. Cfr. *S. Artocreas*. — *Xyloma aineum* Pers. (*Dothidea* S. M. 2. p. 562) videtur hujus generis esse. Vero ruptum vidi, sed

distincte. Structura junioris idem suadet. —
ytisma Smilacis ex novis speciminibus Schweii
 Sphaeriaceum est, *Dothideae Epilobii* proximum.

X. PHACIDIUM.

S. M. 2. p. 571. Grev. *Crypt. Scot.* t. 52. optime!

Obs. 1. Pulcherrimum genus, at de limitibus
 iae fuerunt sententiae. Ipse quoque faciem ex-
 ram aliorumque judicium consultans in S. M. ex-
 si *Triblidia* (sive species liberatas, perithecio
 agro.) Eadem cum Cenangiis vegetatione analogis
 junxi, observans tamen varias species v. c. *Pha-*
cidium pinastri in diversis statibus ad utrumque ge-
 esse referendum. Cum naturam differentias ita
 pendere in variis jam viderim, genus ad natu-
 indicia extendendum, certissimum est. Chara-
 ribus luculentissimis ab omnibus, immo a Cenan-
 Triblidioideis, sive laciniatum delhiscentibus, re-
 it.

Obs. 2. Generum affinium more status aper-
 , rite explicatus et normaliter fructificans, sterili-
 et atypicis longe rarior est. Inde factum est, ut
 rimae species, v. c. vulgatissimum *Phacid. pina-*
sti, ab Auctoribus in statu immaturo tantum de-
 iptae sint, in statu turgido ut *Sphaeriae*, in col-
 so ut *Pezizae* species; innatae ut *Xylomata*, licet
 mo, qui perfectas viderit, de generica identitate
 bitare possit. Plurimas *Sphaerias* astomas, h. e.
 iolo haud prominente instructas, *Phacidiorum* etc.
 e incunabula, jam in Syst. Myc. sub *Sph. Peziza*
 inatus sum; ipsa haec species jam aperta visa
 ac suspitionem exitimie confirmavit! Plures sane
 m huc trahendae. Vidi semel ipsam *Sphaeriam*
nectiformem! ut *Phacidium* apertam, licet satis
 aminare non licuerit. — Id praecipue memoran-
 m censeo, multas species non tantum in quibus-
 n plantis, sed et in multis regionibus, licet fre-
 I.

quentissimae sint, numquam normaliter explicari (S. M. 2. p. 601). Inter alia Phacid. *Peziza luculens* offert exemplum. — Tum tota fructificatio mutatur, ut *analisi* non possis non genere distinguere, sed altera fructificatio alteram substituit. Ad hoc genus (nec ad *Cenangia* strictiori sensu) pertinet observatio in S. M. 2. p. 177: „*Maxime memorabile, hymenium in cryptis* „*ob alias differentias locales numquam explicatum* „*Sphaeriacearum more deliquescere. Inde facile pa-* „*et ratio differentiae inter Pezizae in Phacidiiis* „*et Sphaeriae fructificationem, cum nempe semper* „*clausae maneant, necesse est, ut nucleus deliquescat*“. Exemplum attuli sub *Cenangio* (nunc *Phacidio*) *pinastri*, *pithyo* l. c. p. 184, 185. — Non minus memorabile infra sub *Ph. Patella* videre licet.

Obs. 3. De *Schyzoxyla* Pers. sive *Limboriae saepincolae* Ach. analogia loco citato jam disserui. Certe Fungus est nec Lichen. — Puto me ascos in disco vidisse, quibus praesentibus a Phacidio eum distinguere posse dubito.

Trib. I. TRIBLIDIUM.

Phacidium (Triblidium). *Fries Scler., exc. Dec. VII.*
Cenangium (Triblidium) *S. M. l. c. ex parte.*

CHAR. Perithecium integrum (basi adnata haud dimidiatum), liberatum.

Obs. Stipes saepe occurrit aut potius perithecium deorsum attenuatum, sed haec differentia pro more levissima est et saepe species non rite distinguit, v. c. in *Ph. Pinastri*. Character essentialis in perithecio integro quaerendus, sed et hoc tantum mutatur et sensim in dimidiatum superum abit, ut non sine difficultate a sequentibus tribubus discernatur. Non magis a se invicem differunt, quam *Sphaeriae* *Pertusae* et *Denudatae* — et in omnibus generibus analogis v. c. *Hysterio*, *Opegrapha* etc. idem character varius est. — Inter plurimas species,

in vivas obvias, quam siccas, eas tantum; quas in omni statu examinare licuit, afferam.

- Ph. Caliciiforme*, denudatum, sessile, globoso-depressum, e rimis minutis rugoso-verrucosum, opacum, atrum, in laciniis obtusas dehiscens, disco pallido. *Fries exsicc. n. 99. Stirp. Fems. p. 79.* — *Sprengel Syst. Veg. IV. p. 410.* calyciforme. Non Cyphelium. Fr.)

Tribl. Caliciiforme. *Chev. par. t. 8. f. 9.*

Cenangium. *S. M. 2. p. 183.* cfr.

- Ph. Pinastris*, erumpens, substipitatum, difforme, rugosum, atronitens, demum in laciniis plures obtusas dehiscens, disco albido. *Fries Scler. exs. n. 55. Stirp. Fems. l. c.*

Cenangium. *S. M. 2. p. 184.* cfr.

Memorabilem historiam l. c. exposui. — Status normalis non nisi in silvis irriguis umbris prope terram legitur. — Varietates adsunt plures in *Pino Larice, picea, pectinata* etc. lectae. — Exstat hujus forma applanata nec sessilis tantum, quam cum *Ph. Pini* confundere posses; de differentia tamen nullum dubium. A *Phacidio abietino* nostro, cum quo ungit Spreng. l. c., abunde differt.

- Ph. pithyus*, minutum, denudatum, sessile, laeve opacum, demum denticulato-dehiscens, disco nigro. *Fries exs. n. 171. Stirp. Fems. l. c.*

Cenangium. *S. M. 2. p. 184.* ubi videas.

Status perfectus rarus; abortivasteriles l. Sphaeriaci spurii, Dothideae characteres exhibentes, vulgatissimi. — A *Ph. Pini* certissime distinctissimum! — Apertum laciniis exiguis, omnino ut *Ph. Peziza*, coronatur.

- Ph. seriatum*, globoso-depressum, substipitatum, rugosum, atrum, in laciniis obtusas dehiscens, disco fuligineo-atro. *Fries Exs. n. 161. Stirp. Fems. l. c.*

Cenangium. S. M. 2. p. 185. ubi reliqua.

Nobilis haec species, in Sueciae montanis communis, apud exteros tantum lecta est in Vogesia. Cel. *Mougeotio*, quem haud facile aliquid celare. Non exacte caespitosum, sed in series aggregatum.

5. *Ph. plicatum*, caespitosum, substipitatum, opacum, in laciniis plurimas acutas profunde divisum, disco cervino.

Peziza plicato-crenata. Schwein.! Car. n. 1257. quoad specimina Ipsius.

Pulcherrima et luculentissima Phacidii species. Limbus discum valde depressum cingens multo magis prominet et distinctus est, quam in alia specie. Discus siccus saltem pulchre cervinus apparet. — *Typanis plicato-crenata* S. M. 2. p. 175 delenda est, nam descriptio Schweinizii ad prius pertinet; specimina vero commutata, ex quibus varia addidi et ad *Typanis* genus retuli; quae ante oculos habui, ad *Tymp. Andromedae* pertinebant! Hunc errorem, mea culpa vix ortum, excusent oro Mycologi. — *Ad cortices Pruni in America septentrionali.* Schweiniz. (v. s.)

6. *Ph. laciniatum*, denudatum, stipitatum, hemisphaericum, fuscescens, demum nigrum, in laciniis plures acutas stellatim fissum, disco pallide livido.

Pez. laciniata. A. S. p. 333. t. 7. f. 8.

Non parum gaudeo, hunc fungum et mihi nuperius in foliis putridis salicinis (*S. auritae*?) primo vere juxta rivulos in silvaticis mixtis obviam venisse! Verissimum est *Phacidium* et quidem sequenti affine. Vegetatio videtur potissimum *Sclerotii complanati* analoga; junius enim folio inclusum videbatur, demum vero omnino denudatum et liberatum. Ceterum descriptio Auctorum laudatorum optima est. Cfr. S. M. 2. p. 113.

Ph. fimbriatum, erumpens, sessile, hemisphaericum, extus fibroso-striatum, limbo fibroso-fimbriato dehiscens, disco livido.

Pez. Phacid. S. M. 2. p. 115, ubi descr. Pez. obtrita.
Pers. Myc. Eur. p. 245.

Medium quasi inter praecedentem et sequentem. — *Phac. fibrosum* Fries Scler. Exs. n. 162. Vera ad hoc genus trahere videtur. Denuo in natura examinabo; nescio enim, an *Pez. farinaceam* distinguere liceat.

Ph. Patella, α . *alpestris*, erumpens, sessile, liberum, ex olivaceo nigrum, laeve, disco depresso, demum aperto albido, limbo dentato coronatum. *Sommerf.!* Lapp. p. 302 sub Cenangio.

Pez. fimbriata. Chaill. ! olim; qui primus statum normalem hujus speciei observavit. Pez. leucomela. β . Umbelliferae. Dec. ! Fr. Suppl. p. 21. P. Scleropyxis. Pers. Myc. Eur. p. 290 ex Chaill. !, inventore. P. Chaillatii. Pers. ! Myc. Eur. p. 288, ex quo repetit in S. M. 2. p. 144, non visam tum temporis. Moug. ! cum icone.

Maxime delectat et illustrat hujus speciei historia! Haec forma normalis tantum in subalpinis currere videtur, nam, ut reliquae generis, ut rite plicetur, requirit aërem continue roridum; locis magis siccis, ubi vegetatio passim interrupta, oritur sensens varietas. Pezizam satis refert, sed ob substantiam duplicem (exterior est perithecium) ad Pyrenomycetes pertinet et ob limbum in pluribus laniis fissum certe Phacidium! Jam *Sommerfeld* l. c. in *Phacidio coronato* polissimum comparat; ut et *Nestler*, cui elegantissimam iconem debeo. Color funjunioris mollioris (non pulverulenti, ut *Cenangia*) vacuus aut fuscescens, siccus prorsus niger. Ascivati, sporidiis referti. In alpinis et subalpinis *ipponiae!*, *Helvetiae* (*Schleicher!*), *Pyrenaeorum!*; *rupestribus montanis Jurae!*, *Vogesorum!*; in *sylvaticis udibus circa Argentoratum* (*Nestler!*),

et *Kamtschatkae* (Wormskjold!) — ad caules herbarum, majorum v. c. *Gentianae luteae*, *Sonchi alpini*, praecipue vero *Umbelliferarum*. (v. s.)

β. *campestre*, minus, rugosum, atrum, semper clausum, globulo fugacissimo.

Sph. Patella. Tode!; Pers.! et Auct. — S. M. 2. p. 311. Pez. Ligustici. Dec.! fr. l. c. ex spec. Chaillet. P. Chauvini. Pers.! e spec. Mougeot. Heterosphaeria Patella. Grev.! Crypt. Scot. t. 103, bona.

Oritur haec forma e loco magis aprico aëre minus rorido, unde minor, durior, corrugata, nunquam aperta etc. Ob perithecia numquam dehiscencia fructificatio prorsus mutatur; asci steriles, filiformes, sporidiis in globulo fugacissimo secedentibus vacui. Est itaque analogum cum *Ph. pinastri* b., *Ph. pithyo* b. etc. *Vulgatissima in regionibus campestribus, in caulibus Atriplicis* etc.; praecipue *Umbelliferarum, vere* (v. v.)

Obs. Fructuosa est hujus speciei historia! Evidens offert exemplum fungi in quibusdam regionibus nunquam rite explicati; demonstrat fructificationem interna structura facile mutari; confirmat sententiam nostram, sub hac specie l. c. allatam, fere omnes Sphaerias absque ostiolo prominente rite explicatas ad alia genera abire. Affines insignes species sunt *Sph. Pteridis* A. S. et *Scler. Suec.* n. 368.

9. *Ph. Plinthis*, erumpens, orbiculare, depressum, rugosum, atrum, in lacinias quattuor dehiscens, disco fuligineo. S. M. 2. p. 311. ubi videas sub *Sphaeria*.

Argentorati. Nestler!

II. PHACIDIA propria.

Perithecia adnata innataque, subdimidiata; at cum prioribus multis modis confluunt.

. *Ph. Caliciiforme*. S. M. 2. p. 572.

Eximia species, *Ph. Caliciiformi* analoga, laevis
 ero et basi applanata, laciniis evidentioribus.

. *Ph. ? Phoenicis*. S. M. 1. c.

Graphiola Phoenicis. *Poit. ! Ann. Sc. Nat.* 1824. p. 473.
Trichodesmium Phoenicis. *Chevall. ! Par.* p. 382. t.
 11. f. 1., quos cfr.

Videtur sui generis, sed a *Pyrenomycetibus*
 non removeam. Cfr. *Kunz. in Flora Ratisb.* Nec
 lesunt exempla, et *Phacidia* et *Hysteria* abortu in
 pulverem collabi. Cfr. S. M. sub *Ph. carbonaceo*,
Hysterio Rubi etc.

t. b. *Ph. rugosum*, erumpens, elliptico-rotundum,
 collapsum marginatum plicatum, in lacinias ob-
 tusas incisas dehiscens, disco turgido hyalino.
 [*Sc. Suec. n.* 353.]

Eximia species. Gregarium, sed absque ordine
 ligestum, basi lata ligno adnatum (perithecium evi-
 lenter dimidiatum), per epidermidem erumpens et
 superne omnino denudatum, opacum, e fuligineo
 nigricans; in statu clauso centro depressum, una al-
 terave plica rugosum, margine obtuso cinctum, in-
 us *subcavum* ob nucleum mollissimum collabentem;
Ph. Patellae subsimile, sed abunde diversum statu-
 ra majori, forma subelliptica, disco non cupulari,
 olivaceo etc. Solo favente plerumque in lacinias quat-
 uor dehiscit, profunde fissum, laciniis saepius mul-
 tifidis. Discus apertus, mollissimus, hemisphaericus,
 pellucidus, albido-hyalinus, a perithecio facile dis-
 cretus. Asci elongati, clavati. *In caulibus Rubi*
daei, vere; ad rupium silvaticarum latera. (v. v.)

Obs. Hoc est revera *Erumpens* ut *Phacidium*
alveum etc.; quae a plurimis sequentibus (*Subtectis*)
 facile distinctam tribum constituunt.

5. *Ph. Pini*. S. M. 2. p. 573.

Singularem formam majorem peritheciis extus epidermide tegente cinereis in Pino Strobo lectam misit *Chaillet*.

14. *Ph. multivalve*. l. c. p. 576.

Non est Phacidium; jam *Chevallier* (Fl. Par. p. 442) *Phomati* propius bene observat. Omne dubium sustulit *Grevillei* icon (Fl. Crypt. Scot. t. 253), quin *Cytisoporeum* sit genus. Eadem est, e *Greville*, *Sph. bifrons* Sow. t. 316. *Cryptosph. Fl. Ed.* p. 361.

17. b. *Ph. Laurocerasi*, orbiculare, punctiforme, col-
labescendo excavatum, nigrescens, in lacinias
tres acutas delibescens. — *Desmaz.*! *exs. n.* 188.

Hypophyllum, dense sparsum, vix puncto majus, primo hemisphaericum, nigro-olivaceum, dein cupulari-depressum, marginatum nigrum, demumque dentibus tribus delibescens. Asci angusti, sporidiis uniserialibus. Analogum cum *Phac. Peziza*. In foliis siccis *Lauro-Cerasi*. (v. s. a variis miss.)

Obs. Inter numerosa Phacidia punctiformia nondum definita hoc luculenter eminet; reliquorum limites nondum satis determinare licuit.

PHACIDIUM. Kunz, Myc. Heft. 2. p. 92.

1. *P. acerinum*, hypophyllum, hemisphaericum, atrum, lacinias 3 — 5 acutis delibescens, nucleo albo e sporidiis fusiformibus composito.

Sclerotium acerinum, A. S. *Phacid. acerinum* *Chaill.*, *Phacidium acerinum*, *Kunz, Myc. Heft. l. c. e spec. Chaillet!*

Habitus prorsus Phacidii, ut externa facie distinguere nequeat, sed valde recedit nuclei structura, ut, si haec normalis, genere distinguendum. Cfr. l. c. In foliis dejectis acerinis circa *Neufshotel*. *Chaillet!* (v. s.)

XI. HYSTERIUM.

S. M. 2. p. 579. Plurimas icones eximias videas apud
Greu. Fl. Crypt. Scot.

Obs. 1. Perithecium integrum l. in plerisque
nidiatum; at inde vix distinguam. Species innata
sub genere *Lophodermio* distinguit Chevallier *Fl.
r.* p. 435. — Ob formam peculiarem *Hysterio-*
m status clausi et incompleti facilius dignoscuntur,
am generum affinium, inde specierum numerus
ctenus major. Multae vero species compressae
nanquä, *Stictis* etc. huc non referendae.

Obs. 2. Abortus *Hysteriorum* non tantum di-
o ascis destituto, sed et pulverulento soluto falla-
s sunt. Sic *Hypodermium sulcigenum* L.K. ab *H.
ruisequio* ortum puto; testatur Chevallier, *H. spar-*
m ab *H. pinastri* non differre. Hoc modo praeci-
e obiecta et innata mutantur; vidi tamen etiam
c. *Hysterium lineare* sistere maculas steriles, fa-
e prorsus *Arthoniae*, Ach., demumque pulvere con-
ersas, *Spiloma* Ach. — Varias *Opegraphae* pros-
s analogo modo degenerant.

a. *H. enteroleucum*, superficiale, demum secedens,
peritheciis subrotundis turgidis laevibus, apice
fissis, nucleo albo deliquescente.

Opegrapha enteroleuca. Ach. *syn.* p. 78.

Opegrapham non esse, diu cognitum habui,
d ob internam structuram recedentem et maculam
nuissimam effusam, corticalem, omnino plurium
verrucariarum corticolarum, quibus affinitate certe
roximum, cum his jungendum videtur, praecipue
um variae harum etiam ostiolo rimoso variant v. c.
pyrenula pinguis Chevall. *Par.* p. 518. At *Verrucariae*
tae a *Pyrenomycetibus* vix ullo caractere segre-
ri possunt, et tum haec species *Hysteriis* proxima.
erithecia subconferta, prominula, hemisphaerica,
evia, opaca, atra, plerumque rotundata, apice fissae;

demum vero etiam, ex Achario, oblongo-elliptica, disco aperto concaviusculo lineari, ut in veris Hysteriis. Nucleus albus, collabescens, unde perithecia juniora intus cava, demumque perithecio dimidiato secedente denudatus, elabensque relinquens foveolam concaviusculam albam nigro-marginatam. Legi in corticibus Cinchonarum, ex America australi allatis. (v. s.)

Obs. *Opegr. cicatrisantem* l. c. ad Hysteriam quoque esse referendam, olim mihi herbarium Acharianum lustranti videbatur; specimina nunc non ad manus sunt.

1. *H. pulicare*. S. M. 2. p. 579.

Grev. Crypt. Scot. t. 167. f. 1.

Plurimae formae missae sunt, aliis distinctae visae, sed eundem separare non ausus sum. *Ad H. pulicare* e. pertinent *H. betulinum* Schwein.!, *H. acervulatum* Schwein.!

2. *H. episphaerium*. l. c. p. 581.

Perithecium dimidiatum. A priori revera distinctum. *Ad ligna putrida in Gallia*. Guépin.!

3. *H. elongatum*. l. c.

H. insidens, Schwein.!, ex Amer. boreali. (Observandum puto, Cel. Auctorem hanc aliasque species, Systemate Mycologico nondum divulgato, ut novas rite distinxisse.)

Excludendum est apud *Sommerfelt Lapp. p. 227* synonymon *H. graphici*, magnopere diversi. Puto accuratissimum Auctorem, nunquam, quorundam more, e conjectura temeraria species conjugentem, sequentem varietatem ante oculos habuisse. — *H. elongatum* undique missum est. Videtur *H. striatum*. Chev. Par. p. 433. affine.

β. *H. curvatum*, confertum, flexuosum, subimplexum.

Facile speciem diversam dicas, sed reliqua minino conveniunt. *Supra cortices Rosae caninae, Rougeot. (v. s.)*

6. *H. biforme. l. c. p. 582.*

Cfr. *Sommerf.! l. c.* — Perithecia dimidiata, uberumpentia — *Chailletio* debeo singulare Hysterium inter hoc, *H. varium* et *H. lineare* ambiguum, aculenter tamen diversum, peritheciis praelongis, linearibus, jugis elevatis ligni innatis, sed ob structuram obscuram distinguere nolui. *In ramis decorticatis Abietis.*

5. b. *H. Kalmiae*, ligno innatum, prominulum, peritheciis dimidiatis linearibus utrinque acumina-tis, labiis acute prominulis, disco lineari atro. — *Schwein.! in litt.*

Ligno canescenti innatum, ut sequens, sed non colliculoso-prominens, regulare, parallelum, constanter angustatum et rectum. Perithecia basi deficientia, tenuissima, ligno tenuissime (ut vix discerni queat) tecta, 1 — 2 lin. longa, atra quidem sed e ligno extus canescenti-nigra, labiis distinctis, aculis, subinvolutis, ut discus linearis tamen semper in conspectum veniat. Ascii ligno impositi. *In ramis decorticatis Kalmiarum in Amer. septentrionali. Schwein.! (v. s.)*

7. *H. varium. S. M. 2. p. 582.*

Sane nulla Hysterii species certius distincta, quam praesens; qua ratione cum *H. Fraxini* conjungi potuerit a *Cel. Sprengel*, non intelligo. Vegetatio prorsus *Sphaeriae lividae*, etiam ligno canescenti innatum, primitus tuberculoso-prominulum, forma vero *varium*; demum emersum, sed e ligni fibris vestientibus canescens, totum debiscens. Apud Exteros solus observasse videtur *in Rugia ad ligna durissima Fagi Laurer!*

Obs. *H. varium* Grev. *Crypt. Scot. t.* 233 a nostro specie omnino differre videtur.

7. b. *H. emergens*, emergenti-superficiale, molliusculum, elliptico-oblongum, punctiforme, laeve, atrum, labiis tenuibus inflexis.

Nulla modo ligno tuberculoso innatum, sed ligno emergens, quo a subsimili *H. acuminato* nec non peritheciis tenuioribus, mollioribus, disco aperto, labiis inflexis, apicibus obtusis differt. Juniora specimina subrotunda sunt. Asci perithecio affixa. *Ad ligna Populi nigrae in Gallia.* Mougeot. (v. s.)

10. *H. lineare.* S. M. p. 583. Grev. *l. c. t.* 167. f. 2.

Undique missum; formae corticolae minus immersae, quales plures *Wallrothio* debeo. — Hujus abortus, facie *Arthoniae Swartzianae* Ach., sistens maculas planas, magis dilatatas, immarginatas *Sclerotium hysteriiforme* Pers.! Legi et ipse pulvere demum Stilbosporeo conspersum.

12. *H. ellipticum.* l. c.

H. minutum. *Desc.! Fr.* 6. p. 168. minutie labiisque minus distinctis tantillum recedit. —

(13) *H. striatulum*, denudatum, elongatum ellipticumve; „longitudinaliter striatulum“, basi vallicula corticali albida cinctum, disco lineari.

Opographa striatula. Ach.! *syn.* p. 74.

Crusta in speciminibus visis nulla! et ob valliculam tenuem albam basin cingentem erumpens videtur. Perithecia adnata, sparsa, varie posita, plerumque elongata et recta, sed variant flexuosa et elliptica, striis longitudinalibus obscuris; ab Achario sulcata dicuntur. *Ad corticem Uvariae in Guinea.* Afzelius! (v. s.)

Obs. Hanc et subsequentem speciem tantum ex analogia ad *Erumpentia* retuli; ex habitu ad *Denudata* pertinent.

H. rufescens. S. M. l. c.

Nulli, nisi *Cenangio quercino* affine. Videtur i generis, si asci erumpentes, ut concludere liceat pulcherrimis speciminibus *Ascoboli conglomerati* hwein!, quem ab hoc discernere non valeo, ab ventore *Schweiniz* missis.

- b. *H. aequatum*, peritheciis denudatis lineari-oblongis laevibus, in maculas determinatas atras connatis, disco lineari.

Dichaena aequata. *Fries Mscr.*

Primo intuitu sequenti adeo simillimum, ut orsus idem credas et revera affine, sed certissimis utis distinctum. Stroma nullum discerni potest. aculae oblongae, determinatae, magnitudine variae, antiquae, aeternae, opacae; constituuntur e peritheciis minutis, jam junioribus stipatis, distincte prominulis, lineari-oblongis, subinde flexuosis, laevibus; ex habitu omnino innato-superficialia sunt, utrum ob summam analogiam cum sequente in habitu posui; sed et *H. aggregatum* Decand. inter *Superficialia* eodem modo stipatum. Discus linearis, er; intus fuscescens, asciger. *Reperitur in America boreali ad cortices Arborum, ut videtur, vivarum. ühlénberg!* (v. s.)

- c. *H. (Dichaena), rugosum*, stromate crustaceo innato fusco-atro, peritheciis (per corticem vivum) erumpentibus ellipticis, demum in maculas amorphas confluentibus.

Lichenoides punctatum et rugosum nigrum. *Dill. Hist. Musc. p. 125. t. 18. f. 2.* Lichen rugosus. *Linn.!* (licet ab *Opegraphis* non rite distinxerit.) *Hoffm. Lich. enum. t. 2. f. 5. et Veterum. Verrucaria rugosa. Weber. Hols. Opegrapha macularis. Ach.! Lich. univ. p. 247. Syn. Lich. p. 72. et Recentiorum. O. rugosa. Schaerer! Lich. exs. n. 99 (var. α .) n. 100. (var. β .)*

Evidenter planta fungosa!, licet a Dillenii usque temporibus Lichenibus adscripta fuerit, ut primus

observavit Cel. *Chevallier*. Priusquam laudati Auctoris dissertatio mihi innotuerat, ipse quoque ex *Opegraphis* excludebam. Jam etiam observationibus *Wallrothii*, qui de hac planta copiose, at praeclare, disserit (Cfr. *Flechtenk.* 1. p. 218 sq.;) et *Meyeri* locus inter Fungos extra dubium positus est. — De genere vero ambigitur. Plurimis distinctum genus (quod *Chevallier* in *Journ. Phys.* 1822 primum *Potymorphum*, nuperrime in *Fl. Par.* p. 437 *Schizoderma* denominavit (non sine ratione videtur efficere. Certe vegetatione in ramis vivis, stromate peculiari effuso et innato, habituque perithecorum deformium primo obtutu diversissimum apparet. Inde, ad alia principia, sub *Dichaenae* nomine ipse quoque distinxi; sed e principiis *Systematicis Mycologici*, in quo analogae prorsus Sphaeriarum formae (*Hypospila* dicendae), immo Cenangiorum, non separantur, non potest non sub *Hysteriis* militare. Praecedens species luculenter est *Hysterium* e perithecio, sed vegetatio et facies omnino praesentis! Nec ullam invenio in ipso perithecio *H. Dichaenae* ab *Hysteriis* differentiam, nam discus eodem modo dilatatus in plurimis *Hysteriis* occurrit, et deformitas apotheciorum vetustissimorum cum priori specie proxima non communis est, sed omnino cum *H. elatino*, praesenti magis affini, quam primo obtutu credas, et revera saepe in cortice vivo simul obvio! *H. aggregatum* Decand!, ceterum valde dissine, in simillimas maculas confluit! — *Wallrothius* sub *Phloeoscoriae* genere complectitur etiam analogas Sphaerias et Cenangia; nec is sum, qui non videam summam harum affinitatem. — Denique variant sententiae, utrum sequentes formae sint species, an varietates. Quantum equidem experiri potui, revera, in diversis arboribus, constantè aliquantulum differunt; sed inter fungos infimos innatos frequentissime vidimus formas diversarum plantarum saepius quodammodo distingui posse, sed ubi cetera plurima communia sunt, aliquid etiam matri adscribendum puto indeque eas aptius conjunctim tractandas. Ubi vero *Dichaena* ut genus proponi-

ur, varietates ut species considerare non ineptum est. *Ad cortices vivos arborum nuciferarum, sed etiam in emortuis persistit. Perennis. (v. v.)*

α. H. Dichaena faginea, peritheciis majoribus prominulis oblongis, deinum in inaculas rugosas effusas confluentibus. *Scler. Suec. excs. n. 353. Lich. Suec. n. 30.*

a. junior, peritheciis distinctis. *Opegr. conglomerata. Pers.! in Ust. Ann. 7. t. 3. f. 4. A. a. Lichen conglomeratus. Ach.! Prodr. p. 20.*

b. senescens, peritheciis confluentibus. *Opegr. faginea. Pers.! l. c. Lichen epiphegus. Ach.! Prodr. p. 21. Opegrapha epiphega. Ach.! meth. p. 24. [Polymorph. fagineum. Chev. Journ. Phys. l. c. t. 3. f. 3. Schizoderma. Flor. Par. p. 438. t. 11. f. u. Phloeoscoria faginea. Wallr.! in litt. ad a et b.]*

Collectiones reliquas Exsicatorum non citavi, nescius, an non utramque varietatem promiscue derint. Schaererum, utramque distinguentem, certus citavi. *Ad cortices Fagi. (v. v.)*

β. H. Dichaena quercina, peritheciis minoribus subimmersis ovatis, demum in inaculas laeviusculas subdeterminatas confluentibus. *Scler. Suec. excs. n. 354.*

Opegr. quercina. Pers.! l. c. O. macularis. Ach.! meth. p. 24. Lichen. Ach. Prodr. p. 21. Schizoderma quercinum. Chev. Par. p. 438. t. 11. f. 21. t. Polymorph. Journ. Phys. l. c. f. 2. Phloeoscoria quercina. Wallr.! in litt. Heterographa macularis. Fée. Desmaz.!

Ad cortices Quercus. (v. v.)

γ. H. D. corylea, peritheciis minoribus prominulis subrotundis, demum in maculas tuberculosas confluentibus.

In cortice Coryli. (v. v.)

23. *H. Corni. S. M. 2. p. 586.*

Ut prior species et haec multas in diversis fructibus enitur formas paululum differentes, quas

equidem neququam distinguendas censeo. Forma *Rosae* similis est, sed extus laevis; *Ribis alpini*, Weinmanno missa, longitudinaliter posita; *Hyst. Adromedae* Schwein.! in litt. multo minus est et laeviusculum.

24. *H. Sambuci*. S. M. 2. p. 586.

Sic dictam volui speciem pro *H. Sambuci* ab optimo Chaillet missam (quae tamen ab icone paululum recedit), ab omnibus a nobis receptis bene diversam. Diagnosis l. c. data bene quadrat, labia tamen laevia potius dicam. Perithecia gregaria, integra!, subrotundalia, ovalia, innato-erumpentia, opaca, atra, omnium affinium breviora, unde nudo oculo *Sphaeriam* (v. c. *S. protrusam*) refert. At sub lente observantur labia distincta, tumidula, inflexa, unde discus in hoc statu non in conspectum venit, tantum rima longitudinalis. Intus albidum est et evacuatum, ut *Sphaeria*, nec perithecium dimidiatum, ut in proximis, quare species omnino curiosa. In ramis *Sambuci racemosae*, Aprilis. Chaillet! (v. s.)

24. b. *H. sulcatum*, sparsum, epidermide innata tectum, ellipticum, clausum, superne sulcatum, nigrum, nucleo collabescente nigro. S. M. 2. p. 498. sub *Sphaeria*, ubi descriptio.

Medium locum tenet inter *H. Sambuci* et *H. Rubi* (Grev.! *Crypt. Scot. t. 24*), sed abunde ab utroque diversum. Ut prius numquam apertum videtur; tamen vera sunt *Hysteria*!

26. *H. nervisequium*. l. c. p. 587. Chev. Par. p. 455.

Hypodermium nervisequium. Link. *Spec. Pl. 2. p. 89.* videtur hujus abortus, secundum specimina, quae vidi, tamen in *Picea*, nec *Abiete*, lecta sunt. Plurima adsunt *Hypodermia* cum *Pyrenomycetibus* variis nimis connexa.

27. *H. pinastri*. β . Grev. l. c. t. 26. (t. 60 est var. α .) cfr. Chevall. l. c. p. 436.

2. *H. melaleucum*. l. c. p. 589.

Grev. Crypt. Scot. t. 88.

3. *b. H. striola*, subinnatum, lineare perithecio dimidiato lineari, demum plurimis in series longissimas parallelas confluentibus.

Obiter inspectum *Sph. striaeformem* diminutum refert, at verum *Hysterium* et singulare, cum *E. Chailetiano*, sub *H. bifirmi* notato, et *H. nervisequo* potissimum comparandum. In parte lignosa caulis, inde canescentis, epidermide destituti omnino innatum et extus ab eadem vix discernendum. Perithecia gregaria, nervisequia, dimidiata, tenuissima, immersa, atra, angustissima totius generis, simulque confluenso longissima, 1 — 2 unc. et ultra; juniora tamen vix ultra $\frac{1}{2}$ — 1 lin. longa. Discus ater, intus vero albus. *Ad caules Umbelliferarum in Galia.* Guepin. (v. s.)

39. *H. culmigenum*. S. M. 2. p. 591.

H. gramineum. *Grev. Scot. 87.*

40. *H. tumidum*. l. c. p. 591.

Doleo admodum, nobilissimam speciem inter *Epiphylla* a multis confundi. — *Phacidium trigonum* Schmidt a nostra var. β ., ut verosimile est, specie differt et verum *Phacidium* sistit.

42. *H. maculare*. l. c. p. 592.

Grev. Crypt. Scot. t. 129, f. 2. (1. est H. foliicolum
 β . *Grev.*

? 47. *H. petiolare*. l. c. p. 593.

Misit *Chailet*, dubium tamen et suspectum manet. Alii pro *H. petiolari* mittunt rimas nigricantes, a *Pez. erumpente* *Grev.!* formatas. *Lophodermium petiolare* *Chev. Par. p. 436.* nostrum *Hysterium punctiforme*. — *L. herbarum* l. c. p. 437. non nostrum *Hysterium herbarum*, sed *H. commune*.

XIII. ACTIDIUM.

S. M. p. 595. *Wahl. Succ. p. 1022.*

Obs. Curiosissimum hoc genus male omnino cum *Phacidii* jungitur; vim ejus *Wahlenbergii* optime exposuit.

1. a. *A. Hänkei*, epiphyllum, orbiculare, subconfluens, peritheciis atris, rimis pluribus disco flexuosis marginem versus radiantibus rectisque dehiscentibus. F. Nees in *Reliqu. Hänk. p. 2.* cum icone analytica tab. I. f. I.

„Elegans fungillus folia et superiorem quidem eorum paginam glabram inhabitans. Perithecia orbicularia, applanata, lineam ad sesquilineam lata, vix octavam lineae partem alta, sparsa seu hinc inde in maculas irregulares nigras confluentia, quae in superficie striis pluribus elevatis radiantibus notata, nudo oculo pulchrum adspectum praebent. Lente simplici illustratae striae hae tamquam ostiola totidem rimaeformia, partim clausa partim aperta, conspiciuntur, quae super disco perithecii in rugas elevatas irregulares confluunt. Substantia interna sicca, fragilis et concolor. Thecae oblongae, obtusae crassae, margine pellucidae. Sporae globosae, obscurae paraphyses paucae. — *In foliis adhuc vivis ignotae cujusdam arboris vel fruticis Mexicanae.*“

XIV. EXCIPULA.

S. M. 2. p. 596. *Chev. Par. p. 308. (t. 9. f. 8. Ex-*
cipula aspera; t. 9. f. 9. Excipula Rubi.)

Obs. 1. *A. Pezizis* differt hoc genus omnibus illis essentialibus notis, quibus affinia *Hysterium* et *Phacidium*; nec ab illo differt, nisi forma orbiculata, ab hoc tantum ore integro. *A. Cenangiis* differt velo nullo, perithecio vero (subcorneo et atro), nucleo discreto gelatinoso — nec non vegetatione. Spero, haec

omnia genera ita limitata esse, ut amplius confundi nequeant. Addam insuper ut nolam habituales, certissimam tamen, *discum in omnibus genuinis Pezizis saturatius esse coloratum excipulo, sive paginam exteriorem sterilem pallidiorem esse*; contra in Cenangio, Hysterio, Phacidio, Excipula excipulum satius est coloratum, discus l. nucleus pallidior. Vim hujus differentiae testantur omnes Elvellaceae genuinae; in omnibus *Morchellis, Helvelis, Verpis, Leotiis, Viltrisseis, Rhizinis, Ascobolis, Bulgaris* etc. discus saturatius est coloratus, pagina inferior sterilis pallidior.

Obs. 2. Numerosae sane sunt Excipularum species, sed ob minutiam difficile limitantur. In statu primitivo vulgo pro *Sphaeris astomis!* habentur, in adulto pro Pezizis. Admiranda est Persoonii acies; qui speciem optime explicatam, *Excip. Sphaeroidem*, in isius temporis Mycologiae statu sub Xylomate (*Syn. Fung. p. 106*) collocavit! In statu adulto Pezizae dicuntur, cujus sub generis Trib. XII. Excipulae quaedam etiam in Syst. Mycol. latent.

d. *E. nervisequia*, peritheciis sphaericis atris, demum cupulaeformibus, innatis nervo foliorum in filum nigrum demum liberatum abeunti.

Sphaeria nervosa. Chaill. in *lit.* (junior). Peziza nervisequia. Pers. *Myc. Eur. p. 368* ex spec. inventoris Mougeot! (adulte) *S. M. 2. p. 153* ubi cfr.

Sive prominentiam characterum, sive vim physiologicam respexeris, paucissimi fungi hoc memorabiliores. Sistit veram *Rhizomorpham!* e nervis foliorum degeneratis ortam, haud secus ac Spermoedia semen in Sclerotium mutatum! Offert exemplum levitatis stromatis ad genera discernenda! Occurrunt in diversissimis generibus species stromate proprio, *Rhizomorpham nigram corticatam sistente, nempe inter Sphaerias* (v. c. *Sph. digitata* β . *rhizoides, filiformis*), *Excipulas, Dothideas* (v. c. *Doth. geographica*) *Sclerotia* etc. Praecipue radices Sclerotii *Rhizomorphae*

stromati *Excip. nervisequiae* simillimae sunt. — Marcescentibus foliis *Plantagines lanceolatae*, nervi, subinde et venae, turgescere et nigrae evadere incipiunt, folio vero adhuc exclusa, e quibus erumpunt perithecia subsphaerica, inaequalia, astoma, opaca, atra, puncto non majora; dein et nervi erumpunt sistentes illud „subiculum induratum lineare“, in quo perithecia seriata, cujus mentionem fecit *Persoon l. c.*; tandem vero prorsus liberantur sistuntque filum prorsus Rhizomorphaeum, simplex. *In montanis Europae mediae* Mougeot! Chaillet. (v. s.)

e. *E. Gentianae*, stromate sub epidermide effuso maculari nigrescente, peritheciis erumpentibus atris inaequali-apertis, „disco griseo-albido.“

Pez. Gentianae. Pers. Myc. Eur. p. 310. ex specim. inventoris Mougeot! — *Cfr. S. M. 2. p. 153.*

Et haec valde memorabilis est! Epidermidem interiorem in stroma nigrum fere mutat, cui innata perithecia, primo *Sphaerioidea*, demum *Pezizoidea* et ob marginem inaequalem Phacidii accedentia. Discum, exciccatione forsan, nigrescentem tantum vidi. (v. s.)

f. *E. laevigata. S. M. 2. p. 153. ubi cfr.*

Ab hac aegre discernere possum specimina in *Verbasco Thapso* lecta a Guepin. Haec vero praecipue epiphylla sunt. — Propinqua sane est *Peziza Sphaeroides v. Lychnidis* Desmaz.! *exs. n. 174* (*Persoonii* vero est *P. atrata*.)

Obs. Calicium turbinatum *Pers.!* et *Ach.!* *syn. p. 56.* ob crustam nullam, vegetationem parasiticam etc. non Lichen est, sed Pyrenomyces! Jam quoque *Bulliard* inter Hypoxyla (*H. sphinctrinum. Champ. p. 168. t. 144. f. 1.* Sowerby inter Sphaerias (*S. sphinctrina* Engl. Fung. collocaverunt. Omnia vero Excipulae, sed discus in sporidia fatiscit, nec ascos adhuc videre licuit. Hinc merito proprium genus (SPHINCTRINA *Syst. Orb. Veg. I. p. 120*) —

Ingeniosa et vera videtur *Wahlenbergii*, etiam e Lichenibus excludentis, observatio ostiola nigra *Porianae pertusae* hujus esse statum primordiale. Vide *Fl. Succ.* p. 880.

XV. LABRELLA Fries.

S. O. V. 1. p. 364.

CHAR. Perithecium (spurium) innatum, difforme, rotundatum, rima dehiscens; sporidia massae gelatinosae immersa fovens. Asci nulli.

Obs. Perithecium hujus, ut *Phomatis*, *Dothidearum* innatarum etc., tantum est tuberculum a matre formatum, ut in Aecidiis. Habitus hujus specierum *Dothideae* l. *Sclerotii*, nec *Hysterii*, at proximum videtur *Cytisporis*, dehiscentia rimosa praecipue recedens. Nomen ob perithecium labris dehiscens impositum. Typi sint:

1. *L. graminea*, macula nulla, peritheciis rotundato-difformibus, sporidiis ellipsoideis.

Sclerotium minus referunt tubercula sequentium majora, opaca, atra, demum vero rima longitudinali fissa. Situs sparsus. *In foliis gramineis exsiccatis in Gallia.* Mougeot! (v. s.)

2. *L. Ptarmicae*, macula nulla, peritheciis rotundato-oblongis, sporidiis ovoideis. — *Desmaz.*! *exs. n.* 189.

Praecedente multo minor, punctiformis, atra, nitida, facie *Dothideae* minimae. *In caulibus foliisque vivis Achilleae Ptarmicae, aestate.* Desmazières. (v. s.)

3. *L. Capsici*, maculis fuscis, peritheciis aggregatis inaequalibus; sporidiis rotundatis.

Hyster. Capsici. Schwein.! in litt.

Maculae oriuntur e stromate tenerrimo, epidermide suffuso, translucente, peritheciis aggregatis in modum *Hyst. rugosi*, ceterum irregularibus, ab epidermide rupta quasi formatis. In capsulis siccis *Capsici in America.* (v. s.)

XVI. LEPTOSTROMA.

S. M. 2. p. 597. *S. O. V.* 1. p. 122.

5. *L. filicinum* l. c. p. 599.

L. Pteridis. Ehrenb.! ab hoc differre videtur. Rite fructificans non vidi. — *Leptostroma Pteridis* Chev. par. p. 44. autem potius est *Sph. aquilina.* — *Hysterium Osmundae* Schwein. in litt. hujus regionis est.

6. *L. Spiraeae.* l. c.

Adest varietas in *Rubo caesio, idaeo* etc.

7. *L. vulgare* l. c.

Xyloma crispum. Pers. — *Leptothyrium Lunariae.* Kunz. *Myc. Hest.* p. 79. ex spec. Schubert.!

Sporidia fusiformia etc. affinitatem *Actinothyrii* probant. Forsan in plures species divelli poterit; e quidem, ne nimia specierum copia obrueret, latius extendi.

APPENDIX.

Cfr. *S. M.* p. 600. Hoc loco omnes *Pyrenomyces* non rite fructificantes citandi sunt, quo diligentius observentur, et ad genera genuina referantur; nam ex externa facie ad genera referre anceps omnino opus. Recensebo infra formas quasdam valde insignes ab Auctoribus descriptas, quarum status perfectissimus maxime exoptandus est. *Depazeae nonnullae* et *Dothideae aberrantes*, (immo *Sclerotia*) ejusdem categoriae sunt. — Sequentes sub nominibus

Auctorum affero, cum nova conjecturalia imponere parum utile videatur:

- a. „*Asteroma*) *Padi*.“ Decand.! S. M. 2. p. 602. Sommerf.! Lapp. p. 228., qui tubercula quae observavit, sed non fructificantia, ut sequentium in foliis languidis et delapsis inquirenda. Sequenti diagnosis dignoscitur: — Epiphylla, macularis, fibrillis confluentibus radiantibus rufescentibus apice pallidis, tuberculis innatis fuscescentibus.
- b. „(*Actinonema*) *Crataegi*“, epiphylla, maculis fuscis, fibrillis e centro radiantibus, ramosis distinctis canescentibus, demum e peritheciis minutissimis connatis nodulosis nigricantibus. — Pers.! *Myc. Eur.* 1. p. 52.

Capillaria. Link. *Spec.* II, p. 22.

Ad Pyrenomyces certissime pertinet!, Dothideisque affinis est Himantioideis, at status mihi obvius non fructificans fuit. Maculae fuscae, irregulares, 3 lin. latae, sed confluentes; etiam hypophyllae, sed et ita steriles. Fibrillae radiatim excurrentes, ramosae, discretae, folio innatae, primo canescens, dein vero e peritheciis nigris (ipsis fibrillis innatis, seriatis, confluentibus, sub lente forti tantum discernendis) nigricantes et noduloso-asperae; apices vero pallent, ut in *Doth. stellari*, cum qua idem genus constituere videntur proximae. — Monuit optimus Chaillet, se semel hujus statum perfectum observasse Aprili!; equidem tantum vidi aestivalem in foliis *Crataegi torminalis* lectam. Chaillet! (v. s.)

- c. „(*Erysiphe*) *radiosa*“, epiphylla, maculis purpurascentibus, fibrillis e centro radiantibus ramosis distinctis albis, tuberculis sparsis colabentibus nigricantibus. *Fries Obs.* 1. p. 207.

Insigne vegetabile, certe *Pyrenomyces*, perioribus affine, *Erysiphas* conjungens cum *Pyrenomyces*;
optime Cel. WALLROTH (*Dothid. Alphitormorpha*
II. L

Wallr. in litt.) huc primus retulit. Ad idem genus cum prioribus, *Xylomate stellari* Pers. etc. certe pertinere videtur, at, licet peritheciis valde conspicuis lectum sit, in *foliis nempe vivis*, ruptum l. fructificans nemo legit. Maculae suborbiculares, 2 — 5 lin. latae, confluentes, subtus non conspicuae. E centro radiatim excurrunt fibrillae ramosae, dendriticae, tenerrimae, folio adnatae, albae. Perithecia sine ordine sparsa, subconferta, Sphaeriae punctiformis majora, nudo oculo facile distincta, hemisphaerica, astoma, mox collapsa, inaequalia, subinde Labrellae forma. *Frequentissime in foliis Rosae centifoliae, gallioae etc., versus autumnum.* (v. v.)

Hujus procul dubio status sterilis est Himantia pulchella Pers. *Myc. Eur.* 1. p. 91. Sporotrichum maculare Link. *Spec. Pl.* 1. p. 20. — *Actinonema caulicola* Pers.; l. c. (*Capillaria caulicola* Link.), *Capillaria* et *Venularia* Pers. l. c. supra jam allatae.

d. „(Asteroma) *Alchemillae*“, epiphylla, atra, macula pallescente, peritheciis prominulis seriatis in fibrillas a centro radiatim excurrentibus connatis. *Grev. Ed.* p. 369.

Nullae adsunt fibrillae heterogeneae; quae adsunt, e peritheciis seriato-connatis tantum ortae sunt. Maculae pallescentes, non exaridae, 2 lin. circiter latae. Fibrillae e centro, ubi non conjunctae, radiatim dispositae; rectae, interruptae, subramosae, minute tuberculatae. Hactenus *in foliis vivis!* *Alchemillae Scotiae* (Greville!, *Vogesorum* (Mougeot!)) (v. s.)

e. „(Asteroma) *Ulmi*“, epiphylla, atra, macula nulla peritheciis prominulis connatis, tuberculis minutis irregulariter stellato-aggregatis. *Grev. Ed.* p. 368. *Chev. Par.* p. 448.

Habitus Asteromatis in hoc et sequentibus prorsus deliquescens est; Dothideae? *Diospyri* similis Dothideae faciem totam gerit; fructificatione tamē

haud cognita inserere non debui, eximium inventorem de genere omnia dubia sublaturum certo confidens. In foliis laete virentibus maculas substellatas, inaequales, steriles sistit. In languescentibus prominent tubercula (non fibrillae) inaequalia e pluribus cellulis minutissimis connatis orta, nunc irregulariter, nunc stellato-aggregata, confluentia. *Status aestivalis in foliis Ulmi, hinc inde (v. s.)*

Affine videtur *Asteroma Laureolae* Chev. Par. p. 448.

f. „(*Asteroma*) *Brassicae*“, amphigenum, maculis pallide caerulescentibus cinctis, peritheciis ad centrum congestis subprominulis atris. Chev. Par. p. 449.

Rite Chevallier observat, *Asteromata* (si genus servandum?) ad *Fibrillosas* non restringenda esse; limites, ut in reliquis ejusmodi tantum e vegetatione pendentibus, prorsus evanescent. In meis specimenibus, *Depazeae* facie, maculae orbiculares, viridi-pallescens, subexaridae illimitatae, peritheciis centro in maculam tuberculosam confluentibus. An vera *Dothidea*? In foliis *Brassicae* (v. s. a Schubert, Mougeot, Guepin miss.)

Obs. *Depazea Brassicaecola* Desmaz.! Exs. n. 188. diversa est, *Sph. D. Chelidonicolae* similissima.

g. „(*Asteroma*) *atratum*“, maculis inaequalibus fusco-atris, peritheciis minimis undique stipatis prominulis Chev.! Par. p. 449.

A *Mougeotio*! habeo in foliis *Solidaginis Virgaureae* lectum. Perfectius et speciosius in foliis *Calliarum* a Chailletio! Maculae valde obscurae, varie confluentes et indeterminatae. Perithecia minima, prominula, admodum conferta, epiphylla, superficiem omnem macularem occupantia, sed non confluentia. *Loci indicatis.* (v. s.)

h. „(Xyloma) *punctum*“ amphigenum, atrum, sublaeve, punctiforme, intus fuscum. *Chev. Par. p. 451.*

Videtur Phacidium? clausum. In foliis *Conwallariae Polygonati* (v. s.)

Qui haec similiaque Dothideae et Depazeae ex statu *perfectissimo* et *fructificante!* ad genera retulerit, maxime de Mycologia sese meritum reddiderit. Ex allatis patere puto: 1) Paucissimos Pyrenomycetes in plantis vivis fructificare; 2) Multas formas in variis regionibus numquam rite explicari; 3) Nullum Pyrenomycetem in statu normali intus solidum et similem existere; 4) Structuram internam diverso statu admodum mutari; 5) Omnes Pyrenomycetes in statu perfecto aut ruptos esse, aut ostiolo saltim instructos. Hiæ probe consideratis status normales facilius discerni posse speramus. Necesse est, ut *in vivo* observentur et *perfecti* analytice examinentur. *Pyrenomycetibus* plures adhuc opus observatores, si continget omnes formas ad genera certa referre totamque haec vastam ex integro condere gentem.

